

LT  
A  
8  
234

DE LA LIBRERIA  
DEL REAL COLEGIO MAYOR  
*Reunido de Santa Cruz, y  
Santa Catalina.*  
*E. C. N. 1.*

2 400 40  
Salta  
MADE IN SPAIN




180

# PROOEMIUM PLATINAE IN VITAS PONTIFICUM, AD SIXTUM IIII. PON. MAX.



Vita quidem in uita utilia esse beatis. pontifex, & humano generi comoda, nemo est qui ambigat. Scripsere philosophi multa, scripsere mathematici excogitata & inuenta, ad ingenia hominum excolenda. Magnum fuit (ne mentiar) secreta naturae rimari, et caelos scandere: atque inde ad nos doctrinam et artem earum rerum traducere, quae autor et parens omnium deus procul ab oculis mortalium collocauerat: ut cum tantam pulchritudinem, tantum ac tam

perpetuum ordinem admirantes intueremur, maiestatem diuini numinis merito collaudaremus. Negari certe non potest, quin ex hac philosophandi ratione magna utilitas ad homines perueniret, ingenio praesertim utentes: quippe qui pulchritudine diuinitatis commoti, humana contemnescentes, uitam caelestem in terris ducere nituntur. Verum (ut ait Poeta) non omnia possumus oes. Inuenienda igitur uita fuit, quae omnibus aditum ad felicitatem praestaret, ne solis philosophis consultum uideretur. Ea certe rerum antea gestarum cognitio est, quas ipsa historia continet, ex qua non quid una, sed quid omnes aetates egregie fecerint colligentes, magistram uitae nostrae uetustatem ipsam habituri, priuati etiam quouis imperio digni existimamur. Praeterea uero ex hac cognitione, ad prudentiam, ad fortitudinem, ad modestiam, ad omnes denique uirtutes animi hominum ita concitatur, ut laude ipsa nil antiquius, turpitudine autem nil detestabilius existimet. Quod si ueteres illi, apud quos uirtus in precio fuit, celebrari maiorum suorum statuas in foro collocatas, pro templis ac alijs in locis publicis uolebant, ad utilitatem hominum respicientes: quanti a nobis facienda est historia, quae non uana, ut statuae, non uana ut picturae, ueras praeclearorum uirorum imagines nobis exprimit, quibuscum loqui, quos consulere, & imitari in animo fas est? Adde praeterea quod historiae lectio, quae uitam hominum continet, ad eloquentiam, ad humanitatem, ad usum rerum quauis facultate gerendarum confert plurimum, atque adeo quidem, ut eos etiam qui rebus gestis nequaquam interfuerint, dum aliquid compositae atque eleganter narrat, supra caeteros sapere & intelligere arbitramur. Tu itaque theologorum ac philosophorum princeps maxime pontifex, hac hominum utilitate motus, simulque dignitati ecclesiasticae consulens, non frustra mandasti, ut res gestas pontificum scriberem, ne illorum beneficia perirent negligentia scriptorum, qui suo sudore & sanguine hanc rempublicam Christiana





PRAEFATIO PLATINAE IN VITAS PON.

nam tam amplam nobis, tamq; praeclarā reliquere: utq; deinceps haberēt posteri nostri quo ad bene beateq; uiuendū incitarentur, cum legendo perdiscerēt quid imitari, quidue fugere oporteret. Non sum tamen nescius, futuros quosdam, qui dicant me hoc onus frustra suscepisse, cum id antea à plerisq; factum sit. Leguntur certe multi (Damascum semper excipio) qui nullum florem orationis, nullam compositionem & elegantiam sequuntur, non de industria (ut ipsi iactitant) ornatum fugientes, quod eleganti stylo res sacrae scribi non debeant, sed inscitia & ignoratione bonarū literarum. His autem obijcere Augustini, Hieronymi, Ambrosij, Gregorij, Leonis, Cypriani, Lactantij eruditionem & doctrinam sit satis, qui hac in re Ciceronis auctoritatem sequētes, arbitrati sunt, nil esse tam incultum & horridum, quod non splenderet oratione. Non negauerim tamē huic generi scribendi difficultatem quandam inesse, cum nudis uerbis interdum, ac minus latinis quaedam exprimēda sunt, quae in nostra theologia continentur. Haec autem ad latinitatem qui referat, magnas perturbationes ingenijs nostrorum temporum hac consuetudine imbutis afferat necesse est, mutatis praesertim terminis, unde omnis disputandi ac ratiocinandi series colligitur. Sed habeat hanc quoque auctoritatem aetas nostra, uel Christiana theologia potius. Fingat noua uocabula, latina faciat, ne ueteribus tantummodo id licuisse uideatur. Verum iam tandem huic prooemio finem imponam, ubi lecturos prius admonuero, nō esse mirandū, si cum pontificum uitas & mores scripturum me pollicitus sum, imperatorum quoq; principū, ac ducū res gestas inseruerim: Adeo enim haec simul connexa sunt, si primos imperatores dum Christianis aduersantur, si ultimos dum fauēt inspicias, ut alterū integre sine altero exprimi nequuerit. Legant ergo aequo animo: & si quid emolumentū ex hac scriptiōe nostra perceperint, tibi soli pōtifex optime gratias agāt, cuius sanctissimio imperio libenter obtemperauit.

PLATINAE DE VITIS

PONTIFICVM HISTORIA, QVAM A VITA CHRISTI MERITO AVSPICATVS EST, AD SIXTVM IIII. PONT. MAX.

CHRISTVS



Obilitatis maximā partem duci ex his maioribus, qui clari iustiq; fuere, quiq; ob singularem aliquam uirtutem imperauerūt, nemo est qui ambigat, nisi qui Platonis auctoritatē non adeo probat, cuius quadripartitā de nobilitate diuisionem, quantum ad genus pertinet, Christus rex noster consecutus est. Quem enim ex gentibus habemus, q̄ gloria & noīe cū Dauid & Salomone, quiq; sapientia & doctrina cū Christo ipso cōferri merito debeat ac possit? Neminem certe. Nascitur Christus ex tribu Iuda, nobilissima quidē ob uetustatē & imperium inter Hebræos, unde ppheta Iacob inquit: Non

Christi genealogia.

Gene. 49

Danic. 9.

Augusti humanitas.

auferetur sceptrum de tribu Iuda, quoad uenerit qui mittendus est: Is erit profecto expectatio gentium. Quot autē reges uel duces, uel pontifices in ea tribu fuerint, non attinet dicere, cū libri tum noui, tum ueteris testamenti, huius nobilissimae genealogiae mentionem faciant. Verum cum post longissima tempora inter Aristobulum & Hyrcanum Alexandri regis & pontificis filios, orta scditio de principatu esset, tandē Herodī alienigenae regnum Iudaeorū a Romanis tradit: ex patre em̄ Idumaeo, & matre Arabe natus, & Iudaeorū legisperitos interfecit: & genealogias incendit ad integendā generis sui notam. Cessauit ergo, ac merito quidem eorū uentio, hoc est impiū, quia ex Danielis sentētia sanctus sanctorum uenerat, quē Maria uirgo angelo annunciante ex spū sancto cōcepit, & peperit in Bethleem Iudae, Cyrino tum Syriae p̄side, anno ab urbe condita dccliij. imperij uero Augusti Caesaris, qui tum orbī imperitabat, anno xliij. Imperium em̄ a Caio Caesare, tum propinquitatis, tum haereditatis iure accipiēs: uel potius pulsis ac interfectis parricidis tyrannisq; temp. usurpare conātibus, monarchiam orbis terrarū in meliorē formam redigens, suis temporibus mirā felicitatē praestitit. Nam pacatis rebus tum exteris, tum domesticis, tāto in honore non solum apud suos, uerum etiā apud externos reges fuit, ut eius nomine ciuitates conderent, quas Sebastas uel Caesareas appellarunt. Venerē etiā multi reges ad urbem uisendi hominis causa, quos ita comiter & perbenigne suscepit, ut ex amicis sibi amicissimos redderet. Cum ciuibus autem suis humanissime uixit: in delinquentes clemens, erga amicos liberalissimus est habitus: in cōparandis amicis rarus, in retinēdis cōstantissimus. Liberaliū artium adeo studiosus fuit, ut nullus pene laberetur dies, in quo non legeret aliquid, aut scriberet, aut declamaret. Ingenio & doctrina Salustij, Liuij, Virgilij, Horatij, Asinij Pollionis, Messalae Coruini oratoris insignis, delectatus est, quorū scriptis etiā eius res gestae immortalitati cōmendatae sunt. Urbē Romam ita exornauit, ut gloriatus sit se urbē lateritiā inuenisse, marmoream relinquere. Hanc felicitatē quae (ne mentiar) magna fuit: maiorē certe reddidit saluberrimo ortu suo Christus rex noster. Intercessere autē a creatione mundi usq; ad hunc felicissimum natalem diem, anni quinq; millia cētum & xcix. Nascitur puer sine dolore matris: quippe qui diuinus erat, non humanus partus, unde mater integra statim surrexit, & infantem de more pannis inuoluit. E taberna autem meritoria in transfiberina regiōe ex terra oleum erupit, ut ait Eusebius, fluxitq; toto die sine interuallo, Christi gratiā gentibus

PLATINA DE VITIS

offendens. Narrat Orosius Augustum Cæsarem eadem die mādasse, ne quis se do-  
 minum deinceps uocaret, diuinantem credo uerum principē orbis terrarū ac mun-  
 di totius, natum esse. Idem quoq; mandauit, ut in orbe Romano om̄ium hominum  
 capita censu notarentur: ac si maiori principi rationem gubernati impetū aliquan-  
 do redditurus esset. Huic autē censui Cyrinum uirum consularē ex senatusconsulo  
 to præfecit. Pax præterea & quies tanta fuit, tum domi tum foris, quanta nunq; an-  
 tea. Hunc enim iustitiæ & pacis regem prophetæ appellarunt. Defertur autē octa-  
 ua die ad templum circuncisionis causa: neq; enim uenerat abrogare legem, sed ad  
 implere. Erat autem circuncisio testamenti signum inter deum & homines, ut ait  
 Augustinus. De uero tertio decimo adoratur a magis, & muneribus donatur, qui  
 ex oriente Hierosolymam eius rei causa uenerant. Magos enim quidam orienta-  
 les populi reges suos & sapientes appellant. Ne uero legem Moscos prætermitte-  
 re uideretur, mater purificationem sumptura, licet intacta & incorrupta lustrati-  
 one minime indigeret, puerum ad templum defert. Hunc autem Simeon uir ius-  
 tus & singularis religionis, in uulnīs retinens, diuino numine afflatus, regem suum  
 & saluatorem proficitur, unde Iesus Christus appellatus est. Nam Iesus nomen sal-  
 uatoris est, Christus uero regis, qui mystico illo chrismate unctus, quo reges om̄es  
 Messias hebraice dicitur. Vt enim Romani imperatores purpura, sic Hebræorum  
 reges unguento cæteris insigniores habebantur. Idem fecit Anna spiritu prophe-  
 tico incitata. Quid de Christo senserint Sibyllæ, non est cur scribamus, cum om̄es  
 fere eius saluberrimum aduentum prædixerint. Celebrata hac lustratione, recogni-  
 toq; iure primogenitorū secundum legem diuinam, in Nazareth patriam redire  
 ciuitatem Galilææ: ubi per quietē Ioseph existimatus Christi pater, ab angelo ad-  
 monetur ut fugiens in Aegyptum, puerum secum & matrem deferat. Futurū ei im-  
 paulo post, nisi id fecerit, ut Herodes puerum occideret. Verum id agere tūc quod  
 destinauerat, homo crudelissimus non potuit. A filiis enim ob scruitiā accusatus,  
 Romam ad causam dicendam proficiscitur: qui simulata cōcordia in provinciam  
 rediens, Aristobulum & Alexandrum filios, adolescentes quidem egregios & do-  
 ctos, quippe qui apud Cæsarem Augustum fuerant educati, in Cæsarea laqueo po-  
 emit. Ad necem deinde puerorū conuersus homo regnandi cupidus, quod natum  
 esse alterum regem Iudæorum a prophetis intellexerat, oēs qui tum in Bethleem  
 erant & finibus suis: a bimatu & infra occidit iubet, secundum tēpus quod a magis  
 exquiserat: nec filio proprio eius ætatis parcat. Vnde ferunt Augustum Cæsarem  
 crudelitatem hominis detestatum, hoc dixisse: Maluissē Herodis porcus esse q̄ fil-  
 lius. Iudæi enim ex lege non modo degustare, sed tāgere etiam suillam carnem pro-  
 hibentur: quare fit ut neq; eos alant neq; comedant: hanc ob rem in porcos clemen-  
 tes dicuntur. Ioseph autē septēnio in Aegypto cōmoratus, ubi Herodē tyrannum  
 tabo & sacro igne mortuum intellexit, Hierosolymam cum puero pficiscitur: nec  
 diu ibi immoratus, quod Archelaum Herodis filium regnare intellexerat, in par-  
 tes Galilææ, alterius imperio obtemperantes, secessit, & Nazareth ciuitatem inco-  
 luit, unde puer Nazarenī nomen sumpsit. Dum autem in Aegypto esset, cecidere  
 (ut Hieronymus ait) deorū om̄ simulacra, cessarunt oracula, & mors quorundam  
 demonum subsecuta est ex uaticinio prophetæ: Ecce, inquit, leuem nubem cōscen-  
 det, & mouebuntur simulacra Aegypti ab eius cōspectu, & cor Aegypti in eius me-  
 dio tabescet. Annum uero xij. agēs, Hierosolymā cū parētibus de more ad diē fe-  
 stū celebrandū pficiscitur. Hi uero postea pacto sacro abeūtes, cū puerū subsequi nō  
 uiderent, sollicitudine pleni ad templum redeunt, eumq; doctores sciscitantem of-  
 fendunt, quod maxime adolescentem deceret. Supra atatem enim sapiebat: quia  
 (ut euangelista ait) dei gratia & uirtus in illo erat. Parentes deinde bene morē  
 secutus, in patriam reuertitur. Quid uero egerit in hac ætate usq; ad trigēsimū an-  
 num, quo a Iohanne Zachariæ filio aqua baptizatus est, dicere præmittam, cum

Augu-  
 stus Chri-  
 stonato  
 noluit se  
 dominum  
 uocari.  
 Orosius  
 lib. 6. ca.  
 22.  
 Mat. 5.

Herodes  
 filios suos  
 in Cæsa-  
 rea la-  
 queo per-  
 emit.

Maluit  
 Augu-  
 stus He-  
 rodis eē  
 porcus q̄  
 filius.

Deorum  
 simula-  
 cra in A-  
 gypto ce-  
 cidere.  
 Isai. 19.

Luc. 2.

non solum euāgelia & epistolæ rebus a se optime ac sanctissime gestis plenæ sint,  
 uerum etiam eorum libri, qui ab eius uita, moribus & institutis abhorruere. Flauio Antiqui-  
 us ille Iosephus, qui lingua Græca antiquitatē Iudaicam uiginti libris conscripsit, tantū libr.  
 cum ad Tiberij principis imperium uenisset: Fuit, inquit, eisdem temporibus IESVS  
 SVS uir quidam sapiens, si tamen uirum eum nominare fas est. Erat enim mirabi-  
 lium operum effector, ac hominum doctor, eorum maxime, qui quæ uera sunt, li-  
 benter audiunt. hanc ob rem multos tum ex Iudæis, tum ex gentibus sibi adiunxit:  
 CHRISTVS hic erat. Hunc autem cum Pilatus a principibus nostræ gētis in-  
 stigatus, in crucem agendum censuisset, non tamen hi deseruere, qui eum ab initio  
 dilexerāt. Eisdem præterea die tertio post mortem uiuus apparuit, quemadmodū  
 diuinitus inspirati prophetæ, & hæc & alia de eo innumerabilia miracula futura  
 esse prædixere. Perseuerat & usq; in hodiernum diem celebre Christianorum no-  
 men ab ipso sumptum: perseuerat & genus. Idem quoque Iosephus Iohannem ba-  
 ptistam uerum prophetam, & ob eam rem ab om̄ibus in precio habitum, iussu He-  
 rodis, magni Herodis filij, paulo ante mortem Christi cæsum fuisse affirmat in ca-  
 stello Machærunta, non quod sibi & regno timeret, ut idem ait, sed quod Herodia-  
 dem Agrippæ sororem, ac Philippi fratris uiri optimi uxorem, incestis nuptijs si-  
 bi coniunxerat. Hic est ille Iohannes, quo nemo maior inter natos mulierum fuit,  
 saluatoris nostri sententia. Interficitur & CHRISTVS uerus dei filius, ueritat-  
 tis, iustitiæ, pietatis, religionis assertor, anno decimo octauo Tiberij Cæsaris: ætatis  
 uero suæ anno trigēsimotertio, & eo magis, quod ei uita propagata est ab octauo ca-  
 lendas Ianuarij usq; ad octauū calendas Aprilis, quo die conceptus in uirginis ute-  
 ro est de spiritu sancto. Accusatus a Iudæis, quod sabbatis non uacaret, saluti homi-  
 num quouis tempore consulens: & quod baptismum circuncisioni anteferreret, &  
 quod abstinentiam suillæ carnis auferret: quibus in rebus Iudaicæ religionis sacra-  
 menta consisterent. Cædis autem tam nefariæ, etiam cæli ipsi signa dedere. Nam &  
 solis tanta defectio facta est hora sexta diei, ut & dies in obscuram noctē uersus sit:  
 & Bithynia etiam, licet multū ab Hierosolymis distet, terræ motu concussa: & mul-  
 ta Nicenæ urbis ædificia corruerūt: & uelum templi quod separabat duo tabernacu-  
 la, scissum: audita & uox ex adyto templi Hierosolymitani, Transmigremus ciues  
 ex his sedibus. Admonitus Tiberius a Pilato de Christi morte ac dogmate, ad sena-  
 tum retulit, censuitq; Christum in deos referendum, ac templo honorandum. Fies-  
 gremus  
 ri id non modo senatus uetuit, quod non ad se prius, sed ad Tiberium scripsisset Pi-  
 latus, uerum etiam pellendos urbe tota Christianos censuit. Proposita sunt accusa-  
 toribus præmia, quos Tiberius a tanto scelere minis & morte prohibuit. Autores  
 autem tam nefarij parricidij pœnas dedere. Nam & Iudas laqueo uitam finiuit, &  
 Pilatus maximis calamitatibus uexatus, sibi manū iniecit: licet sint qui scribāt eum  
 sceleris pœnituisse, ac ueniam a deo meritū. Iudæi autem amissa libertate, iusti san-  
 guinis meritas pœnas adhuc luunt. Hæc sunt fere quæ de uita Christi regis ac pon-  
 tificis nostri, quàm breuissime scribēda censui, quo & mihi facilius aditus ad opus  
 mente conceptum daretur, & legētib; gratior fieret lectio, quæ tanquam irrigua  
 us fons ab imperatore Christianorum, in pontifices Romanos per ordinem usque  
 ad tempora Sixti quartī deriuaretur.

P E T R U S.

Post Christi mortem & resurrectionem, completis iam diebus pentecostes, spi-  
 ritum sanctum acceperunt discipuli: quo imbuti, uarijs linguis res gestas summi  
 dei locuti sunt, etsi pleriq; eorum sine ulla eruditione sint habiti, maxime uero Pe-  
 trus & Iohannes. Eorum autem uita ad utilitatem cōmunem respiciebat: nil pro-  
 prij habebant, quicquid ante pedes eorum ob religionem ponebatur, id totum uel  
 partiebatur inter se ad commoda naturæ, uel pauperibus erogabāt. Hi uero pro-

Antiqui-  
 tantū libr.  
 8. cap. 6.

Eodem,  
 cap. 10.

Vox audi-  
 ta, trans-  
 migremus  
 gremus  
 hinc.

uincias partiti sunt: Thomas Parthos fortitus est, Matthæus Aethiopiã, Bartholomæus Indiam citeriorem, Andreas Scythiam, Iohannes Asiam: Vnde & apud Ephesum commoratus, post longos labores & diutinas sollicitudines e medio sublatus est. Petro autem principi apostolorum Pontus, Galatia, Bithynia, Cappadocia obtigit. Apostolus enim natione Galilæus ex Bethsaida ciuitate, Iohannis filius, Andreae apostoli frater, primus sedit annis septē in episcopali sede apud Antiochiam Tiberij tempore: qui Augusti priuignus & hæres, annis uigintitribus uarie imperauit. Neq; enim inter malos omnino, neq; inter bonos principes numerari potest. In homine fuit multa literatura, & grauis eloquentia: bella per se nunquam, sed per legatos gessit: tumultus exortos prudēter suppressit. Multos reges a se blanditijs euocatos nunquam remisit, maxime uero Archelaū Cappadocem, cuius regnum in prouinciam uertit. Multos senatores proscripsit: quosdam etiam interfecit: magnis quoq; supplicijs ab eodē necatur C. Asinius Gallus orator, Asinij Pollionis filius. Moritur & Vocienus Montanus Narbonensis orator in Balearibus: eo enim relegatus a Tiberio fuerat. Fratrem quoq; Drusum ueneno eius iussu necatum, tradunt historici. Hac tamen moderatione usus est, ut publicanis quibusdam & præsidibus prouinciarum augenda esse uectigalia dicentibus, respōderit: Boni pastoris esse tondere pecus, non deglubere. Mortuo Tiberio, C. Claudius cognomento Caligula a castrensi ioco ducto, imperium occupat. Filius enim Drusi Augusti Cæsaris priuigni, & ipsius Tiberij nepos habebatur, homo omnium sceleratissimus. Nil enim uel domi uel foris strenue gessit. Auaritia omnia expilauit: tantæ libidinis fuit, ut etiam sororibus stuprum intulerit. Tantæ crudelitatis, ut sapius exclamasse dicatur, Utinam populus Romanus unam ceruicem haberet, exules quoque omnes interfici iussit. Nam cum unum ab exilio reuocasset, quæreretq; quid potissimum exules optarent, cum ille imprudenter respondisset, mortem principis, omnes passim sustulit. De conditione temporum suorum sæpe etiam questus est, quod nullis calamitatibus publicis insignirentur, uelut Tiberij tempora, quibus obruta ferunt ad uiginti millia hominum casu theatri apud Tarracinam. Ita autem Virgilij & Liuij gloria inuidit, ut paulum abfuerit, quin eorum scripta & imagines ex omnibus bibliothecis amouerit: quorum alterum, ut nullius ingenij minimaq; doctrinae: alterum, ut uerbosum in historia negligentemq; carpebat. Dicebat Senecam arenam esse sine calce. Præterea Agrippam Herodis regis filium, a Tiberio in carcerem coniectum, quod Herodem accusauit, liberat: & regem Iudææ facit: ipsum autem Herodem perpetuo exilio Lugdunum relegat: seipsum uero in deos transfert: imagines in templo Hierosolymitano collocat. Postremo autem a suis tandem necatur, imperij anno tertio, mense decimo. Duo libelli in scriptis eius reperti sunt: quorū alteri pugio, alteri gladius pro signo erat impressus. Ambo lectissimorum uirorum utriusq; ordinis senatorij & equestris nomina & notas continebant morti destinatorum. Inuenta est & ingens arca uariorum uenenorum, quibus mox Claudio Cæsare iubente demersis, infecta maria traduntur, non sine magno piscium interitu, quos euectos in proxima littora passim æstus eiecit. Libuit hæc hominum monstra perscribere, quo facilius appareret deum uix potuisse tum retineri ab excidio orbis terrarum mundiq; totius, nisi & filium misisset, & apostolos: quorum sanguine humanum genus Lycaonem imitatum, ab interitu redimeretur. Horum itaque temporibus fuit Petrus ille, quem his uerbis Christus allocutus est: Beatus es Simon bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cælis est: & tu es Petrus, & super hæc petram ædificabo ecclesiam meam: ac tibi dabo clauas regni cælestis, potestatemq; ligandi & soluendi. Is uero omnium diligentissimus, ubi Asiaticas ecclesias satis confirmasset, confutatis eorū opinionibus, qui circumcisionē approbabāt, secundo Claudij anno in Italiam ue-

Vocienus  
Montanus  
Narbonensis  
orator.

C. Claudij  
Caligulae  
nita

Matt. 16.

S. Petrus  
quo tempore  
Roma uenit.

ait. Claudius enim C. Caligulae patruus, quem nepos in ludibrium reseruauerat, impium accipiens, quintus ab Augusto Britanniam, quã neq; ante Iulij Cæsarem, neq; post eum quisquam attingere ausus est, in deditionem accepit. Orcadas insulas Romano adiecit imperio: Iudæos tumultuantes Roma expulit, compressit & seditiones in Iudæa a quibusdam pseudoprophetis concitatas. Obruta etiam sunt triginta millia Iudæorum in portis Hierosolymitani templi azymorum diebus, Cumano eius iussu procurante Iudæam. Laboratum eodem quoq; tempore anno nã caritate ubique est, Agabo propheta tantam calamitatem prædicente. Ab exter- no hoste securus, perfecit aquæductum, cuius ruinas apud Lateranum cernimus a Caio inchoatum. Emittere quoque fuscinum lacum est aggressus, non minus com- pendij spe quã gloriã, cum quidam priuato sumptu emissurum se polliceretur, si sibi siccati agri concederentur. Per tria autem passuum millia partim effosso monte, partim exciso, cuniculum ægre absoluit post undecim annos, triginta millibus hominum ibi sine intermissione elaborantibus. Portum quoque Ostiensem, quem adhuc cum admiratione intuemur, extruxit, ducto dextra læuãq; brachio ad coer- cendos maris fluctus. Messalina uxore conuicta probri interfecta, Agrippinã Ger- manici fratris sui filiam contra ius fasq; ducit uxorem, a qua postea imperij deci- mo quarto anno boletis ueneno illitis necatur. Petrus itaque Romam caput orbis terrarum tunc uenit: & quod hanc sedem pontificali dignitati conuenientem cer- nebat, & huc profectum intellexerat Simonem magum Samaritanum quẽdam, qui præstigijs suis eo erroris iam deduxerat populum Romanum, ut deus credere- tur. Romæ enim iam titulum adeptus erat inter duos pontes positum, ac Lati- nis literis sic scriptum: Simoni deo sancto. Hic dum in Samaria esset, tamdiu se credere in Christum simulauit, quoad baptismum a Philippo uno ex septem dia- conis acciperet, quo quidem postea in malam partem utens, multarum hæresum fundamenta iecit, cum Selene impudica muliere, quam sceleris sociam habuit, prouocare Petrum miraculis morte pueri homo nefarius ausus est: quem eius car- mina primo mouere uisa sunt. Verum cum postea nihilominus puer iaceret, in no- mine Iesu Petro iubente surrexit. Hanc ob rem indignatus Simon, uidente popu- lo se uolaturum ex capitolino monte in Auentinum pollicetur, si Petrus subsequi uellet: ea ratione dignosci posse, uter ipsorum sanctior haberetur, & deo charior. Cum iam uolaret, rogatu Petri ad cælum manum tendentis ac rogantis deum, ne deludi magicis artibus tantum populum sineret, Simon decidit, ac crus infregit: cuius dolore non ita multo post Ariciae mortuus est. Nam eo post tantam ignomi- niam delatus a suis fuerat. Hinc Simoniaci hæretici originem habent, qui donum spiritus sancti emere ac uendere consueuissent: quicq; affirmabant creaturam non a deo esse, sed ex superna quadam uirtute prouenire. Conuersus deinde ad propa- gandum uerbum dei Petrus sermone & exemplo, rogatur a Romanis ut Iohanni cognomento Marco, eius in baptisate filio, conscribendi euangelij negocium tra- dat. Probata nanq; erat eius uita, probati mores. Is enim, ut Hieronymus ait, in Is- rael sacerdotium agens secundum carnem Leuita, id est, additus uel appositus, ad Christi fidem conuersus, in Italia euangelium scripsit, ostendens quid generi suo deberet & Christo. Extant eius euãgelia testimonio Petri cõprobata. Deinde uero in Aegyptum missus, ut ait Philo Iudæus scriptor egregius, ubi docendo & scri- bendo Alexandrinã ecclesiam optime constituisset, doctrina ac moribus insignis, viij. Neronis anno Alexandriae moritur, & sepelitur, in lociq; demortui Anianus sufficitur. Anno uero ante moritur & Iacobus, cognomento Iustus dñi frater. Nam ex Ioseph & alia uxore natus erat: uel, ut alij uolūt, ex sorore Mariae Christi matris. Hic em, ut Egesippus ait, apostolorū temporibus uicinus, in utero matris sanctus fuit, uinum & sicerã non bibit, nil carnis degustauit unquã, intonsus, nec balneo, nec

Actu. 18.  
Agabus  
prophet.  
Actu. 11.

Actu. 8.  
De Simonem  
magico.

Simoniaci.  
Actu. 8.

Marcus.

Iacobus  
dñi frater



## PLATINA DE VITIS

unguento usus est, uestibus lineis tantūmodo indutus. Sancta sanctorū ingressus, ita assidue flexis genibus pro salute populi orabat, ut eius genua camelorum more occalluerint. Verum abeunte ex Iudæa Festo ipsius prouinciæ gubernatore, priusquam ei Albinus succederet, pontifex Ananus Anani filius, compellens publice Iacobum Christum dei filium negare, recusantem lapidibus obrui iussit: qui cū præceps de pinnâ templi deiectus esset, femiuuius adhuc, & manus ad cælum tendens pro persecutoribus oraret, fuisse quo fullones utuntur, tandem necatur. Refert autem Iosephus hunc tantæ sanctitatis fuisse, ut propter eius necē publice creditum sit, Hierosolymā esse subuersam. Hic est ille Iacobus, cui dominus post resurrectionem apparuit, cuiq; panem benedicēs ac frangens dixit, mi frater, comede panem tuū, quia filius hominis e morte resurrexit. Annis uero triginta Hierosolymitanæ ecclesiæ præfuit, id est, usq; ad septimū Neronis annū. Cuius sepulchrū iuxta templum unde deiectus fuerat, cum titulo, Hadriani temporibus adhuc extabat. Mortuum quoq; Barnabam Cyprium, qui Ioseph Leuitæ cognominatus est, ante Petri martyrium constat. Hic em̄ cum Paulo gentium apostolus electus, unam tm̄ epistolam ad ecclesiam pertinentem conscripsit, licet ea quoq; inter apocryphas scripturas habeatur. Dissentiens item a Paulo ob Marcum discipulum, in Cyprum proficiscitur Marco comite: ubi Christi fidē prædicans, martyrio coronatur. Paulus autē qui antea Saulus dicebat, ex tribu Beniamin & oppido Iudææ Giscalis originem ducebat: quo a Romanis bello capto, cum parentibus suis Tharsum Ciliciæ commigravit: inde Hierosolymam ob studia legis missus, a Gamaliele uiro doctissimo erudit. Acceptis deinde epistolis a pontifice templi, eos persequens, qui Christum uerū deū esse profiterentur, Stephanī protomartyris neci interfuit. At uero cū Damasum pergeret, spiritu diuino ad fidē compulsus, uas electionis uocari meruit: nomenq; a Paulo procōsule Cypri accepit, quē prædicatione ad fidem redegerat. Vna deinde cum Barnaba multis urbibus peragratis, Hierosolymam rediēs, a Petro, Iohanne, Iacoboq; gentium apostolus eligitur. Hic autem post Christi mortem anno uigesimoquinto, id est, Neronianū imperij secundo, eodem tempore quo Festus procurator Iudææ Felici successit, Romam uinctus, Aristarcho concaptiuo comitante, ut ciuis Romanus mittitur: ubi biennio in satis libera custodia manens, cum Iudæis quotidie disputabat. Dimissus tandem a Nerone & prædicauit multa, & scripsit. Extant & eius decem ac quatuor epistolæ: ad Romanos una, ad Corinthios duæ, ad Galatas una, ad Ephesios una, ad Philipenses una, ad Colossenses i. ad Thessalonicenses ij. ad Timotheū ij. una ad Titū, ad Philemonē altera: quæ ad Hebræos eius nomine fertur, incerta habebat propter styli sermonisq; differentiam. Erant etiam olim, qui hanc & Lucæ, & Barnabæ, & Clementi ascriberēt. Scripsit & Petrus duas epistolas, quæ canonicæ nominantur. Secunda a plerisq; eius esse negatur, quod a stylo primæ dissideat. Verū quia pluribus intentus esse non poterat, cum orationi & prædicationi uacaret, duos episcopos ordinauit, Linum scilicet & Cletum, qui sacerdotale ministerium Romano populo & aduenis bene sentientibus exhiberent. His rebus intētus uir sanctissimus, tantū noīs sibi apud oēs comparauerat, ut iam fere pro deo coleretur. Hanc ob rem indignatus Nero, mortem hominis quærere: unde Petrus monentibus amicis ad declinandam inuidiam & iram principis, uia Appia ab urbe discedens, ad primum lapidem Christo, ut uerbis Egeſippi utar, sit obuiam, quem quidē adorans rogat, domine quo uadis? Tum Christus, Romam iterum crucifigi. Extat sacellum eo in loco, ubi hæc uerba sunt habita: Tum Petrus de martyrio sui ipsius dictum existimans, quod in se Christus passurus uideretur, ab urbem redijt: ac statim Clementem episcopū consecrat, eiq; cathedram & ecclesiam dei commendat his uerbis: Eandem ego tibi potestatem ligandi & absoluēdi trado, quā mihi Christus religit: spretis ac contēptis rebus om̄e

Iosephus  
anti. lib.  
20. ca. 16.

Hiero. ex  
euangelio  
secundum  
Hebræos.

Barnab.  
Actu. 4.  
Actu. 13.  
Actu. 15.

Paulus  
aposto.

Actu. 7.  
Actu. 9.

Gala. 2.

Actu. 17.

Actu. 28.  
Epistole  
Paul. quot

Petri epi-  
stolæ.

Libro. 3.  
capite 2.

Verba Pe-  
tri ad Cle-  
mentem.

## PONTIFICVM.

bus, tum corporis, tum fortunæ, oratione & prædicatione saluti hominum, ut bonum pastorem decet, consule. Cum hæc autem ita disposuisset, nō multo post una cum Paulo iussu Neronis necatur, ultimo eius anno, diuersis tamen cruciatibus. Petrus enim cruci affigitur capite in terram uerso, eleuatisq; in sublime pedibus: ita enim uoluit: quod diceret se indignum esse, qui mortem saluatoris imitaretur. Sepultus est autem in Vaticano uia aurelia secus hortos Neronis, non longe a uia triumphali, quæ ad Apollinis templum ducit. Sedit autem annis xxv. Paulus uero eodem die capite mulctatus, funeratur uia Ostiensi, anno post mortem Christi trigesimo septimo. Hoc idem approbat Caius historicus in Proculum quædam Cataphrygum disputans: Ego, inquit, trophæa apostolorum habeo quæ ostendam: siue enim uia regali pergas, quæ ad uaticanum ducit, siue Ostiensi, trophæa eorū inuenies, qui hanc stabiliuere ecclesiam: duo certe fuere, Petrus & Paulus. Præterea uero in eisdem Neronianis hortis multi cineres sanctorum martyrum reconditi sunt. Nam cum incendium tempore Neronis a cliuo Scauri ad Esquilias usq; sex diebus uagatum, multas fortunas ciuium consumpsisset, ac omnis culpa principi ascriberetur, ipse, ut ait Cornelius Tacitus, abolendo rumori intentus, falsos testes subornauit, qui id factum a Christianis causarentur. Unde tot capti & interfecti sunt, ut ex eorum cadaueribus per aliquot noctes lumina continuata dicantur. Sūt tamen qui dicant illud incēdium ab eo excitatum fuisse, uel ut Troiæ ardentis similitudinem cerneret, uel offensus deformitate ueterum ædificiorum, & angustijs flexibusq; uicorum homo libidinofus, intemperans, saeuus: & auunculo Caligula omnibus in rebus nequior ac sceleratior. Nam & magnam partem senatus interfecit, & turpiter in scena uidentibus omnibus cecinit ac saltauit. Tantæ præterea luxuriæ fuit, ut frigidis lauaretur unguentis, retibusq; aureis piscaretur, quæ attrahere funibus purpureis consueuerat. Hæc omnia uitia principio imperij sui ita occultauit, ut bonam spem omnibus præ se ferret. Nam cum admoneretur, ut in supplicio cuiusdam capite damnati ex more subscriberet, Quam uellem, inquit, nescire literas. splendide tamen cum in urbe, tum foris ædificauit. Nam & thermas suo nomine Romæ, & domum auream, & porticum trium millium passuum mira celebriitate perfecit: & portum Antij quem ego nuper mira cum uoluptate inspexi, sumptuosissimis operis extruxit. Ad sæuitiam eius redeo, qua in Senecam præceptorem, in Marcum Anneum Lucanum poetam egregium, in matrem Agrippianam, in uxorem Octauiam, in Cornutum philosophū præceptorem Persij, quem in exilium egit, in Pisonem, in omnes deniq; qui aliquo in precio apud ciues suos erant, usus est. Tandem uero populi romani iram & odium ita in se concitauit, ut ad poenas quæsitus quam diligentissime sit. Quæ tales profecto erant, ut uinctus in publicum sub furca duceretur, & uirgis usq; ad necem cæsus, in Tiberim proijceretur. Verum is fugiens ad quartum miliarium, in suburbano liberti sui inter Salariam & Nomentanam uia semetipsum interfecit, ætatis suæ anno trigesimo secundo, imperij uero decimoquarto.

### LINVS .I.

Linus natione Tuscus, patre Herculaneo, ab ultimo Neronis anno usq; ad Vespasiani tēpora puenit: a cōsulatu Saturnini & Scipionis usq; ad Capitonē & Ruffum consules. Hoc autē interuallo imperarunt, sed breui tēpore, Galba, Otho, Vitellius. Galba enim uir antiquissimæ nobilitatis in Hiberia impator a militibus creatus, ubi Neronis mortem comperit, Romam festim uenit. Verū cum omnes auaritia ac segnitia offenderet, insidijs Othonis Romæ ad lacum Curtij iugulaf, septimo imperij sui mense, cum Pifone nobilissimo adolescente, quē in filij per adoptionē suscepit. Vir certe fuit uita priuata insignis militaribus ac domesticis in rebus. Sæpe tñ consul, sæpe proconsul, frequēter dux fuit grauissimis bellis. Hic ut laudē, facit M. Fabij Quintiliani doctrina, quem secū Galba ex Hispania Romam

Incendium  
tempore  
Neronis.  
Libro. 15.

ij. Pont.

Galba impator.

Otho imperator. duxit, Otho uero materno gñe quā paterno nobilior, uita prinata, mollis, gippe q Nerone familiaris fuerat, inter tumultus, ut dixi, cadesq; in uasit impiū. Cum autē ciuile bellum contra Vitellium in Germania imperatorem creatū molitus, tribus leuibus praelijs superior fuisset, uno ad Alpes, alio apud Placentiam, tertio ad Castorem, quarto apud Bebricum supatur: unde res desperatione sibimet mansi iniecit, impij sui mense tertio. At Vitellius familia magis honorata quā nobili Romā ueniens, ac impio potitus, in omnē nequitia, sauitiam & ingluuie prolapsus est. Nam tanta uoracitatis fuit, ut sapius in die comederet, & una coena suo iussu duo millia piscium, & septē millia auium apposita sint. Verū ubi compit Vespasianū apud Iudæam Palaestinae ab exercitu impatorem creatū, cū legionibus aduentare, primum deponere impium cōstituit: postea uero a quibusdā animatus, sumptis armis, Sabinum Vespasiani fratrem cū Flauianis in Capitolium compulit: quo q dem successo, oēs cōcremati sunt. Quare supueniente Vespasiano, cum nullū ueniam locū sibi relisset, e cella palatii, in qua delituerat, turpissime tractus p uiam sacra, nudus ad scalas gemonias ducitur, ubi excarnificatus in Tiberim proicit. Hoc itaq; tēpore Linus fuit Petri successor. Sunt q hunc locū Clementi ascribant, & Linū ac Cletū ptermittant, quos non solū historia, uerum etiā Hieronymi autoritas reprehēdit: Quartus, inquit, post Petrū Romae episcopus Clemens fuit: sigdem Linus secundus, Cletus tertius sunt habiti, tamen si latinorū pleriq; post Petrū statim Clementē numerent: quem certe constat, tantae modestiae fuit, coegisse Linum ac Cletum ante se munus pontificatus obire, ne posteris haec principatus ambitio pnciosi exempli haberet: licet eidē Petrus quasi ex testamēto successionis locū tradiderit. Linus uero ex mandato Petri constituit, ne qua mulier nisi uelato capite templū ingrediatur. Præterea uero ex sacris ordinibus bis in urbe habitis, presbyteros decē & viij. episcopos xi. creat. Scripsit & res gestas Petri, maxime uero eius contentione cū Simone mago. Huius autem temporibus fuit Philo Iudæus natione Alexandrinus, q multa ita eleganter & grauius scripsit, ut dictum merito sit, aut Plato Philonē seq̄, aut Platonem Philo. Is autē sua doctrina & elegātia, Appionis temeritatē cōtra Iudæos ab Alexandrinis missam cōpescuit. Romae uero impante Claudio, cōsuetudinē cum Petro habuit. Inde multa de laudibus Christianorū cōscripsit. Iosephus quoq; Mathiae filius, & Hierosolymis sacerdos a Vespasiano captus, ac cum Tito filio tantisper relictus, donec Hierosolyma caperent, Romam ueniens, Iudaica captiuitatis libros septē patri ac filio obtulit Linū pōtificatu, qui etiā in bibliothecam publicā repositi sunt, et autor ipse ob ingenij gloriā statua ac merito certe donatus est. Scripsit & alios xxiiij. antiquitatū libros, a principio mundi usq; ad xiiij. Domitiani Caesaris annū. Linus autē cum sanctitate & moribus in p̄cio habere, demones fugaret, & mortuos in uitā reduceret, a Saturnino consule, cuius filiam a demonibus liberauerat, capitali supplicio afficit: sepeliturq; in uaticano iuxta Petri corpus die xi. Calendas Octobris, cum sedisset in pōtificatu annos undecim, menses tres, dies xij. Sunt q scribāt Gregorij episcopum Ostiensem corpus sanctissimi pontificis Ostiam ex uoto transtulisse, & in templo diui Laurentij magnifice collocasse.

Iosephus  
Matthiae  
filius.

ij. Pont.

#### CLETVS I.

Cletus patria Romanus, de regione Vicopatritij, patre Aemiliano, adhortante Clemente pōtificatus onus inuitus suscepit, licet doctrina, moribus, & dignitate plurimum apud suos ualere. Fuit autē tēpotibus Vespasiani & Titi, a consulatu Vespasiani septimo & Domitiani quinto, usq; ad Domitianum & Rufum consulis, ut Damasus scribit. Vespasianus em, ut antea dixi, Vitellio successit, bellūq; Iudaicum biēnio ante protractū, Tito filio cōmendauit, quod qdē biēnio post cōstantissime absoluit. Nam capta Iudæa, eueris Hierosolymis, templūq; solo a quato, ad DC. millia hoīm interfecta referunt: licet Iosephus Iudæus eo bello captus, ac uita donatus, quod & mortem Neronis, & Vespasianum imperatorem breui futu-

p̄dixerat, undecies centena millia ferro ac fame eo bello perisse scribat: captaq; ad centū millia, ac publice uenundata. Nec id uero dissonū uideri, cū referat azymorū dies tum fuisse, quo tempore ex omni Iudæa Hierosolymam tanquam in publicū carcerem: tum uel maxime die phase, quo Christum occiderūt, sunt profecti, daturū tū p̄nas, & frequentis contra populū Romanum defectionis: & sceleris atq; perfidiae, qua Christū innocentē pemere. Deuictis itaq; Iudæis, triūpharunt pater & filius, eodē curru uecti, subsequēte Domitiano equo albo insidente. Extant adhuc in uia noua huius triumphī monimenta: apparent in sculpta candelabra, apparent tabulae ueteris legis e templo ablatae, & in triumphum ductae, haec etiam in uictos humanitate usus, ut omnes q ex familia Dauid superfuissent, uelut ex regia stirpe cōquisitos in precio habuerit. Idem quoq; impio semper modestissime usus est. Tātā enim lenitatis & clemētia fuit, ut reos etiam maiestatis, uerbis tm castigatos dimitteret: petulantium & loquacium dicta contemneret, offensarum & inimicitiarum immemor. Colligendarum tm pecuniarum nimium studiosus habitus est, licet ex alieno nō raperet, eis deniq; pecunijs ad liberalitatem & magnificentiam uteret. Nam & templum Pacis foro proximum diui Claudij ceptum p̄fecit, & amphitheatrum, cuius partē cum admiratione adhuc cernimus, inchoauit. Virtutem autē Titi filij tanti semper fecit, ut tumultuantibus quibusdam ob cupiditatem impanedi dixerit, Aut neminem, aut filium imperio potiturum: & merito qdem, cum ob uirtutem & integritatem animi, Titus amor & deliciae humani generis haberet. Nam & eloquentissimus in pace, & fortissimus in bello, & clementissimus in delinquentes est habitus: ita comis & liberalis, ut nulli quicquam negaret. Hoc cum reprehenderent amici, respondisse fertur, Neminem a uultu principis tristem discedere oportet. Addidit & illud, recordatus quod nihil cuiquā muneris dedisset, amici, diem perdidit. Nemo ante se magnificentia maior fuit, absoluto atq; dedicato amphitheatro, thermisq; edita uenatione ferarum quinq; millium. Reuocauit etiam ab exilio Musonij Rufum philosophum insignem, & Alconij Padiani uiri doctissimi familiaritate delectatus est. Perijt autem anno imperij sui secundo: delatusq; ad sepulchrum est publico luctu, ac a parente orbatī omnes essent. Sunt autem qui scribant, anno secūdo Vespasiani, qui annis decem imperium obtinuit, Cletum Linū successisse. Vt cunq; sit, constat Cletum uirū optimū ac sanctissimum fuisse, nihilq; p̄termisisse, quod ad augēdam ecclesiam dei p̄tineret. Huius autē temporibus fuit Lucas medicus Antiochenis, graeci sermonis apprime doctus, Pauli apostoli imitator, & omnis peregrinationis eius comes ac socius. Scripsit autē euangeliū, quod a Paulo laudat. Vnde merito Euangeliū illud suū esse Paulus dicit. Apostolorū uero res gestas, quē ad modum uiderat cōscripsit. Vixit annos octogintatres: uxorem habuit in Bithynia, sepultus est Constantinopoli: ad quam urbē xx. Constantij anno eius ossa cū reliquijs Andreae apostoli de Achaia translata sunt. Philippus quoq; eadem tēpore ex Scythia, quā uiginti annis in fide, exemplo, praedicatione retinuit, in Asiam rediens, Hierosolymis moritur. Cletus autē cum ecclesiam dei optime pro tempore constituisset, redactis in ordinem ex mādato Petri uiginti quinq; presbyteris, sub Domitiano martyrio coronat, ac sepelitur apud beati Petri corpus in uaticano, quinto calendas Maij. Affecti & alij multi martyrio, inter quos est habita & Flauia Domicilla, Flauij Clementis consulis ex sorore neptris, in insulam Pontiam relegata, quia Christianam se fassa est. Sedit autē Cletus annis xij. mense uno, diebus xi. Sedes autem huius morte diebus uiginti uacat.

2. Cor. 8.

#### CLEMENS I.

ij. Pont.

Clemens patria Romanus de regione Caelij mōtis, patre Faustino, Domitiani temporibus fuit: qui ab Augusto nonus Tito successit, Neroni aut Caligulae Domitiani similior q patri Vespasiano aut fratri: moderatior tamen primis annis est habitus. Mox in ingentia uitia prorupit: libidinīs, desidiae, iracundiae, crudelitatis, qui successit.

## PLATINA DE VITIS

bus criminibus tñ odij in se cōcitauit, ut pene patris ac fratris nomen aboleret. Multos autem ex nobilitate interfecit, plerofq; in exilium misit, ecq; in lectu c dari iussit. Tantæ uero desidiæ fuit, ut in cubiculo solus muscas præacuto stylo con figeret. unde quidam prodicens interrogatus, esset ne quispiam cum Casare res pondit per iocum, Ne musca quidem. Eo præterea dementia & iactantia uenit, ut se dominum ac deum uocari, scribi, coliq; iusserit. Hic autem secundus post Ne ronem Christianos persequitur. Exquiri quoq; quæstionibus & tormentis genus Dauid inter Iudæos mādauit, conq; situmq; funditus perdi ac deleri. Tandem ue ro diuina superueniente ultione, in palatio a suis interficitur anno imperij deci moquinto. Huius uero cadauer per uestiprones delatū ignominiose sepelitur. Phi lix enim in suburbanis suo latina uia illud funerauit. Clemēs autem quartus, ut di xi, tum erat Romæ post Petrum episcopus. Nam Linus secundus est habitus, terti us Cletus, tamen pleriq; latinorum secundum post Petrum putauerint Clemē tem fuisse: quod etiam epistola ad Iacobum Hierosolymitanum episcopū plane si gnificat; Simon Petrus ubi finē uitæ suæ adesse sensit, in corona fratru positus, ap prehenso manu mea, hunc, inquit, urbis episcopum constituo, qui mihi in rebus om nibus posteaquam Romam ueni, comes fuit. Subterfugiebam ego tantum onus, tum ille, tibi tantummodo consules, populum dei in fluctibus ambulantes dese res, cum periclitanti subuenire possis? Verum hic omnium modestissimus, ut dixi, Linus & Cletus sponte sibi in tanto honore prætulit. Scripsit itē Romanæ ec clesiæ nomine ad Corinthios epistolam quidē perutilem, nec characteri epistolæ differentē, quæ sub Pauli nomine ad Hebræos fertur. Legitur hæc publicè a non nullis: extat & secunda eius nomine, quam ueteres non adeo probarunt. Disputa tionem quoq; Petri & Appionis, longo sermone ab eodem conscriptam, Eusebius in tertio historiae suæ uolumine coarguit. Peruenisse autem ad hæc usq; tēpora Io hannem apostolum constat, Zebedæi filium, Iacobi fratrem. Hic uero omnium no uissimus euangelium scripsit, ac ea confirmauit; quæ a Matthæo, Marco, Luca con scripta fuerant. Perunt & id ob eam rem a Iohanne postremo factum, quo Ebionit arum dogma confurgens infringeret, qui asserbant & impudenter quidē, Chri stum ante Mariam non fuisse: eius enim diuinam naturam Iohannes explicat. Scri psit & alia multa, tum uero Apocalypsim, relegatus a Domitiano in Patmos insu lā, quo postea interepto, & actis eius ob nimiam crudelitatem a senatu rescissis, impe rante Nerua Ephesum redijt: ibiq; usq; ad Traianū principē cōsilio & scriptis eccle sias Asiæ sustentans, senio confectus, sexagesimo octauo post passionē Christi anno in domino quieuit. Clemens autē pietate, religione, doctrina multos ad fidē Chri sti quotidie traducebat. Quam ob rem P. Tarquinius sacrorum princeps cum Ma mertino urbis præfecto Traianum in Christianos concitat. Cuius imperio in insu lam Clemens deportatur: ubi ad duo millia Christianorum ad secunda marmora damnatorum inuenit. Dum ibi uero aquæ penuria laboraretur, quam sexto mili ario repetebant, Clemens collem haud longe positum conscendens, agnum uidit, sub cuius dextro pede fons diuinitus abundanter aquam scaturiebat, qua quidē & recreati omnes sunt, & multi ad fidem Christi conuersi. Hanc ob rem motus Traianus, ex satellitibus suis quosdam mittit, qui Clementem in mare proicerēt, alligata ad collum ancora, cuius sacratissimum corpus non ita multo post ad littus delatum est: atque eo loci sepultum extructo templo, unde fons diuinitus emana uerat. Hoc autem factum narrat xix. calendas decēbris, anno tertio Traianū prin cipis. Sedem uero Petri retinens annis nouem, mensibus duobus, diebus decē, & re giones septem notariis diuisit, qui diligenter res gestas martyrum scriberēt: & ha bitis quoq; de more sacris ordinibus decēbris mense, presbyteros decem, diaconos duos, episcopos quindecim creat, Eius autem in morte dies xxii. sedes uacat.

Iohannes  
quādo su  
um euan  
gelij scri  
psit.

## PONTIFICVM:

ANACLETVS .I.

V. ponti  
fex.  
Nerua  
impera  
tor.

Anacletus natione græcus, patria Atheniēsis, Antiocho patre natus Clemen ti succedit, Neruæ Traiani temporibus. Nerua em moderatæ uitæ, tum pu blicæ tum priuatæ princeps, æquissimum se atq; utilem reip. præstitit. Præterea uero eius opera ex senatus decreto Domitiani acta abrogata sunt, unde multi ab exilio rediere. Pleriq; uero bona sua, quibus antea spoliati fuerāt, huius beneficio receperunt. At Nerua cum iam senio premeretur, & mors instaret, reip. cauens, Tra ianum principem in filium per adoptionem accipiens, secundo & septuagesimo ætatis anno moritur, imperij uero sui anno primo & mense quarto. Nerua itaq; Traianum genere Hispanus, cognomēto Vlpus Crinitus, imperiū accipiens, mi litari gloria, urbanitate & moderatione omnes principes superauit. Nam fines im perij longe & late diffudit, Germaniam transrhenanam in pristinum statum redu xit, Daciā & multas trans Danubium gētes imperio Romano subegit, Parthos recepit, Albanis regem dedit, Euphratē & Tigrim prouincias fecit, Armeniam, Assyriam, Mesopotamiam, Seleuciam, Ctesiphontem, Babylona uicit & tenuit, usq; ad Indiæ fines, & mare rubrum accessit, in quo etiam classem constituit, qua Indiæ fines uastaret. Anacletus autem institutis & moribus ecclesiam Romanam confirmaturus, constituit ne præsul, neue clerici barbā uel comam nutrirēt, neue episcopus a paucioribus q̄ a tribus episcopis ordinaretur: utq; clerici publice, non priuatim, ad sacros ordines asciscerētur. Omnibus quoq; fidelibus præcepit, ut peracta consecratione communicarent: qui uero nollent, e sacris adibus elimi narentur. Augebatur hac ratione mirum in modum Christiana resp. Quare Tra ianus ueritus ne quid detrimenti Romanū imperiū inde caperet, tertiam perse cutionem in Christianos cōcessit, qua quidem multi interempti sunt: maxime ue ro Ignatius Antiochenæ ecclesiæ tertius post Petrum episcopus, qui captus & da mnatus ad bestias, dum Romam a satellitibus traheretur, quos decem leopardos uocat, omnes Christianos in itinere oratione uel literis in fide cōfirmabat: Sic in uocans, ut Iesum Christum inueniam, ignis, crux, bestia, contractio ossium, & toti us corporis contentio, & tormenta diaboli in me ueniant, dummodo Christo fru ar. Cum autem iam audiret leorum rugitum, frumentum sum, inquit, detibus be stiarum molar, ut panis mundus inueniar. Moritur autē undecimo Traianū anno, eiusq; reliquæ Antiochiæ iacēt extra portam Daphnicā. At uero Plinius Secun dus, qui tum prouinciam gubernabat, misericordia ob multitudinē interempto rum motus, ad Traianum scribit, Innumera hominum millia quotidie obrūcari, in quibus nihil omnino sceleris deprehenderetur, aut aliquid quod Romanas le ges offenderet, nisi hoc solum quod antelucanos hymnos Christo cuidam canerēt deo: adulteria uero aut huiusmodi criminum apud eos illicita haberi. Unde permo tus Traianus, rescribit, Christianos quidem non esse requirendos, oblatos tamen puniri oportere. Perijt etiam illo tumultu Simon domini consobrinus, hierosoly mitanus episcopus in cruce positus, filius Cleophae, qui centum & uiginti cōple uit annos. Hæc autem quæ dixi, sub hoc pontifice gesta sunt, nō autem sub Cleto, ut Eusebius in tertio historiae suæ libro ostendit. Damasus enim Cletum ab Ana cletto patria & genere mortis differre ostēdit. Nam Cletus natione Romanus, sub Domitiano: Anacletus uero Atheniēsis, sub Traiano principe moritur. Hic au tem & memoriam patri composuit, & seorsum a plebe loca ubi martyres sepeli rentur assignauit: & sacris ordinibus semel mense decembri habitis, presbyteros quinq; diaconos tres, episcopos diuersis in locis sex numero creauit: quo quidem ultimo supplicio perempto, uacat episcopatus diebus tredecim. Sedit autem an nis nouem, mensibus duobus, diebus decem.



## EVARISTVS .I.

vi. pont.

Traianus  
imperator.

**E**uaristus natione græcus, patre Iudæo, nomine Iuda, ex Bethleem ciuitate, ad Traiani tempora peruenit, cuius principis ob singularem iustitiam & humanitatem libenter mentionem facimus. Nam ubiq; terrarum ita se æqualem oibus præbuit, ut usq; ad Iustiniani tempora in creatione principum sit acclamatus, Felicitior sit Augusto, ac Traiano melior. Præterea uero tantæ comitatis & humanitatis fuit in uisendis ægrotis, salutandis amicis, celebrandisq; passim festis diebus, in uisitantiumq; conuiujs, ut ei tanta benignitas uitio daretur, unde dictum illud imperatore dignum prodijt, Talem priuatis imperatorem esse oportere, quales sibi priuatos optat habere. Honores autem, diuitias, facultates, præmia benemerentibus æque distribuit. Nulli quicquam iniuriarum fecit augendi ærarij gratia. Immunitates ciuitatibus inopia laborantibus dedit. Fluminum traiectiones ac itinera periculosa, tuto & saluberrimo opere composuit. Portum Anconitanum, ducto præalto & lato muro ad coercendos maris fluctus, muniuit. Nihil in uita agens, nihil cogitans, quod ad communem utilitatem non pertineret. Hac tanta gloria bellidomijq; parta, apud Seleuciam Isauriæ ciuitatem profluuiio uentris periit, anno imperij eius decimo octauo, mense sexto; cuius ossa Romam postea delata sunt, & in urbe sepulta urna aurea in foro, quod ipse struxit sub columna cochlide, quam adhuc cernimus; cuiusq; altitudo centum & quadraginta pedum est. At Euaristus (ut Damasus ait) titulos in urbe Roma presbyteris diuisit, & septem diaconos in ordinem redegit, qui custodirent episcopum prædicantem propter stylum ueritatis. Idem constituit, ne plebis in episcopum accusatio reciperetur. Ordinationes ter habuit mense decembri, ac presbyteros sex, diaconos duos, episcopos per diuersa loca numero quinque creauit. Huius tempore Papias fuit, Iohannis auditor, hieropolitanus episcopus, qui non tantum historiae ueterum discipulorum dominum, quantum uoce Aristonis & senioris Iohannis adhuc uiuentis, delectatus est. Unde apparet ex ipsa nominum dinumeratione, cum omnium fere apostolorum mentionem fecisset, alium esse Iohannem, qui inter apostolos locatur: alium seniore Iohannem, quem post Aristonem numerat, qui certe doctissimus est habitus: quæq; etiam multi secuti ob doctrinam sunt, ut Irenæus, Apollinarius, Tertullianus, Victorinus Pictauiensis, Lactantius Firmianus. Quadratus quoq; apostolorum discipulus, ecclesiam dei tum periclitantem, fide & industria sua quoad fieri potuit sustentauit. Nam cum Hadrianus tum Athenis hyemem agens, symmytesq; Eleusinae omnibus pene sacris initiatus, occasionem fauendi in Christianos dedisset, Quadratus ipse librum Hadriano porrexit de honestate religionis christianæ compositum, plenum fidei & rationis. Idem fecit Aristides Atheniensis philosophus, sub pristino habitu Christi discipulus: uolumen nanque nostri dogmatis rationem continens, eodem tempore, quo & Quadratus, Hadriano principi obtulit. His autem apologeticis libris factum est, ut Hadrianus iniustum fore existimans, Christianos in dicta causa ubique occidi, Minutio Fundano Asiæ proconsuli scripserit, neminem occidendum, nisi de accusatore & crimine constaret. Euaristus autem (ut quidam tradunt) martyrio coronatur ultimo Traiani principis anno. Sed melius censent, qui sub Hadriano nondum in Christianos placato, id ei contigisse scribunt, annis enim nouem sedit, mensibus decem, diebus duobus. Sepultus est autem Euaristus in Vaticano apud beati Petri corpus, sexto calendis nouembrijs, Vacat tum sedes dies xix.

## ALEXANDER .I.

vij. pont.

**A**lexander patria Romanus, patre Alexandro, ex regione Capitetauri, iuuenis ætate, moribus senior, usq; ad Aelij Hadriani tempora peruenit. Hadrianus enim consobrini Traiani filius, imperium accipiens, primo quidem Christianis

aduersatus est, postea (ut deinceps dicitur) cognita eorum religione & pietate, in eos admodum beneficus fuit. De populo Romano benemeritus, pater patriæ statim appellatur: eiusq; uxor Augustæ nomen suscepit. Vtraq; uero lingua eruditissimus, & leges multas composuit, & bibliothecam insignem Athenis retulit, Plutarchi Cheronæi, Sixti, Agathoclis & Enomai philosophi doctrina ac familiaritate delectatus. Atheniensibus autem leges petentibus, ex Draconis & Solonis sententia iura composuit. Idem quoq; sacris Eleusinae initiatus, multa Atheniensibus dona contulit, eorumq; pontem restituit, quem Cephyfus fluuius inundatus alluione dissoluerat. Fecit & Romæ sui nominis pontem, qui adhuc extat, & sepulchrum in Vaticano apud Tiberim, quo nunc pontifices pro arce utuntur: Tiburtinam quoq; uillam miro sumptu ædificauit, quæ quidem hodie Tibur uetus appellatur: in eaq; prouinciarum & locorum celeberrima nomina inscripta erant. Pelusium autem ueniens, Pompeij tumulum magnificentius extruxit, murum duxit in Britannia octoginta millia passuum: qui barbaros Romanosq; diuideret, Septimio Claro prætori sui tum præfecto, & Suetonio Tranquillo epistolarum magistro. At uero Alexander Romanus pontifex, primus ob memoriam passionis Christi in sacrificio addidit, qui pridie quam pateretur, usq; ad hæc clausulam, Hoc est corpus meum. Instituit item, ut aqua quam sanctam appellamus, sale admixta interpositis sacris orationibus, & in templis, & in cubiculis ad fugandos demones retineretur. Voluit quoque aquam admisceri uino in consecratione sanguinis & corporis Iesu Christi, quo significatur Christum ecclesiæ coniunctum esse. Oblationem quoq; ex azymo, non autem ex fermentato, ut antea, fieri mandauit: quia hoc modo purior ac potior haberetur, & Ebionitis hæreticis calumniandi occasio auferretur. Huius uero temporibus fuit Agrippa cognomento Castoris, qui Basilidis hæretici uolumina in euangelium scripta, sua doctrina mirifice confutauit. Barrabam & Bartheab eius prophetas, conficta scilicet ad terrorem nomina, & deum maximum eiusdem Abraxas, deridens. Mortuus est autem ea tempestate Basilides, qua & Cothebas dux iudaicæ factionis, Christianos uarijs supplicijs persecutus est. Huius uero atq; Iudæorum omnium pertinaciam Hadrianus imperator ultima cæde perdomuit, præcepitq; ne cui Iudæo facultas introeundi Hierosolymam daretur, Christianis tantummodo ciuitate permessa, quam mœnibus & ædificijs instauras, de suo nomine Aeliam appellauit. In eadem uero ciuitate Marcus ex gentibus primus episcopus constituitur, cessantibus his qui fuerant ex Iudæis. Huius quoq; pontificis tempore martyrium pro fide Christi Sapphira Antiochena, & Sabina Romana mulier passæ sunt, & Fauorinus, Palamon, Herodes Atheniensis, Marcus Byzantius rhetores insignes habentur. At Alexander post ordinationes tres, quas habuit mense decembri, quibus presbyteri quinque, diaconi tres, episcopi per diuersa loca quinque creati sunt, martyrio coronatur cum Euentio & Theodoro diaconis, sepeliturq; in uia Nomentana, ubi interfectus est septimo ab urbe miliario. V. nonas Maij. Sedit annis X, mensibus vij, diebus duobus. Vacauit autem sedes dies uiginti quinque.

## SIXTVS .I.

**S**ixtus natione Romanus, patre pastore: uel ut alij uolunt, Heluidio fuit, Hadriani vij. pontificis tempore, usq; ad Verum & Anniculum cōsules. Quem quidem Hadrianum inter bonos principes numerandum censuimus. Liberalis enim, splendidus, magnificus, ac clemens fuit. Nam & seruum in se gladio furentem, medicis curandum tradidit, & ægrotos bis terye in diem inuisit, & Alexandriam à Romanis euerfam sua instaurauit impensa: Romæ pantheon restituit, ac munera aromatica populo dedit, Moriens hos uersus fecisse dicitur

*Animula, uagula, blandula,  
Hospes, comesq; corporis,  
Quæ nunc abibis in loca,  
Pallidula, rigida, nudula,  
Nec ut soles, dabis iocos.*

Moritur autem morbo intercutaneo xxij. imperij sui anno, ac sepelitur Puteolis in uilla Ciceroniana. Sixtus autem rei diuinæ (ut par erat) curam gerens, constituit ne a quoquam nisi à ministris sacrorum, mysteria & uasa sacra tangerentur, maxime uero a foeminis: neque, quod sacerdotes corporale uocant, ex alio quam ex ligneo panno, & quidem purissimo, fieret. Idem censuit, ne episcopi ad sedem apostolicam uocati, redeuntes à suis reciperentur, nisi secum deferrent literas pontificis plebem salutantis. In celebratione uero mandauit, ut sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus sabaoth, cantaretur. Nuda primo hæc erant, & omnia simpliciter tractabantur. Petrus enim ubi consecrauerat, oratione pater noster, usus est. Auxit hæc mysteria Iacobus episcopus Hierosolymitanus: auxit & Basilius, auxere & alij. Næ Cælestinus Missæ introitum dedit, Gregorius Kyrie eleyson, Gloria in excelsis deo Telesphorus, collationes Gelasius primus, epistolam & euangelium Hieronymus, Alleluia uero sumptum est ex ecclesia Hierosolymitana. Symbolum in concilio Niceno: Mortuorum autem commemorationem Pelagius inuenit. Thus Leo tertius, Osculum pacis Innocentius primus. Ut caneretur Agnus dei, Sergius pontifex instituit. Cum uero Sixti temporibus propter frequentes cædes pauci reperirentur, qui nomen Christi profiteri auderent, & Galli Christiani præfulem sibi deposcerent, eo Peregrinum Romanum ciuem misit, qui confirmatis in fide Gallis, Romam rediens, ultimo supplicio afficitur in uia Appia, eo loci ubi Christus discedenti Petro apparuit. Eius corpus in Vaticanum per fideles delatum, apud sepulchrum Petri recoditur. Aquila quoque Iudæus natione Ponticus, cum Priscilla uxore edicto Claudij discedens, usque ad hæc tempora (ut nonnulli aiunt) superuixit, secundus Mosaicæ legis interpret, post illos lxx. qui Philadelphi temporibus fuere. At uero Sixtus ubi ordinationes ter mense decembri habuisset, quibus presbyteros xi. diaconos undecim, episcopos per diuersa loca iij. creauit, martyrio coronatur, & in Vaticano apud Petrum sepelitur. Sedit autem annis decem, mensibus tribus, diebus uiginti uno. Vacat tum sedes biduo tantum.

Aquila cū  
Priscilla.

ix. pont.

#### TELESPHORVS .I.

Telesphorus natione græcus ex patre anachoreta, Antonini Pij temporibus fuit, cuius quidem imperatoris paternum genus e Gallia cisalpina originem habuit. Imperauit autem cum filijs Aurelio & Lucio annis ij. ac uiginti, mensibus tribus, tanta cum modestia & benignitate, ut merito Pij cognomen adeptus sit, ac pater patriæ appellatus. Nulli enim unquam tum priuatim, tum publice acerbus fuit: aut in redimendis pecunijs, aut exactione tributis, quod quidem interdum ita remisit, ut cautionibus in censibus omnium debita relaxaret. Quid plura de hoc principe dicam? Qui religione, pietate, gratia, humanitate, clementia, iustitia, modestia cum Numa Pompilio bonorum omnium sententia comparari potest: Is præterea cum Tiberis inundatione plurima Romæ uexasset aedificia, tum priuata, tum publica, sua impensa ciues in restituenda urbe liberalissime iuuuit. Tarracensem quoque & Caietanum portum miris operibus, ut nunc etiam apparet, restituit. eius quoque impensa erectam esse columnam illam cochleam putarim, à qua urbis celeberrima regio nomen accepit. Telesphorus autem quem diximus Sixto successisse, constituit ut septem hebdomadibus ante pascha ieiunium obseruaretur: utq;

Antonius Pius.

in natali Iesu Christi noctu tres Missæ celebrarentur: Prima in dimidio noctis, quo Christus in Bethleem nascitur: secunda, illucescente aurora, quando à pastoribus cognitus est: tertia, eadem hora diei, qua nobis dies redemptionis & ueritatis illuxit, quæ omni reliquo tempore ante horam tertiam celebrare interdictum esset, qua hora dominus noster in crucem ponitur, ut Marcus ait. Constituit item, ut ante sacrificium hymnus ille caneretur, Gloria in excelsis deo. Huius temporibus multum elaborauit pro fide Christi Iustinus philosophus ex Neapoli urbe Palæstinæ, qui & Antonino Pio principi ac filijs eius librum dedit contra gentes scriptum, & dialogum contra Tryphonem principem Iudæorum habuit. Inuectus est & in Marcionem, qui Cerdonis dogma secutus, alterum bonum, alterum iustum dominum afferuit, tanquam duo contraria principia creationis & bonitatis. Impugnauit & Crescentem Cynicum ut gulosum, mortis timidum, luxuriæq; ac libidinum appetentissimum, Christiq; blasphemum: cuius insidijs ad extremum circumuentus, pro dignitate Christiani nominis sanguinem fudit. Hunc autem Iustini hostem non philosophum fuisse, sed Philopompum, id est, amatorem arrogantia scribit Eusebius. Eodem quoque tempore inualuisse Valentinianam hæresim constat. Hi qui dem Valentini cuiusdam Platonici sectatores, dicebant Christum de corpore uirginis nil sumpsisse, sed per eam tanquam per fistulam quandam purum transiisse. Photinus autem tum Lugdunensis episcopus, uir certe singularis uirtutis & doctrinæ (ut ait Ildorus) iam nonagenarius, martyrij coronam constanti animo perpassus est. At uero Telesphorus cum ordinationes quatuor mense decembri habuisset, creassetq; presbyteros qundecim, diaconos octo, episcopos tredecim, martyrium subiens, apud beati Petri corpus in Vaticano sepelitur. Sedit annis undecim, mensibus tribus, diebus xxij. Vacat tum sedes dies septem.

#### HIGINVS .I.

Higinus natione Græcus, patria Atheniæsis, patre philosopho, Antonino Pio Imperate, Telesphoro successit. Addere uero aliquid etiam de laudibus Pij, antequam ad Higinum ueniam, hominis uirtus me cogit. Qui adeo moderata gloria fuit in te militari, ut defendere magis prouincias quam augere studeret: utq; hanc Scipionis sententiam sapius usurparet ac diceret, Malle se unum ciuem seruare, quam mille hostes occidere, contra Domitiani institutum, qui populi Romani exercitum hostibus obijciebat, quo rarior in patriam reuerteretur, adeo multitudine oderat, & reformidabat ob eius fauoritiam. Tantæ autem iustitiæ Pius fuit, ut multi reges, multaq; nationes positis eius iussu armis, ad hominem controuersias suas litesq; deferrent, eiusdem sententiæ statim parerent. Ob hæc autem merita quæ maxima sunt, populus Romanus mortuo & flaminem, & circenses, & templum & sodales Antonianos, lachrymantibus omnibus, constituit. At Higinus urbis Romæ episcopus, tum maxime clerum prudenter in ordinem redegit, gradus distribuit, instituitq; ne templa sine celebratione dedicarentur, neque augerentur diminuerenturq; sine arbitratu metropolitani uel episcopi. Vetuit item ne tigna reliquæ materies ad ædificanda templa congesta, in prophanos usus conuerteretur, posse tamen ad structuram alterius templi uel cœnobij, cœcedente episcopo, transferri. Voluit item unum saltem patrum unamve matrum baptismum interesse: Sic enim eos appellant, qui infantes tenent dum baptizantur, licet reuera patrum & matrum aliud significant. Est enim patrum (teste Festo) qui cum pater sit, patrem adhuc habeat: idem de matrum dicendum est. Instituit præterea ne metropolitani episcopi prouinciæ suæ alicuius criminis reum faceret & damnaret, nisi prius à prouincialibus episcopis causa discussa & cognita fuisset. Sūt tamen qui hoc postremum Pelagio pontifici ascribunt. Huius quoque tempore fuit & Polycarpus Iohannis apostoli discipulus, Smyrnæus episcopus ab eo creatus,

x. pont.

Laudes  
Antonini  
Pij imp.

Polycarpus  
Iohannis  
apostoli  
discipulus.



ac totius Asiæ religione & doctrina tum facile princeps. Is autem Romam ueniens, plurimos fidelium Marcionis & Valentini falsa persuasione deceptos, ad fidem reduxit. Cum autem Marcion forte huic obuiam factus, diceret, me ne cognoscis? Respondit, cognosco quidem primogenitum diaboli. Negabat enim patrem Christi deum esse creatorem, qui per filium mundum fecerat. Postea uero imperate M. Antonino & L. Aurelio Commodo, quarta post Neronem persecutione Smyrnæ sedente proconsule, igni crematus est. Melito quoque Asianus Sardenis episcopus, Frontonisque oratoris discipulus, librum de doctrina Christiana M. Antonino tradidit. Huius ingenium Tertullianus mirum in modum laudat; dicitque a plerisque nostrorum prophetam habitum esse. Scripsit & Theophilus Antiochensis ecclesie episcopus librum contra Marcionem, imperate M. Antonino: Scripsit & librum contra Hermogenis hæresim, qui materiam non naturam introducens, deo non autem naturæ eandem comparauit, materiam elementorum & deum appellans. Higinius autem bene de ecclesia dei meritis, cum ordinationes ter decembri mense habuisset, creassetque presbyteros quidecim, diaconos quinque, episcopos sex, moritur, & apud beati Petri corpus in Vaticano sepelitur tertio idus Ianuarij. Sedit annos quatuor, menses tres, dies quatuor, Sedes autem quatrinduo tum uacat.

xi. pont.

## PIVS .I.

**P**ius natione Italus, patria Aquileiësis, patre Ruffino, M. Antonini Veri tempora attigit, qui tum una cum L. Aurelio Commodo fratre annis decem & nouem imperium æquo iure administrauit. Bellum autem contra Parthos simul susceptum, admirabili uirtute & felicitate gesserunt, de hostibusque triumpharunt. Verum non ita multo post apoplexiæ morbo e medio sublato Commodo fratre, Antoninus solus imperium obtinet; quem certe ob eius præstantem in omni genere uirtutis animum, mirari facilius quam laudare licet. Hic enim & quia a teneris annis eiusdem animi eiusdemque uultus in quauis fortuna semper est habitus; & quia benignitas naturæ cum doctrina à Collatino Frontone oratore habita, in eodem uiro certabat, ab omnibus Philosophus merito appellatus est Platonis sententia, quam semper (Capitolino teste) in ore habuit sæpius repetitã, tum demum flores re ciuitates, si aut philosophi imperarent, aut imperantes philosopharentur. A deo autem doctrinæ auidus fuit, ut imperator etiam Apollonium philosophum & Sextum Plutarchi nepotem, legentem audiuerit. Frontonis quoque præceptoris statum honoris causa in senatu collocauit. Hoc tempore Pius pontifex consuetudinem & quidem magnam cum Hermete habuit, qui librum scripsit titulo pastoris insignitum. Quo quidem in libro angelus pastoris personam induens, ei mandat, ut omnibus persuadeat pascha die dominico celebrari: quod etiam fecit. Constituit item Pius, ne hæreticus quispiam ex Iudæorum hæresi susciperetur & baptizaretur. Rogatu primo Praxedis sanctissimæ sceminæ, thermas Nouati in uico patricij in honorem sororis suæ diuæ Pudētianæ dedicauit. Multaque dona huic templo obtulit, ac sæpius eodem in loco sacrificium deo præstitit. Vbi & fontem baptismi constituit, ac benedicens consecrauit, multosque uenientes ad fidem in nomine trinitatis baptizauit. Illis quoque poenam constituit, qui negligentes sunt in attendendo Christi sanguine & corpore. Poenitentiam (inquit) agant quadraginta diebus, quorum negligētia in terram aliquid deciderit, si super altare, tribus diebus: si super linteum, quatuor; si in aliud linteum, nouem diebus. Vbi cunque deciderit, si recipi potest, lambatur: sin secus, aut lauetur, aut radatur: lotum & rasum, aut comburatur, aut in sacrarium reponatur. Huius tempore in precio est habitus Apollinarius Asiæ Hierapolitanus episcopus, qui insigne uolumen de fide Christi M. Antonino secundo tradidit, Scripsit & in Cataphrygas, qui tunc etiam cum Pri-

Marcus Antoninus Verus imp.

Hermes.

Apollinarius Asiæ Hierapolitanus.

scilla & Maximilla insaniebant uaticinantes, incipiente tamē Montano, quorum omnium hæc erat opinio, aduentum spiritus sancti non in apostolis, sed in se traditum fuisse. Illis quoque temporibus laudabatur & Tatianus uir doctissimus, quod diu ab opinione Iustini martyris præceptoris sui non discessit. Nam postea inflatus opinionē suā, nouam hæresim cōdidit, quam postea Seuerus auxit, unde Seueriani appellati. Hi uinum non bibunt, carnes fastidiunt, & uetus testamentum ac resurrectionem non recipiunt. Præterea uero Philippus Cretenis episcopus, præclarum contra Marcionem librum hoc tempore edidit. Nam (sicuti dixi) Marcionistæ Cerdonis dogma sequebantur. Scripsit & Musanus librum contra quosdam, qui ad Eucratitarum hæresim declinabant; horum quidem opinio cum Seuerianis conuenit. Omnem enim coitum spurcum putabant, cibosque damnabant, quos deus generi humano proposuisset. At uero Pius ubi in ordinationibus suis, quæ quinquaginta fuerunt, mense decembri presbyteros decem & nouem, diaconos unum & uiginti, episcopos decem creasset, moritur, & apud beati Petri corpus in Vaticano sepelitur, quinto idus Iulij. Sedit uero annis undecim, mēibus quatuor, diebus tribus. Vacauit tum sedes dies tredecim.

Tatianus hæreticus.

Musanus contra hæreticos.

xij. pont.

## ANICETVS .I.

**A**nicetus natione Syrus, patre Iohanne de Vicomurco: uel (ut Damasus placet) Humilia, eiusdem Antonini Veri tempore fuit, de quo in Pio diximus, quem quidem Antoninum philosophia nequaquam a rebus in bello gerendis retardauit. Nam Germanos, Marcomannos, Squados, Sarmatas ingenti uirtute & felicitate una cum filio Commodo Antonino superauit, ac triumphum egit. Iturus autem ad hoc bellum, cum non haberet unde stipendia militibus præberet ex hausto arario, omnem imperatoriam supellectilem, omnemque ornatum uxoris in foro Traiani hastæ subiecit. Verum cum postea superato hoste in patriam redisset, emptoribus precia restituit. Nemini tamen molestus fuit, qui reddere empti noluisse; parta uictoria, in omnes de rebus meritis liberalis fuit. Tributa quibusdam prouincijs remisit. Fiscalium titulorum monumenta in foro congesta cremari iussit. Leges seueriores nouis constitutionibus temperauit. His rebus gestis factum est, ut ab omnibus ita diligeretur amareturque, ut sacrilegi nomē incurreret, qui eius imaginem domi non habuisset. Anicetus autem ecclesie Romanæ consulens, ne moribus petulantium quorundam labefactaretur, instituit ne clericus ullo modo comam nutriret secundum Apostoli præceptum: neue episcopus consecrari posset a paucioribus quam a tribus eiusdem ordinis uiris, quod postea Nicena synodus confirmauit. Vbi uero metropolitanus consecrandus est, omnes prouinciales interesse debent. Statuit præterea (ut Ptolemæus ait) ne episcopus crimen metropolitani sui ad alium, quam ad primatem, aut ad sedem apostolicam deferret, quod & dicta synodus, & autoritas summorum pontificum deinceps confirmauit. Eiusdem etiam institutum fuit, ne archiepiscopi nisi ex singulari titulo primates nominarentur. Hi autem merito patriarchæ uocantur, ceteri autem archiepiscopi nominentur: uel (ut quidam uolunt) metropolitani. Huius temporibus Egesippus laudator fidei nostræ fuisse dicitur, qui omnem a passione dñi usque ad suam aetatem ecclesiasticorum operum texuit historiã sermone simplici: ut quorum uitam quam diligentissime obseruauit, eorum quoque dicendi genus imitaretur. Afirmat autem se Romanam Aniceti tempore decimi post Petrum episcopi peruenisse, ac perseuerasse usque ad Eleutherium, qui Aniceti quondam diaconus fuerat. Multa uero in idololatras scripsit, quod tumulos mortuis templaque facerent, ut Hadrianus qui in honore Antinoi serui, quem in delicijs habuerat, gymnium agona constituit apud Antinoi ciuitatem, quam de nomine ipsius conditam uocauit, ac prophetas in templo statuit. Sunt

qui & Dionysium huius ætate fuisse dicant. Variantur hoc loco tempora, cum alij Pium, alij Anicetum præponant. uariantur & historia. Vt cunq; sit, in tam remota historia, tantaq; maiorum negligentia, satius erit, res ipsas paulo ante uel post gestas aliqua ex parte attingere, quam eas omnino prætermittere. Anicetus autem ubi ex ordinationibus quinque, quas mense decembri habuit, presbyteros nouem decem, diaconos quatuor, episcopos nouem creasset, martyrio coronatus, ac sepultus est in Calisti cœmiterio uia appia xv. calend. Maij. Sedit annos undecim, menses quatuor, dies tres, Sedes uero dies septemdecim post eius mortem uacat.

SOTER .I.

xij. pont.

Antoninus Commodus.

**S**oter natione Campanus, patria Fundanus, ex patre Concordio, L. Antonino Commodi imperante fuit. Hic enim omnibus incommodus, ut Lampridius ait, Nil commune cum patre habuit, nisi quod & ipse contra Germanos adiuuantibus Christianis militibus feliciter pugnavit. In eo bello cum exercitus Commodi penuria aquæ laboraret, ferunt precibus Christianorum militum aquam diuinam e cælo missam, pluraq; fulmina in Germanos & Sarmatas cecidisse, quod etiam imperator ipse accidisse literis suis testatus est. Cæterum ad urbem rediens, in omnia luxuriæ & obscœnitatis dedecora prolabitur, nihil uirtutis & pietatis habens. Gladiatorijs quoq; armis in ludo, Neronem imitatus, depugnauit. In amphitheatro feris sese frequenter obiecit. Plurimos quoq; senatores interfecit, & eos maxime quos nobilitate industriaq; excellere animaduertit. Soter autem à tantis malis animum ad rem diuinam conuertens, instituit, ne monacha ulla palam attrectaret, neque thus in acerram poneret dum sacrificia fierent. Eius extabat epistola hac de re scripta ad episcopos Italiae. Instituit item, ne legitima haberetur uxor, nisi cui sacerdos ex instituto benedixisset, & quæ parentes solèni pompa morte Christiano marito collocassent: quamq; etiã paranymphe de more custodiissent. Hoc autem constituit, multa pericula reiciens, quæ in nouas nuptias cadere solent ex præstigijs & magicis artibus quorundam improborum. Gratianus tamen hoc decretum Euaristo ascribit. Vtri uero sit attribuendum, legentes diiudicent. Non enim multum refert, illi ne an huic attribuatur. Soteris temporibus fuisse Dionysium Corinthiorum episcopum scribit Eusebius, qui tantæ eloquentiæ & industriæ fuit, ut non solum suæ ciuitatis & prouinciæ populos, uerum etiam aliarum urbium ac prouinciarum episcopos suis epistolis erudiret. Instructus enim Pauli apostoli doctrina, facillime potuit sanctitate & eruditione alios in officio continere. Multa & Theodotion genere Asianus Tatiani discipulus, ad laudem religionis nostræ tum scripsit. Maxime uero Apellem hæreticum scriptis suis percommode irridet, quod deum quem coleret, ignorare se diceret. Affirmabat enim Christum non deum in ueritate, sed hominem in phantasia, apparuisse. Nō defunt qui dicant Cataphrygarum hæresim hoc tempore ortam, autore Montano. Clemens præterea Alexandrinæ ecclesiæ presbyter multa conscripsit, e quibus illa sunt, Stromatum, id est, uarietatum libri octo, Hypotyposon, id est, informationum libri totidem, contra gentes unus. Huius autem discipulum Origenem fuisse constat. Huius quoq; ætati & Pinytum Cretensem uirum eloquentissimum, & Oppianum, qui Halieutica scripsit, poetam insignem, & Herodianum grammaticum quidam ascribunt. Soter autem ubi per ordinationes quinque, mense decembri habitis, presbyteros octo, diaconos nouem, episcopos undecim creasset, moritur, ac sepelitur uia Appia in cœmiterio Calisti. Sedit annos nouem, menses tres, dies unum & uiginti. Vacat tum sedes dies totidem.

ELEUTHERIUS .I.

xiii. pont. sifex.

**E**leutherius natione Græcus, patria Nicopolitanus, patre Abundio, temporibus Antonini Commodi fuit, cuius flagitiosæ uitæ urbs ipsa pœnâ tulit. Nā Ca-

pitollum fulmine ictum unâ cum egregia illa bibliotheca maiore cura parata, concrematur. Aedes quoq; in proximo sitæ, eandem calamitatem sensere. Exortu est deinde aliud incendium, quo & aedes uestræ, & palatium, bonaq; urbis pars exusta est, ac solo æquata. Tantæ præterea temeritatis fuit, ut & suæ imaginis caput colosso permagno & egregio, priore detracto, imponi iusserit, & mensem decembrem ad imitationem Augusti Cæsaris, Commodum appellari uoluit, quæ omnia post mortem eius abrogata sunt, ipseq; mortuus, etiam humani generis hostis ad iudicatus est: adeo eius uita flagitijs contaminata omnibus erat odio. Strangulatus in domo Vestalium duodecimo imperij sui anno & mense septimo, e medio sublatus est. Eleutherius autem quem diximus Soteri successisse, inito pontificatu, statim epistolam accepit à Lucio rege Britanno, qua rogabatur, ut se ac suos in Christianorum numerum reciperet. Quare Fugatum & Damianum uiros optimos eo misit, qui regem ipsam ac populum baptizarent. Erant tum in Britannia pontifices quinque & uiginti, quos flamines uocabant. Inter hos autem tres archiflames habebantur, quorum in loco archiepiscopi tres constituti sunt, ut Ptolemæus ait. Protostamianum uero loco primitiua ecclesia patriarchas instituit. Idem etiam statuuit, ne quis ob superstitionem cibi genus ullum respueret, quo humana consuetudo uesceretur. noluit præterea quempiam de gradu suo deijci, nisi accusatus, reus criminis conuinceretur, exemplo saluatoris, qui errorem ludæ, licet rei, nondum tamē conuicti, ita æquo animo tulit, ut quicquid interim egisset, pro dignitate apostolatus ratum firmumq; manserit. Prohibuit etiam, ne absente eo quem accusator reum facit, ulla in causa decerneretur, quam quidem sententiam & Damasus pontifex, & ius pontificum postea confirmauit. Huius autem pontificatu & ecclesiis pax data est ac quies, & nomen Christianum per omnem terram mirum in modum auctum, Romæ potissimum, ubi multi ex nobilitate Romana cum coniugibus & liberis in fidē recepti, baptismi caractere notati sunt. Solus uero Apollonius orator insignis, martyrium tum passus est, habita prius oratione de laudibus Christianæ fidei, quod illis temporibus capitale habebatur. mortuo Apollonio, multæ hæreses inualuere. Marcionis quippe secta uarie diuisa est. Alij enim unum principium fatebantur, alij duo, alij tria: & tres naturas confirmantes, fidem prophetis abrogabant. Florinus quoque & Blasco noua contra ueritatem machinabantur fingmenta. Deum creasse mala, contra illud, deus omnia bona fecit. Contra hos sensere Quolitiani, affirmantes deum non creasse mala, contra id quod scriptum est, ego sum deus creans malum. Sunt qui dicant & Galenum Pergamenum medicum insignem, & Iulianum legumlatorem, & Frontonem rhetorem his temporibus fuisse, quod ego in tanta perturbatione temporum & historiae, nec affirmo nec refello. De Modesto uero & Bardezane affirmare ausim: quorum alter in Marcionem scripsit, alter uero in Valentinum. Nam cuius primum sectator fuerat, eius postea confutator factus est. Hunc Hieronymus concitatissimum in dicendo fuisse affirmat, cum eius scripta ex Syra lingua in græcam conuersa uidisset: & si, inquit, tanta uis est in interpretatione, quantam putabimus esse in sermone proprio? Eleutherius autem ubi ex tribus ordinationibus mense decembri habitis, presbyteros duodecim, diaconos octo, episcopos quindecim creasset, moritur, & apud beati Petri corpus sepelitur septimo calend. lunij. Sedit autem annos quindecim, menses tres, dies duos. Vacat tum sedes dies quinque.

VICTOR .I.

xv. pont.

**V**ictorem natione Aphrum, patre Felice, fuisse Aelij Pertinacis tempore crederim, qui quidem Aelius cum gradis natu esset, septuagesimum ætatis agebat annum, ex præfecto urbis, quem magistratum tum gerebat, senatuscōsulro imperator creatur. Rogatus deinde ut & uxorem Augustæ faceret, & filiū Cæsarem

Aelius Pertinax.

L. Antoninus imp.

Apollonius orator insignis. Hæreses multæ inualuere. Quolitiani. Isai. 45.

*Julianus  
iurisp.*

appellaret, id facere recusauit, testatus sufficere, quod ipse imperaret inuitus. At uero quoniam in imperatore, nihil auaritia turpius est, cum illiberalis ac sordidus haberetur, quod dimidiatas lactucas & cardos conuiuus apponeret, nemine contradicente, à Iuliano iurisperito in palatio occiditur, imperij sui mense sexto. Hic est ille Iulianus, qui perpetuum edictum composuit, quicq; septimo mense postea quam imperare cœperat, apud pontem Miluium uictus à Seuero ciuili bello, & interfectus est. At Victor pontifex reip. Christianæ, ut par erat, curam gerens, con-

*Paschatis  
celebra-  
tio.*

stituit ut pascha dominico die celebraretur ex Eleutherij sententia (ut Damasus ait) à quartadecima luna primi mensis usque in xxi. Cuius decretis obtemperans Theophilus Palestinae urbis episcopus, contra eos scripsit qui xiiij. luna cum Iudæis pascha celebrabant. In hanc uero opinionem inuectus est Polycrates Ephesiorum episcopus, qui ex uetere consuetudine, xiiij. luna cum Iudæis pascha celebrabat. Se enim apostoli Iohannis, & ueterum auctoritatem secutum ostendit: Nos (inquit) inuolabilem celebramus diem, neque addentes quicquam, nec diminu-

*Concilio  
in Palesti-  
na qui in-  
terfuerunt*

entes. Hanc uero opinionem secutus est Philippus Hierapoli mortuus: Hanc Iohannes, qui supra pectus domini recubuit, & pontifex eius fuit, auream laminam in fronte portans: Hanc Polycarpus, Traseas, Melito, & Narcissus Hierosolymitanae ecclesiae episcopus. Idem quoque Victor decreuit, ut in quauis aqua baptismum petentes, baptizarentur, si necessitas instaret: hanc ob rem quidam existimant concilium in Palestina habitum esse, cui Theophilus, Irenæus, Narcissus, Polycarpus, Bacchylus, Asiae prouinciae insignes episcopi, interfuerunt. Res tamen integra in Nicenum concilium translata, in quo etiam constitutum est, ut pascha post quartadecimam lunam celebraretur, ne Iudæos imitari uideremur. Fuere huius pontificis tempore multi doctissimi uiri. Nam & Appion tum Hexaemeron fecit, & Paulus Samofatenus unà cum Theodoto Coriario, existimauit saluatorem purum hominem fuisse, & Sextus de resurrectione conscripsit, & Arabianus opu-

\* scula edidit ad Christianam doctrinam pertinentia. Iudas quoque christiographiam superiorum temporum usque ad decimum Seueri annum conscripsit, in qua tamen erroris arguitur, quod aduentum Antichristi suis temporibus futurum dixerit, in quem errorem ideo incurrisse putamus, quod & uitia hominum & crudelitatem eo peruenisse cernebat, ut diutius tolerari humani genus à deo non posset, quæ res & Lactantium postea & Augustinum fefellit. Victor autem, compositis etiam quibusdam de religione uoluminibus, moritur, & apud beatum Petrum in Vaticano sepelitur: cuius diem festum quinto calendis Augusti celebramus. Sedit autem annis decem, mensibus tribus, diebus decem. At sedes dies xij. tum uacat.

#### ZEPHYRINVS .I.

*xvi. pont.*

**Z**ephyrinus natione Romanus, ex patre Abundio, Seueri temporibus fuit, qui genere Apher, ex oppido Lepti unà cum imperio cognomen Pertinacis à Iuliano caeso accepit. Is enim fisci procurator, mox tribunus militaris per gradus alios usque ad imperium peruenit. Parcus admodum, natura saeuus, multis bellis lacescit, fortissime quidem remp. licet laboriosissime gubernauit. Ad bellicam gloriam, laudem quoque literarum addidit, philosophiae admodum studiosus. Foris Parthos & Adiabenos superat. Arabas autem interiores ita cecidit, ut regionem eorum prouinciam Romanam faceret. Hanc ob rem triumphans, ut in eius arcu sub Capitolio posito adhuc apparet, Parthicus, Arabicus, Adiabenicus, cognominatur. Aedificijs praeterea publicis urbem exornauit. Nam & thermas Seuerianas & septizonium extruxit non longe à circo maximo Palatinum inter & Caesium montem. Paululum autem affuit, quin Pauli secundi pontificis iussu lapidatæ quidam superioribus annis eam partem septizonij, quæ adhuc extat, demolirentur. At Zephyrinus pontifex rei diuinæ magis quam humanae intentus, constituit

*Seuerus  
imperat.*

ut assantibus clericis & laicis fidelibus, & leuita & sacerdos ordinaretur, quod postea in Chalcedoniensi concilio confirmatum est. Statuit item ut consecratio diuini sanguinis in uitreo uase, non autem in ligneo, ut antea fieret. Hæc quoque institutio sequentibus temporibus immutata est. Vetitum enim est, ut neq; in ligno fieret propter raritatem qua sacramentum imbibitur, neq; in uitro propter fragilitatem, neq; ex metallo ob tetrum saporem, quem inde concipit, sed fieri uoluere ex auro argenteo uel ex stanno, ut in Triburiensi & Remensi concilio scriptum apparet. Idem praeterea instituit, ut omnes Christiani annos pubertatis attingentes, singulis annis in solenni die paschæ publice communicarent. Quod quidem institutum Innocentius tertius deinceps non ad communionem solum, uerum etiam ad confessionem delictorum traduxit. Mandauit item ne episcopus, uel à patriarcha, uel à primare, uel à metropolitano suo in iudicium uocatus, sine autoritate apostolica damnaretur. Voluit postremo presbyteros omnes adesse celebrante episcopo, quod etiam (ut dictum est) Euaristo placuit. Huius autem temporibus fuere & Heraclitus, qui in Apostolum commentarios scripsit, & Maximus qui famosam questionem insigni uolumine discussit, & Candidus qui Hexaemeron composuit, & Origenes, qui decimo Seueri Pertinacis anno persecutione in Christianos mota, Leonida patre interempto, quem ipse adolescens ad martyrium adhortatus est, cum sex fratribus & matre uidua, pauper relinquitur, reductis in fiscum paternis bonis, quod Christum uerum deum profiterentur, unde grammatica sibi ac suis uictum quaesuit. Discipulum autem Plutarchum habuit, qui postea martyrio coronatus est. Totus deinde ad religionem conuersus, catechizandi, hoc est, praedicandi officium habuit. Tanti autem ingenij fuit, ut nulla eum lingua, nulla literatura latuerit. Mira utebatur continentia in cibo & potu, abstinentia in rebus alienis. Nam & paupertatem Christi imitatus est, & multis annis nudis ambulauit pedibus: illud quoque quod in euangelio dicitur secutus est, etsi puerile habetur, quia sunt eunuchi qui seipso castrauerunt propter regnum dei. Huius uirtutem plerique imitati, martyrium pro fide Christi æquo animo passi sunt: maxime uero Potamiæna mulier, calida pice in caput eius fusa. Zephyrinus autem cum ex ordinationibus quatuor, mense decembri habitis, presbyteros tredecim, diaconos septem, episcopos tredecim creasset, moritur Seueri tempore: ac in uia Appia non longe à cœmeterio Calisti sepelitur septimo calendis septembris, Sedit autem annos octo, menses septem, dies decem, uacat tum sedes dies sex.

#### CALISTVS .I.

**C**alistus natione Romanus, patre Domitio ex regione urbis Rauennatum, usque ad Seueri tempora peruenit, cuius cum animo fortuna mutata est. Nam ubi quintus à Nerone persecutionem in Christianos mouet, continuo uarijs periculis & bellis distrahitur: hinc à Pescennio Nigro, qui magnos in Syria motus concitauerat: hinc à Clodio Albino, quem tamē in Gallia non incruento praelio superauit. Inde uero in Britanniam profectus, deficientibus fere socijs omnibus, uarijs casibus afflictatus, apud Eboracum Galliae moritur anno imperij sui decimo septimo, duobus filijs relictis, Bassiano & Geta: quorum Geta hostis publicus iudicatus est ac interfectus, cum ob uitam eius omnibus probis contaminatam, tum uel maxime, quia Papinianum iuris ciuilibus alterum asylum, sua manu necauerat. At Bassianus sumpto à senatu Antonini nomine, imperio potitus est: ac Caracalla cognomen accepit à genere uestis, quam populo dono dedit. Is autem patre asperior, & oim libidine intemperantior, nullum genus facinoris in uita praetermisit. Nā & fratrem Getam occidisse putatur, licet Geticum triumphum eius nomine duxerit, & nouerca suam in uxorem duxit. Nihil egregium de se reliquit praeter thermas Antonianas, quas ipse inchoauit, & Alexander perfecit: muniuit & uiam no-

*Matt. 19.*

*xvi. pontifex.*

*Caracalla.*



uam. Eos præterea capitali poena affecti, qui remedia quartanis ac tertianis colle-  
gestarent. Damnati præterea ab eo sunt qui ad statuas minxissent. Hic postremo  
dum bellum in Parthos mouet, inter Edeffam & Carras ab hostibus circumuētus,  
occiditur septimo imperij sui anno, dum leuandæ uescæ causa ex equo descendit  
set. Calistus autem pontifex in tanta rerum perturbatione tamq̃ sceleratis impe-  
ratoribus, nequaquam ab instituto suo discedens, constituit ut ter in anno ieiuna-  
retur die sabbati, præsertim frumenti, uini & olei gratia, secundum prophetam,  
uidelicet quarto mense, septimo & decimo, inchoando annum Hebræorum mo-  
re. Verum postea mutata sententia, id in quatuor anni tempora transtulit, in uer-  
nale scilicet, æstiuale, autumnale & hyemale, quibus temporibus deinceps ratio sa-  
crorum ordinum habita est, cum antea id quidem tantummodo decembri mense  
fieri consueuisset. Idem quoque instituit, ne clericorum delatores & accusatores  
uel infames, uel suspecti, uel inimici, in accusationibus & iudicijs reciperentur. Eos  
uero hæreticos putauit, qui arbitrantur sacerdotes post crimen admissum, etiam  
si dignam poenitentiam subissent, ad pristinos honores redire non posse. Huc ad  
ificasse basilicam in trãstiberina regione in honorẽ beatæ uirginis, Damasus scribit.  
Non tamen crediderim hanc illam esse, quam hodie tam celebrem & amplam cer-  
nimus, cum ea tempestate ob crebras persecutiones occulta essent omnia, & facel-  
la potius atq̃ eadem abdita, & plerunq̃ subterranea, q̃ apertis in locis ac publicis  
fierent. Cœmeterium quoq̃ de suo nomine cõdidit uia Appia, eo loci ubi multo-  
rum martyrum cineres antea repositi fuerant. Unde mirum cuiquam uideri non  
debet, si prius multos eisdem in locis sepultos diximus, cum nomen illud postea  
à notiore persona traxerit. inuisi ego hæc loca cum amicis quibusdam religionis  
causa. Visuntur adhuc cineres & ossa martyrum, uisuntur sacella, ubi priuatim sa-  
crificia fierent, quæ publice quorundam imperatorum edicto exhiberi deo nõ po-  
terat. Huius temporibus fuit Tertullianus Apher, centurionis proconsularis filius  
us, quem Hieronymus primum post Victorem & Apollonium inter doctos lati-  
nos commemorat. Acris enim ingenij fuit, multa uolumina scripsit. Vidi ego, Hi-  
eronimus inquit, Paulum quendam Concordiæ, quod oppidum Italiæ est, qui se  
beati Cypriani notarium, cum ipse admodum adolescens esset, Romæ uidisse di-  
ceret, referretq̃ Cyprianum nunquam absq̃ Tertulliani lectione unam diẽ præte-  
riisse. Is uero cum usque ad mediã ætatem presbyter mansisset, inuidia deinceps  
& contumelijs clericorum Romanæ urbis, ad Montani doctrinam lapsus, contra  
ecclesiam uolumina composuit, maxime uero de pudicitia, de monogamia, de iei-  
unijs. Scripsit & contra Apollonium libros sex. Eisdem quoq̃ temporibus mul-  
ta præclare gessit Origenes. Nam & Hebionæ hæresim impugnavit: qui &  
Christum ex Ioseph & Maria natum, purum esse hominem dicebant, & legem iu-  
daico ritu seruandam prædicabãt. Hoc idem & Symmachus sentiebat. Traduxit  
etiam sua doctrina ad ueram fidem Ambrosium quendam Valentiniani dogma-  
tis (ut ait Eusebius) imitatore: uel (ut Hieronymo placet) Marcionitẽ, cui pro-  
theochristo presbytero liber Origenis de martyrio inscribitur. Hunc quidem etiam  
hostem sibi Porphyrius desumpserit, Christiani nominis acerrimus persecutor,  
ita tamen interdum laudat, ut nunc doctissimum, nunc philosophorũ principem  
uocet: & cum dicat eum omnia Platonis secreta consecutum, carpit tamen quod  
religioni Christianæ se addiderit. Scripsisse Origenem ad sex millia uolumina li-  
brorum, Hieronymus ipse refert. Errauit tamen (ut eidem & Augustino placet)  
in plerisq̃, maxime uero in libro de principatu, quẽ Periarchon appellauit. Huc  
uero & Pamphilus martyr, & Eusebius, & Rufinus Aquileiensis presbyter, miri-  
fice commendant. At Calistus ubi ex ordinationibus quinquies per mensem de-  
cembrem actis, presbyteros sedecim, diaconos quatuor, episcopos octo creasset,

Psal. 4.

Ieiunium  
quatuor  
temporum.Tertulli-  
anus.Origenes  
multa  
præclara  
gessit.

martyrio coronatus est, ac sepultus in cœmeterio Calopodij uia Aurelia, tertio ab  
urbe miliario, pridie idus octobris. Sedit annos sex, menses decem, dies decem.  
Vacat tum sedes dies sex.

## VRBANVS .I.

VRbanus natione Romanus, patre Pontiano, M. Aurelio Antonino impera-  
tore fuit, anno Christi ducentesimo uigesimo sexto. ab urbe uero condita, no-  
ningentesimo & septuagesimo. Hic autem (ut putabatur) Caracallæ filius (Erant  
enim qui dicerent eum uulgo conceptum) Romam ueniens, magna omnium ex-  
pectatione imperium adeptus, Heliogabali nomen sumpsit à sole, cuius sacerdos  
erat edito templo. Phœnices enim Heliogabalum solem uocant. Verum ita præ-  
ter expectationem is uixit, ut nullam de se, nisi flagitiorum totiusq̃ obscenitatis  
memoriam reliquerit. Nam & in uirgines uestales incestum cõmisit, & probro-  
sas mulieres semper domi habuit, & iracundia incitatus, Sabinum consularem ui-  
rum (ad quem Vlpianus scripsit) e medio tolli iussit. Dignitates autem & hono-  
res malis ac flagitiosis committebat, quos quidem ita aliquando deridebat, ut cum  
secum accubuissent, stratis follibus in cœna, eisdemq̃ reflatis, subito sub mensa  
omnes reperirentur. Ita autem inhoneste ridebat, ut publice in theatro solus audi-  
retur. Primus Romanorum holoserica ueste, mensis ac caplis argenteis usus est.  
Admonentibus amicis, caueret ne ad inopiam redigeretur, respondit: quid meli-  
us, quàm ut ipse mihi hæres sim & uxori meæ? Eo uesania interdũ prouectus est,  
ut decem millia pondo aranearum collegerit, qua ex re dicebat magnitudinem  
urbis Romæ comprehendere posse. Exhibuit præterea decem millia murum, mille  
mustelas, mille sorices. Hac uero insaniam adeo cõtemni cœptus est, ut tumultu mi-  
litari exorto, ipse cum matre necaretur. Aiunt, cū ei à sacerdotibus Syrijs dictum  
esset, uir moriturum, eum parasse funem serico & cocco inforti, quo uitam laqueo  
finiret. Moritur autem quarto imperij sui anno, quo tempore in Palæstina Nico-  
polis urbs, quæ prius Emmaus dicebatur, cõdita est, legationis industriam eius rei  
gratia suscipiente Aphricano rerum ac temporum scriptore. Urbanus uero qui  
huius mōstri tempore fuit, non autem Diocletiani (ut quidam uolūt) multos fan-  
ctitate uitæ & doctrina singulari ad fidem traduxit. Inter hos autem Valerianum  
uirum præstantissimum, beatæ Cæcilie sponsum, & Tiburtium eiusdem Valeri-  
ani fratrem, qui postea martyrium constanti animo tulere. Quam cõditionem eti-  
am uirgo ipsa subiit in domo paterna, iam antea suo rogatu ab Urbano deo dica-  
ta. Eiusdem quoq̃ Urbani institutum fuit, ut ecclesia prædia ac fundos a fidelibus  
oblato reciperet, partireturq̃ prouentus clericis omnibus uiritim, nihilq̃ cuius-  
piam priuatim esset, sed in commune bonum, quod hodie obsoleuit. tanta est ho-  
minum rapacitas & libido. Sunt qui huic attribuunt distinctionem quatuor tem-  
porum ac ieiunij, quæ antea confundebantur hominum imperitia. Huius tempo-  
ribus Tryphonem Origenis auditorem fuisse constat, qui librum præcipue com-  
posuit de de uacca ruffa in Deuteronomio. Minutius item Felix, insignis tum Ro-  
mæ caudicus dialogum scripsit, quo Christianum & ethnicum disputantes indu-  
cit. Scripsit & contra mathematicos, cuius etiam Lactantius meminuit. Alexander  
quoq̃ Hierosolymitanus episcopus bibliothecam illam Hierosolymis tum insti-  
tuit, unde tantum laudis consecutus est. At ubi ex ordinationibus quinquies men-  
se decembri habitis, presbyteros nouem, diaconos quinq̃, episcopos nouem cre-  
asset, martyrio coronatus est, & sepultus in cœmeterio Prætextati uia Tiburtina.  
Sedit annos quatuor, menses. X. dies. xij. Sedes autem dies. XXX. tum uacat

## PONTIANVS .I.

PONTianus natione Romanus, patre Calphurnio, temporibus Alexandri im-  
peratoris fuit, anno ab urbe cõdita. DCCC. LXXIII. anno uero Christi. CC.

xviij. pon-  
tifex.Marcus  
Antonius imp.Nico-  
polis.Nihil pri-  
uatim  
cuiuspiã.Numeri  
19. de uac-  
ca ruffa.xix. pon-  
tifex.

& xlv. Inter imperium uero Heliogabali & Alexandri, tres imperatores sunt habiti, Diadumenus, Macrinus, & Albinus: quorum nomina prætermittere institui, cum quia parum imperarunt, tum uel maxime, quia nihil memoria dignum gesserunt. solus tamen Albinus ob edacitatem nomen aliquod apud posteros consecutus est, ut ait Cordus, qui centum persica campana, decem melones Ostienses, quinque gentas ficos passarias, quadringenta ostrea una cœna comedebat. Sed omittamus hæc monstra, ad Alexandrum uenio unicum uirtutis exemplar, qui senatus ac militum studio imperator creatus, ad componendam rem. uitio superiorum principum labefactatam, animum adiecit. Adiutores autem ad hanc rem habuit, & Iulium Frontinum uirum doctissimum, Vlpianum & Paulum uiros in iure ciuili præstantissimos. Iustitiam uero ita coluit, ut nemo unquam de illata ab eo iniuria questus sit. Procul omni pompa & ambitione uixit, unde semel tantum dum consul esset, picta toga usus est. Si quis autem inter salutandum caput flexisset, aut blandius aliquid dixisset, ut adulator reiciebatur. Erat præterea tantæ prudentiæ, ut à nemine decipi posset: unde Turinum qui munera accipiebat, quod magnæ esse autoritatis apud imperatorem uideretur, in foro transitorio ad palum alligatum fumo necari iussit, præcone clamante: Fumo punitur, qui fumum uendidit. Pecunias autem, quarum mater Mammea ut mulier studiosa fuit, omnino cõtempnit. Gemmas reiecit, ut res muliebres, dictitans in Virgilio (quem Platonem poetarum uocabat) plures & meliores gemmas esse. Lenonum uectigal & meretricum & exoletorum, in sacrum ærariũ inferri uetuit, idque sumptibus publicis assignandum censuit, quo & theatrum & circus & amphitheatrum & stadium instaurarentur. Statuas summorum uirorum undique conquisitas, in foro transitorio locauit. Thermas uero Antonini Caracallæ, quæ hodie Antonianæ uocatur, perfecit & ornauit. Templum Christo ædificare uoluit, eumque inter deos recipere. Habuit præterea Christum ipsum, Abraham & Ophreum in ærario suo. Alexander igitur tot uirtutibus insignis, iuuenis admodum imperator creatus, bellum statim contra Persas suscepit, ac Xerxem eorum regem constantissime uicit. Disciplinæ uero militaris adeo seuerus emendator fuit, ut quasdam etiam integras legiones exautorauerit. Qua seueritate factum est, ut militari tumultu apud Maguntiacum in Gallia occideretur. Pontianus autem pontifex Romanus, instigantibus sacrificiis idolorum, mandato principis ab urbe Roma in Sardiniam insulam cum Philippo presbytero deportatur, eo potissimum tempore, quo Origenes Germanum presbyterum Antiochenum, & Beryllum Arabiæ episcopum, ab hæresi ad ueritatem reduxit. Negabat Beryllus Christum ante incarnationem fuisse. Aliqua opuscula hic scripsit, maxime uero epistolas aliquot, quibus Origeni pro sana doctrina gratias agit. Extat & dialogus Origenis & Berylli, in quo Beryllum hæreseos arguit. Tanti autem ingenij fuit Origenes & doctrinæ, ut septem notarij sibi inuicem succedentes, homini uix sufficerent. Librarios habuit totidem, & puellas apud prime eruditæ, quos omnes ingenij copiam & hubertatem effundendo defatigabat. Ab Antiochia uero accersitus Romæ à Mammea Alexandri matre, in quam filius unice pius fuit, in precio habitus Origenes, mulierem Christianam fidem edoctam relinquens, Antiochiam redijt. Pontianus uero multas calamitates & grauiora tormenta pro fide Christi in Sardinia passus, tandem moritur: cuius corpus postea à Fabiano pontifice Romam cum magna ueneratione ac totius cleri supplicationibus reportatum est, ac sepultum uia Appia in Calisti cœmiterio. Hic autem ex sacris ordinibus bis mense decembri habitis, sex presbyteros, diaconos quinque, episcopos sex creauit. Vixit autem in pontificatu annis nouem, mensibus quinque, diebus duobus. Vacat tum sedes à martyrio eius dies decem.

Alexander unicum uirtutis exemplar.

ærario

Librarij Origenis.

## ANTHERVS .I.

xx. pont.

Antherus natione græcus, patre Romulo, pontifex creatur Maximino imperante, qui anno ab urbe condita. dcccclxxxvij. ex corpore militari, posteaquam bellum in Germania prospere gesserat, sine ulla senatus autoritate imperator electus est. Fuit autem ingentis stature uir, adeo ut pedes octo excederet. Pedem habuit tantæ magnitudinis, ut postea in prouerbij locum cesserit, cum de longis & ineptis hominibus loquimur, Maximini caligam requirit. Pro anulo autem uxoris dextrocherio utebatur. Tantæ uero bibacitatis erat, ut uini amphoram una cœna biberet. Verum cum sextus à Nerone Christianos cædibus persequeretur, tertio anno posteaquam regnare cœperat, à Pupieno Aquileiæ quæ obsidebat, una cum filio Maximino interfectus, persecutioni simul & uitæ finem imposuit, Mammeæ mulieris Christianæ & Origenis mortem per maxime cupiens. Ferunt in ea obsidione Aquileienses sceminas funes ex capillis suis fecisse, cum nerui deessent aut funes, ad emittendas sagittas. Unde in honorem matronarum, templum Veneri Caluæ senatus dedicauit. Antherus autem primus statuit, ut res gestæ martyrum diligenter exquisitæ à notarijs scriberentur, conscriptas recondi in ærario ecclesiæ mandauit, propter Maximum quendam qui martyrio coronatus est, ne unâ cum uita bene agentium memoria aboleretur. Censuit item, episcopum omisso primo episcopatu ad alium necessitatis causa & utilitatis, non sui ipsius, sed creditarum ouium posse transferri, interposita summi pontificis autoritate, quod hodie à plebis contra fit: ad utilitatem enim propriam respicientes, imo uoluptatem, ut habeant unde expilent, ad huberiores semper respiciunt. Non quod oues, & qua ratione pascendæ sint quærentes, quod est officij boni pastoris, sed seiscitantes quantum singulis annis inde excerpti possit. De cura animarum parua fit mentio, de augendis prouentibus magna: quo multa iumenta & plures seruos, ac eos quidem ignauos & stolidos, domalant. Huius autem temporibus Iulius Africanus fuit inter scriptores nobilis, constituta etiam (ut Eusebius ait) Cæsareæ suo nomine insigni bibliotheca. Hic sub M. Aurelio Antonino legationem suscepit pro instauratione Emmaus, quæ postea Nicopolis appellata est, ut ante diximus. Scripsit itæ epistolam ad Origenem, qua ostendit fabulam Susannæ apud Hebræos non haberi: contra quem postea Origenes ob hanc rem grandem epistolam scripsit. Geminus quoque Antiochenæ ecclesiæ presbyter, & Heraclas Alexandrinæ ecclesiæ pontifex, tum quidem in precio sunt habiti. Antherus uero uno tantummodo episcopo creato, martyrium subiens, in cœmiterio Calisti uia Appia, sepelitur tertio nonas ianuarij. Sedit annis undecim, mense uno, diebus duodecim, Vacat tum sedes dies tredecim.

Adagium

Maximianus imp.

Episcopus non sua ipsius causa transferri ad alium episcopatum potest.

## FABIANVS .I.

xxi. pont.

Fabianus natione Romanus, ex patre Fabio, à Gordiano & Philippo usque ad Decium imperatorem peruenit. Gordianus enim imperium adeptus, cum Parthos iam erumpentes ingenti clade superasset, ad triumphum rediens, à Philippis necatur. Cuius hæc fuit præcipua laus, quod ad sexaginta duo millia librorum in bibliotheca habuisse dicitur. Philippus autem anno ab urbe condita noningentesimononagesimo septimo, reductis militum copijs e Syria, in Italiam una cum filio Philippo annos quinque imperat. Hunc autem primum imperatorem Christiani habuere: qui quidem mysteria adire nunquam est ausus nisi confessus. Post tertium uero imperij sui annum, millesimus ab urbe condita annus impletus est: unde & seculares ludj celebrati sunt, qui centesimo quoque anno repetebantur. instituti à Valerio Publicola post exactos reges, à seculo nomen ducentes, quod est humanæ uitæ spatium. Hi tamē Decij fraude, licet diuersis in locis, interfecti sunt: nam Philippus pater Veronæ, sed Romæ filius occiditur, Fabianus autem pontifex se-

Gordianus imp.

Novatia-  
na here-  
sis.

ptem diaconis regiones diuisit, qui à notarijs martyrum res gestas colligerent ad cæterorum exemplum, qui Christi fidem profitebantur. Idem quoque in cœmiterijs pro dignitate martyrium ædificauit. Statuit præterea, ut singulis quibusq; annis in cœna domini chrisma renouaretur, ac uetus in ecclesia cõbureretur. Huius tempore exorta est Nouatiana hæresis. Nouatianus enim urbis Romæ presbyter, ob cupiditatē episcopatus, omnia diuina atq; humana miscebat, ne in manus Cornelij, qui Fabiano successit, pontificatus deueniret. Ab ecclesia enim separatus, semet ac suos καθαρους, id est, mûdos appellabat. Negabat apostatas etiã pœnitētes, recipiendos esse. Hanc ob rem Romæ cõcilium sexaginta episcoporum, totidem presbyterorum cum diaconis pluribus habitum est, quo Nouatiani opinio ut falsa improbat, quod saluatoris exemplo nemini pœnitenti deneganda sit uenia. Eisdem quoq; temporibus Origenes hæresim quorundam sustulit, affirmantium animos hominũ una cum corporibus interire, rursusq; in anastasi (quam nostri resurrectionem uocant) una cum corporibus suscitari. Sustulit & hæresim Helchæsatarum, qui Paulum apostolum omnino respuunt; quiq; asserunt negantē in tormentis Christum, nihil criminis habiturum, modo integri & recti sit cordis. Scripsit etiam idem autor in Celsum Epicureum Christianos impugnantem. Literas quoq; de fide ad Philippum & Seueram eius uxorem dedit. Ad Fabianum postremo de ordine fidei multa cõscripsit. Alexander uero Cappadociæ episcopus, cum desiderio sacrorum locorũ Hierosolymã perrexisset, cogitur à Narcisso eiusdem urbis episcopo iam sene, administrationem episcopatus secum suscipere. Verum sub Decio ardente persecutione, quo tempore Babylas Antiochiæ martyriũ passus est, Casaræam ductus ob confessionem Christi necatur. At Fabianus pontifex cui dum Anthero successor quæreretur, columba ut creditum est, supra caput astetit eiusdem formæ qua illa uisa est, quæ spiritum sanctũ supra caput Iesu apud Iordanem detulit, martyrio coronatur, ubi ex quinq; ordinationibus mense decembris habitis, presbyteros duos & uiginti, diaconos septem, episcopos undecim creasset, sepultus est autem in cœmiterio Calisti uia Appia xiiij. calēdas februarij. Seddit annos xiiij. menses undecim, dies undecim. Vacat autem sedes diebus sex.

## CORNELIUS .I.

xxij. pon-  
tifex.

Cornelius natione Romanus, patre Castino, Decij temporibus fuit. Qui e Parthia inferiore Budaliæ natus, interfectis Philippis, imperiũ sumpsit, odio in Christianos exardens, propter Philippos eiusdē sectæ imitatores. Verum cum postea biennio cum filio Cæsare imperasset, à barbaris opprimitur, adeo ut eius cadauer nusquam repertum sit. Digno certe damnatus iudicio, qui septimã post Neronem persecutionem in Christianos mouēs, multos sanctissimos uiros interemit. At uero sub episcopatu Cornelij, qui apostatas recipiendos censebat, pœnitentes præsertim, Nouatus Nouatianum extra ecclesiam ordinauit, & in Africã Nicostratum: quam ob rem confessores qui à Cornelio secesserant, cum Maximo presbytero ac Moyse sentientes, ad ecclesiam reuersi, ueri confessoris nomen adepti sunt. Verum postea instantibus hæreticis, Cornelius Centumcellas in exilium mittitur, ad quem Cyprianus Carthaginensis episcopus in carcerem coniectus, literas mittit, quibus intellexit & amici calamitatem, & exilij sui confirmationem. Extant & aliæ Cypriani ad Cornelium epistolæ, plenæ religionis & fidei, sed illa potissimum elegans habetur, qua Nouatum discipulum quendam suum accusat & damnat. De eadem quoque hæresi & Dionysius Alexandrinæ urbis episcopus, Origenis olim auditor, ad Cornelium scripsit. Nouatum præterea alia epistola reprehendit, quod à communione Romanæ ecclesiæ discessisset, quodq; etiam se inuitum ad pontificatum obeundum diceret esse deductum: Tum ille, si inuitus Nouate (ut dicis) designatus es, probabis, cum uolens secesseris, Cornelius autem pri-

Decius  
impera-  
tor mouet  
persecu-  
onem in  
Christia-  
nos.

usquam in exilium mitteretur, instante Lucina matrona sanctissima, corpora Petri & Pauli e catechumbis, ubi minus tuta esse uidebantur, noctu leuant. Paulum Lucina in præsidio suo uia Ostiensi collocat, eo loci ubi interfectus fuerat: Petrum uero Cornelius apud locum reponit, ubi crucis martyrium subierat, in templo Apollinis ad radices aurei montis tertio calēdas Iulij. At uero Decius ubi intellexit Cornelium literas à Cypriano accepisse, eum à Centumcellis Romam perduci iubet, quem ita in Telluris templo, astate urbis præfecto, alloquitur: Sic (inquit) obstinate uitã ducere instituisti, ut neq; deos cures, neq; præcepta uel minas principum timeas, & contra temp. literas accipias ac mittas? Huic Cornelius: De laudibus Christi, de ratione redimendorum animorum, non de imminutione imperij, literas accepi & reddidi. Tum Decius iratus, sanctissimũ uirum plumbatis caedi, genus id flagelli est, atq; deinceps ad templũ Martis duci iubet, ut simulacrum eius adoraret: id si facere abnueret, pœna capitali afficeretur. At uir sanctus dum ad suplicium duceretur, omnia bona sua Stephano archidiacono commisit. Post hoc uero tertio nonas Maij obruncatur. Huius corpus beata Lucina unã cum quibusdam clericis noctu sepeliuit in arenario prædij sui, uia Appia non longe à cœmiterio Calisti. Sunt qui scribant hunc pontificẽ sub Gallo & Volufiano passum. At ego multo magis Damafo credo, qui Decij iussu hoc factum affirmat. Cornelius autem mense decembri sacrorum initiatione potestatem bis fecit, unde presbyteros quatuor, diaconos quatuor, episcopos septem creauit. Seddit annis duobus, mensibus duobus, diebus tribus, Sedes autem diebus quinq; & triginta tum uacat.

## LUCIUS .I.

xxij. pon-  
tifex.

Lucius natione Romanus, patre Porphyrio, imperante Gallo Hostiliano, pontifex eligitur. Gallus enim cum Volufiano filio imperium obtinuit: quorum temporibus in ultionem Christiani nominis tanta pestis exorta est, ut pauca domus, nedum ciuitates & prouinciæ extiterint, quæ non tantam calamitatem senserint. Verum Gallus & Volufianus dum cõtra Aemilianum res nouas agitantem, bellum ciuile moliuntur, Interamne necantur, nondum completo imperij sui biennio. Aemilianus uero obscuro loco natus, tertio mense occupatæ tyrannidis opprimitur. Mox autem Valerianus in Rhethijs & Norico ab exercitu, Gallienus Romanæ à senatu imperatores eliguntur. Quorum imperium perniciosum Romano nomini fuit, principum ignauia, & in Christianos sæuitia. Nam & Germani Ræuennam usque peruenere, ferro ac flamma omnia uastantes, & Valerianus in Mesopotamia bellum gerens, à Parthis captus, in seruitute turpiter uixit. Eo enim ut scabello Pacorus Persarum rex equum inscensurus utebatur: ac merito quidem, cum statim ubi imperium arripuit, octauus à Nerone adigi tormētis Christianos, idola colere, abnegantesq; interfici ubique iusserit. Territus autem tam claro dei iudicio Gallienus, pacem ecclesiis tribuit. Sero tamen: iam enim dei uoluntate barbari omnes in fines Romanos eruperant, & tyrani quidam perniciosi exorti sunt, qui quod domi relictum erat ab externo hoste, pessundarent. Gallienus uero cum temp. deseruisset, ac Mediolani libidinibus operam daret, occiditur. Lucius igitur mortuo Volufiano exilij pœna liberatus, Romam ueniens, cõstituit ut duo presbyteri, diaconi tres, ubique locorum episcopum comitarentur, eius uitæ & actionis testes. Huius autem temporibus martyrium passus est Cyprianus, qui primo rhetoricam docuit: deinde suadente presbytero Cæcilio, ut Hieronymus ait, à quo & cognomen sortitus est, ad Christianos transiens, omnes facultates suas pauperibus erogauit. Presbyter primo, deinde Carthaginensis episcopus creatus, sub Gallo & Volufiano martyrii pœna afficitur, Cuius uitam & martyrium Pontius eiusdem Cypriani presbyter & exilij comes, egregio uolumine composuit. Ante

Gallus  
imperat.

Valeria-  
nus et Gal-  
lienus im-  
perator  
res.



uero quod moreretur Cyprianus, uenerat in sententiam ecclesiae Romanae, non esse rebaptizandos haereticos, sed sola manus impositione in gratiam recipiendos. Hac enim de re inter Cyprianum & Cornelium magna fuerat olim contentio. Lucius uero antequam ad martyrium iubente Valeriano duceretur, omnem potestatem ecclesiae Stephano archidiacono suo permisit. Ter autem dandis ordinibus sacris uacauit decembri mense, unde presbyteros quatuor, diaconos quatuor, episcopos septem creauit. Sepultus est in coemeterio Calisti uia appia octauo calendas septembris. Sedit annis tribus, mensibus tribus, diebus tribus. Dies quinque & triginta festum uacat.

xxiiij. pontifex.

## STEPHANVS .I.

Imperij uacatio.

Stephanus natione Romanus, patre Iulio, cum iam de imperio Romano actum suideretur, pontifex eligitur, eo potissimum tempore quo Posthumus in Gallia tyrannidem occupat, cum maximo reip. emolumento. Nam annis decem ingenti moderatiōe usus, pulsis hostibus, prouinciam in pristinam formam redegit. Huic deinde militari tumultu apud Maguntiacum interfecto, Victorinus successit, uir quidem in re militari strenuus: sed dum nimia libidinis esset, & aliena matrimonio corrumpere, Agrippinae occiditur. Stephanus autem ad ordinandam ecclesiam conuersus, instituit ne sacerdotes & leuitae uestibus sacris alibi quam in ecclesia, & peragendis sacris uterentur: ne si secus faceret, poenam Balthassar regis Babylonis subirent, qui uasa sacra prophanis manibus attigerat. De rebaptizandis autem his qui ad fidem rediissent, eadem sentit quae Cornelius pontifex: neque ullo modo his recommunicandum esse qui rebaptizarent. Vnde Dionysius qui antea hac de re cum Carthaginensibus & orientalibus senserat, mutata sententia, ad Stephanum scribens, eum bono esse animo iubet, cum ecclesiae tam Aesianae quam Africanae, mutata opinione, in sententiam Romanae sedis iam uenissent. Iuuit & ecclesiam dei illa tempestate Malchion eloquentissimus Antiochenae ecclesiae presbyter. Hic enim contra Paulum Samosatenum episcopum Antiochenum scripsit, quod dogma Artemonis instaurare conaretur, affirmatis Christum communis naturae hominem tantummodo fuisse, nec semper fuisse, sed a Maria sumpsisse principium. Quae opinio postea in Antiocheno concilio omnium consensu improbatum est. Hac autem de re idem Malchion grandem epistolam nomine Synodi ad Christianos scripsit. Stephanus autem cum opere & uerbis multos gentiles ad fidem Christi conuertisset, conquisitus a Gallieno, ut quidam uolunt: uel ab his qui ex Deciano edicto Christianos persequebantur, unum cum plerisque suorum ad martyrium rapitur. Capite enim multatus, in Calisti coemeterio uia appia sepelitur, quarto nonas Augusti, cum iam ex ordinibus sacris bis mense decembri propositis, presbyteros sex, diaconos quinque, episcopos tres creasset. Sedit annis septem, mensibus quinque, diebus duobus. Sedes autem ad dies duos & uiginti tum uacat.

Malchion presbyter.

xxv. pontifex.

## SIXTVS .II.

Sixtus secundus natione Graecus, patria Atheniensis, ex philosopho Christi discipulus factus est, durante adhuc Deciana & Valeriana persecutione. Sed non erit a re nostra alienum, reliquos tyrannos, ut coepimus, sparsim scribere, quoad uerum principem attigerimus. Nam Victorino in Gallia interempto, Tetricus senator, qui tum Aquitaniam gubernabat, absens a militibus imperator creatur. At uero dum haec in Gallia agerentur, per Odenatum Persae uicti, defensa Syria, Mesopotamia usque ad Ctesiphontem recepta est. Ea quoque tempestate exorta doctrina est apud Ptolemaidem, quae olim Barce uocabatur, Petapoleos ciuitatem, plena blasphemis in deum patrem & in Christum, quem summi dei filium esse negabat, primogenitumque omnis creaturae, simul etiam spiritus sancti intellectum auferere

bant: Hi Sabelliani a Sabellio autore, tam peruersa sectae inuentore, uocati sunt. Quid dicam de spurcissimo Cherinti dogmate? Qui post mille annos futuram Anastasiam, & regnum Christi in terris dicebat: unde Chiliosfos a Graecis uocatus est. Is autem quia libidinum & cupiditatum impatiens erat, uoluptates ipsas in promissionibus futuri regni sanctis proponebat, abundantiam ciborum & mulierum copiam. Idem sentiebat & Nepos in partibus Aegypti episcopus. In delicijs enim corporis & uoluptatibus omnibus regnatos in terra sanctos cum Christo dicebat. Hinc Nepotiani, tam turpis sectae imitatores, uocati sunt. Confutare & extinguere has opiniones Sixtus aliquando meditabatur, uerum accusatus quod Christi fidem contra imperatorum decreta praedicaret, captus ad Martis templum ducitur, ut aut Marti sacrificet, aut si id facere noluerit, poenam capitis subeat. Eunt ad supplicium, Laurentius archidiaconus ita alloquitur: Quo (inquit) progrederis sine filio patris? Quo sacerdos optime sine ministro properas? Cui Sixtus, ego te non desero fili, maiora tibi pro fide Christi supersunt certamina, post triduum me sequeris sacerdotem leuita. Interim autem si quid in thesauris habes, id pauperibus distribue. Eodem uero die unum cum Sixto diaconi sex interficiuntur: Felicitissimus, Agapitus, Ianuarius, Magnus, Innocentius, Stephanus sexto idus Augusti. Laurentius uero triduo post unum cum Claudio subdiacono, & Seuerio presbytero, & Crescencio lectore, & Romano ostiario, uarijs cruciatibus necatur quarto idus Augusti. Exustum igni Laurentium ferunt. Vincentius uero quem Sixti discipulum fuisse constat, in Hispaniam profectus, huic martyrio interesse non potuit. Sixtus autem in pontificatu suo sacrorum ordinum potestatem bis fecit mense decembri, unde & presbyteros quatuor, diaconos septem, episcopos duos creauit: Sixti corpus in coemeterio Calisti uia Appia sepelitur. Reliqui uero martyres iacent in coemeterio Praetextati in agro Verano uia Tiburtina. Sedit autem Sixtus annos duos, menses decem, dies tres & uiginti. Vacat tamen sedes dies quinque & triginta.

## DIONYSIVS .I.

Dionysius cuius originem Damasus inueniri potuisse negat, ex monacho pontifex creatus, presbyteris ecclesias & coemeteria in urbe Roma statim diuisit. Parochias & dioeceses foris distribuit, quo quisque finibus suis limitibus contentus esset. Huic temporibus fuisse Claudium existimauerim: qui ubi ex uoluntate senatus imperium suscepit, Gothos annis iam quindecim, Illyricum Macedoniaeque uastantes, bello adortus, incredibili clade superauit. Hanc ob rem in curia aureus clypeus, in Capitolio aurea statua eidem a senatu decreta est. Morbo autem correptus apud Syrmium moritur, nondum expleto biennio in imperio. Quo mortuo, statim Quintilius frater ab exercitu imperator eligitur, uir quidem unice moderationis, & qui solus fratri praeferrari posset. Is quoque decimosextimo imperii die interficitur. Dionysii uero temporibus, Paulus Samosatenus ab orthodoxa fide desciscens, Artemonis haeresim suscitauit. Nam in demortui locum Antiochenus episcopus creatus, superbe nimium sese habebat. Inter eundem enim praesumptuosa & literas relegerebat, & dictabat epistolas, multis constipato agmine praecedentibus ac subsequenter. unde propter hominis arrogantiam, Christianam religionem plerique detestabantur. Sed quid facerent nostra tempestate, qua nil uel superbiae uel pompae, nolo dicere luxuriae, addi potest, si tot adolescentes antea bulbones sericatos & coccinatos in equis praeferos ac phaleratis uiderent? Sicque subsequenter presbyterorum turbam cernerent, chlamydibus optimi cuiusque coloris hinc inde ab equis deauratis pendentibus? Execrarentur eos fat scio: dicerent nil eis cum Christo praeter similitudinem quandam religionis commune esse. Ad Paulum redeo, quem tutius reprehendere licet. Is enim inflatus opinione suis praesumptus, ac tribunal altius quaerens, negabat dei filium e caelo descendisse, sed a Maria cepisse

Stephanus, Laurentius & ceteri necantur.

xxvi. pontifex.

Claudius imperator.

Paulus Samosatenus episcopus.

Gregori/ us Cæsari/ ensis episcopus. se originem, & initium e terra habuisse. Hanc ob rem in cōcilio Antiocheno oīm episcoporum, qui aderāt, consensu publice damnatus est: maxime uero Gregoriū Cæsariensis episcopi, uiri sanctissimi sententia, qui tanto cōcilio interfuit: & postea pro fide Christi martyriū pœnam subiit. In Paulū uero Malchio Antiochenus presbyter multa differuit & scripsit, quia Artemonis hœresim (ut dixi) instaurare conabatur. Huic autem concilio propter senium interesse Dionysius non potuit. Ea tamen de re ad eum per Maximum Alexandrinum episcopū late perscriptum est. Mortuus autem Dionysius sepelitur in cœmeterio Calisti, ubi ex institutionibus duabus, mense decembri habitis, presbyteros duodecim, diaconos sex, episcopos septem creasset. Sedit annis sex, mensibus duobus, diebus quatuor, Vacat tum sedes dies sex.

## FELIX .I.

xxvij. pōtifer.

Aurelianus imp.

Felix natione Romanus, patre Constantino, Aureliani tempore fuit, qui anno ab urbe condita millesimo ac uigesimo septimo imperium adeptus, uir militari disciplina clarus, Gothos apud Danubium graui prælio superat. In Asiam deinde trañciens, Zenobiam, quæ occiso Odenato marito orientis tenebat imperiū, apud Thymas haud longe ab Antiochia terrore magis quam prælio uincit, eamq; in triumphum unā cum Tetrico ducit, quo apud Catalaunos superato, Gallias receperat. Aureliani tamen clementia & humanitate Zenobia honorifice in urbe confenuit; unde Zenobia familia Romana originem habuit: & Tetricus conseruatus, Lucanis deinde præfuit. Ad pacis uero opera conuersus imperator, & templum Apollinis, & muros urbis magnificentissimis operibus extruit. Hic autem postea mota in Christianos persecutiōe, nonus à Nerone de celo tactus inter Constantinopolim & Heracleam in Zenophurio occiditur. Felix autem martyrum gloriæ consulens, statuit ut quotannis sacrificia eorum nomine celebraretur, utq; nullibi quam in sacro loco & à uiris sacris initiatis sacrificium, quod Missam appellant, celebraretur, necessitatem semper excipiens. Quod si de cōsecratione templi ignoratum fuerit, utpote uetustate & abolitione monumentorum, consecrari denuo mandat. Neque enim (ut ipse aiebat) iteratum dicitur, quod factum esse rescitur. Huius tempore Manes quidā gente Persa, uita & moribus barbarus, profiteri se Christum ausus est, ascitis in societatem duodecim discipulis, quo fidem rebus in omnibus faceret. Vt autem tum impugnatur Manes ob impietatem & superbiam, ita maxime laudatur Anatolius Laodicensis episcopus propter religionem & doctrinam. Ausus etiam eodem tempore Saturninus est nouam Antiochiā condere, exercitus opera fretus. Verum dum audacter nimium imperiū quoq; molitur inuadere, Apameā tandem occiditur. Felix autem ubi repetitis sacris ordinibus mense decembri, presbyteros nouem, diaconos quinq; episcopos quinq; creasset, martyr uia Aurelia sepelitur, tertio calendas Iunij in basilica, quam antea in honorem dei condiderat, secundo ab urbe miliario. Sedit autem annis quatuor, mensibus tribus, diebus quindecim. Vacat tum sedes dies quinq;.

xxvij. pōtifer.

Florianus succeßit Tāsite.

## EUTYCHIANVS .I.

Eutychianus natione Tuscus, patre Maximo, temporibus Aureliani fuit: cui quidem interempto Tacitus succedit, uir certe idoneus reipub. gubernandæ ob eius uirtutem & integritatem. Verum in Ponto sexto mense post adeptum imperium occisus est. Florianus quoque qui Tacito successit, tertio demum imperij sui mense, apud Tarsum occiditur. Eutychianus autem instituit, ut in altari frugibus benediceretur, maxime uero fabæ & uuæ. Constituit item, ne, qui martyres sepelire uellent, sine Dalmatica, colobioye purpureo id facere auderent, se nesciente præsertim. Sunt qui scribant huius temporibus Dorotheum eunuchum fuisse, uirum certe græca & hebraica lingua doctissimum, cuius doctrina

mirifice delectatum Aurelianum ferunt. Nam ita primis imperij sui annis Christianis fauit, ut Pauli Samofateni sectam ab ecclesia separauerit. Verum postea malis consilijs subornatus, in Christianos (ut dixi) persecutionē mouens, scriptis iam ea de re ad præfides prouinciarum literis, diuino iudicio interimitur. Ipsi autem Dorothei scripturas sacras exponentis, auditor Eusebius etiam adulescens fuit. Anatolius quoq; Alexandrinus Laodiceæ Syriæ episcopus, multæ doctrinæ uir, præclara quædam in mathematicis & scriptura facta tum cōposuit. Inuectus est & in Manichæorum hœresim, quæ tum maxime inualuerat. Hi ad reliquos errores & duas substantias introduxerunt, bonam & malam, dixerēq; animas ex deo quasi ex aliquo fonte manare. Testamentum uetus omnino respuebant: nouum uero aliqua ex parte recipiebant. At Eutychianus ubi ex sacris ordinibus mense decembri habitis, presbyteros quatuordecim, diaconos quinq; episcopos nouem creasset, martyrio coronatur: & in cœmeterio Calisti uia Appia sepelitur octauo calendas Augusti. Sedit annum unum, mēsem unum, diem unum. Vacat tum sedes dies octo. Sunt tamen qui scribant eum annis octo, mensibus decem in pontificatu uixisse, sed ego multo magis Damaso credo, qui primæ sententiæ autor est.

## CAIUS .I.

Caius natione Dalmataus, patre Caio, ex genere Diocletiani imperatoris, primum Probi tempore fuit, deinde Caio & Carino imperantibus. Probus autem rei militaris gloria insignis, suscepta reip. administratione, Gallias à barbaris occupatas ingenti felicitate restituit. Saturninum imperium usurpare conantem in oriente, Proculum & Bonosum Agrippinæ magna celeritate oppressit. Apud Syrmium tamen uir acer & iustus tumultu militari & licentia occiditur, anno imperij eius sexto, post quem Carus Narbonensis imperium suscepit, ac biennio tenuit. Hic cum filios duos, Carinum & Numerianum ad gubernacula imperij tradidisset, bello Parthico captis etiam Celenis & Ctesiphonte nobilissimis urbibus, in castris fulmine ictus concidit. Numerianus uero qui tum cum patre erat rediēs, Apri foceri sui fraude necatur. Carinus autem probris omnibus contaminatus, à Diocletiano, difficili tamē bello in Dalmatia uictus, scelerum suorum pœnas tandem luit. Caius uero ordines in ecclesia distinxit, quibus tanquam gradibus quibusdam ad episcopatum ascenderetur. Hi erāt ostiarius, lector, exorcista, acolytus, subdiaconus, diaconus, presbyter, episcopus. Idem quoq; (ut quondam Fabianus) regiones diaconis diuisit, qui res gestas martyrum conscriberent. Constituit etiam ne prophanus quispiam sacris initiatum in iudicium uocaret, neue paganus aut hæreticus accusandi Christianum hominem potestatem haberet. Huius tempore fuisse Victorinum Petabionensem episcopum constat, qui multa commentaria in sacros codices scripsit. Inuectus est etiam in hœreses omnes, licet nō aequè græcam linguam ac latinam nouerit, ut Hieronymo placet, qui affirmat eius scripta grandia sensu, compositione uillissima apparuisse. Pamphilus uero presbyter Eusebij Cæsareensis episcopi necessarius, adeo diuinorum uoluminū cupidus fuit, ut magnam partem librorum Origenis sua manu describeret: quos quidem libros Hieronymus affirmat se uidisse in bibliotheca Cæsarensi tanta auuiditate, ut Croesi diuitias cōsecutum se arbitraretur. Scripsit idem Pamphilus Apologeticū pro Origenes, quod etiam Eusebius non multo post fecit. At uero Caius orta in Christianos tempore Diocletiani tanta persecutione, quanta nunquam antea, in subterraneis locis quas cryptas uocāt, diu latuit. Captus deinde à persecutoribus unā cum Gabinio fratre, eiusq; filia Susanna, martyrio coronatur, & uia Appia in cœmeterio Calisti sepelitur decimo calendas Maij. Sunt etiam qui scribant Luciam, Agatham, Hagnetem non multo post martyrium passas fuisse. Sedit autem Caius annis undecim, mensibus quatuor, diebus duodecim. Quo quidem tempore



presbyteros quinque & uiginti, diaconos octo, episcopos quinque creauit, quater ordinibus sacris mense decembri habitis. Vacat tum sedes dies undecim.

## MARCELLINVS .I.

xxx. pontifex.

Diocletianus imp.

Decima Christianorum persecutio.

**M**arcellinus natione Romanus, patre Proiecto, Diocletiani Dalmatæ obscuro loco nati, & Maximiani temporibus fuit. Diocletianus enim anno ab urbe condita M. xli. ab exercitu imperator electus, Aprum qui Numerianum interfecerat, ipsemet occidit. Verum moto in Gallia tumultu potius quam bello, eo cum exercitu Maximianum cognomento Herculeum misit, qui agrestes facile compefcuit. At uero circumstrepentibus undique bellis, cum solus Diocletianus resistere tot periculis non posset, Maximianum, Augustum; Constantium uero & Maximianum Galerium, cæsares creat. Maximianus autem Hercules Carausio fraude Electi interempto, Britanniam post annos decem recepit. At Constantius, cum primo in Gallia male pugnasset, renouata secundo pugna, multa millia Alemannorum occidit, qui eo uenerant mercede conducti, ac Gallias pacatas reddidit. Diocletianus interim captam Alexandriam, quam Achilleo resistente mensibus octo obsederat, diripiendam militibus dedit. Præterea uero Maximianus Galerius cum duobus prælijs contra Narseum bene pugnasset, postremo inter Galietium & Carras superatur. Atque tam sinistra pugna amissis copijs, ad Diocletianum confugit: à quo ita arroganter acceptus est, ut per aliquot millia passuum purpuratus ante currum eius cucurrisse dicatur. Is autem hac contumelia motus, repetito bello hostes superat ac domat. Pacatis hoc modo undique rebus Diocletianus in oriente, Maximianus uero Hercules in occidente uastari ecclesias, Christianos affligi interficique mandant, decima post Neronem persecutione: quæ certe omnibus diuturnior & immanior est habita. Nam & scripturæ sacræ igni exustæ sunt; & si quis Christianus in magistratu fuisset, eo sublato remanebat infamis. Præterea uero serui qui in Christianismo perdurabant, libertatem consequi non poterant. milites item Christiani cogebantur aut immolare idolis, aut militiam pariter uitamque deponere, edicto principis in foro posito. Hoc uero quidam lacerare ausus, pelle nudatus, superfuso aceto & sale tandem cruciatur, quoad uita superfuit. Hunc in fide confirmarunt Doctheus & Gorgonius uiri clarissimi. Iisdem diebus forte fortuna in urbe Nicomedie regia domus in cædio conflagrare cepit, unde imperator à Christianis id factum falsa suspitione existimans, multos interfici, plerisque uiuos in ignem conijci iubet. Eadem quoque sæuitia usi sunt, qui in Miletene prouincia, in Syria, in Africa, in Thebaide, in Aegypto cum imperio erant. In planitie uero Palaestinae & Tyris multis sæuissimis bestijs expositi sunt. Nullum autem genus tormenti Christianis tum non adhibitum est. Pro unguibus enim testas fistilium uasculorum adhibebat: quibusdam uero arundines acutæ sub unguibus figebantur. Hoc etiam tormento uexatæ mulieres sunt, arundinibus ipsis per pudenda corporum adactis. Vrbs quædam in Phrygia tota combusta est, quia ciues idolis sacrificia exhibere recusarunt. Ad ducto Romano uiro sanctissimo eos in fide retinente: ad hæc postremo uenere sæuissimi tortores, ut oculis effossis, ac cauterio adustis sæuirent. Passi etiam martyrium sunt Anthimus Nicomedie episcopus, Lucianus presbyter Antiochenus uir doctissimus, Pamphilus Cæsareensis, Phileas Aegyptius, qui & Thmus enus uocabatur. Is enim capitali pœna afficitur, quod & librum de laudibus martyrum composuit, & impugnare iudices male iudicantes ausus est. Quid plura cum Damasus referat xvij. millia hominum utriusque sexus diebus xxx. per diuersas prouincias martyrio coronata fuisse. Omitto eos qui in insulas relegati sunt, uel ad metallum, uel ad opus metalli, uel ad fodendas arenas excidendosque lapides damnati, quæ multitudo prope infinita est habita. At Marcellinus pontifex ad sacrificia gentium ductus, cum minis instarent carnifices, ut thu-

Phileas Aegyptius ex urbe Thmus is.

ra dijs exhiberet, metu perterritus, deos alienos adorauit. Habito deinde non ita multo post concilio centum & LXXX. episcoporum in Sinuesia urbe Campaniæ, eo & Marcellinus squalidus & puluerulentus ac cilicio indutus proficiscitur, petitque ut sibi pro inconstantia debita pœna tribuatur. Qui eum damnaret, in tanto concilio nemo unus inuentus est, cum dicerent omnes ea ferme ratione Petrum peccasse, ac flendo peccati pœnam luisse. Redijt Romam Marcellinus iratus, Diocletianum adijt, hominemque increpat, qui se impulerit dijs gentium immolare. Ducitur ad martyrium Diocletiani iussu Marcellinus cum Claudio, Cyrino, Antonino christifidelibus. Inter eundem uero Marcellum presbyterum admonet, ne Diocletiani præceptis obtemperet in rebus maxime ad fidem pertinentibus: ne ue corpus suum sepulturæ traderet, quod diceret ob negatum saluatore se id nequaquam mereri. Horum autem simul interemptorum corpora, Diocletiani iussu ad dies sex & triginta in sepulta iacuerunt uia publica. Vnde Petri apostoli iussu, qui Marcello in somnis apparuit, uia Salaria in cœmeterio, quod Priscillæ deinceps nomen habuit, sepeliuntur sexto calendas Maias apud beati Crescentionis corpus. Tandem uero aperuit oculos deus (ut Eusebius ait) & eo Diocletianum compulit, ut deposito imperio priuatus uiueret. Idem fecit & Maximianus eius collega, acerrimus persecutionis Christianæ autor, qui post aliquot annos multis uarijsque morbis uexatus, ac post longos cruciatus insaniam mentis percitus, furisque scelus agitat, seipsum tandem peremit. Hanc autem calamitatem, quam nostri passi sunt, à deo permissam refert Eusebius, propter corruptos nimiam libertate & indulgentia Christianorum mores: maxime uero ecclesiasticorum, quorum peruersitatem diuina iustitia frenare hac persecutione instituit, dum simulationem in uultu, dolum in corde, fallaciam in eorum uerbis cerneret. Hi enim liuore, superbia, inimicitijs, odijs inter se certantes, tyrannidem potius quam sacerdotium sapere uidebantur, Christianæ pietatis omnino obliti, ac diuina mysteria prophantes potius quam celebrantes. Sed quid futurum nostra ætate arbitramur? quauitiam nostra eo creuere, ut uix apud deum misericordie locum nobis reliquerint. Quanta sit auaritia sacerdotum, & eorum maxime qui rerum potiuntur, quanta libido undique conquisita, quanta ambitio & pompa, quanta superbia & desidia, quanta ignorantia tum sui ipsius, tum doctrinæ Christianæ, quam parua religio, & simulata potius quam uera, quam corrupti mores, uel in prophanis etiam hominibus (quos seculares uocant) detestandi, non attinget dicere, cum ipsi ita aperte & palam peccent, ac si inde laudem quærent. Veniet (mihi credite, utinam falsus sim uates) ueniet Turcus hostis Christiani nominis, Diocletiano & Maximiano uolentior. Italia claustra iam pulsata. Nos desides & somniculosi interitum communem expectamus, uoluptati priuatae potius quam communi utilitati consulentes. Ad Marcellinum uenio, quem utinam aliquando imitati, ad sanitatem redeamus. Hic enim (ut dixi) cognito errore suo, quo à fide defecerat, ad se rediens, martyrium pro fide Christi constanti animo passus est, ubi ex sacris ordinibus bis mense decembri habitis, presbyteros quatuor, diaconos duos, episcopos quinque creasset. Sedit autem annis nouem, mensibus duobus, diebus sedecim. Vacat tum sedes dies quinque & uiginti.

## MARCELLVS .I.

xxxi. pontifex.

**M**arcellus natione Romanus, patre Benedicto, ex regione Viae latae, à Constantio & Galerio usque ad Maxentium peruenit. Constantius enim & Galerius, abdicantibus se ab imperio Diocletiano & Maximiano, imperij gubernacula suscipientes, prouincias inter se partiti sunt. Nam Galerius Illyricum, Asiam & orientem sortitus est: Constantius uero singulari moderatione usus, Gallia tantum & Hispania contentus fuit, licet ei & Italia sorte obtigerit. Vnde Galerius

Constanti-  
nus, Gale-  
rius, Ma-  
xentius  
impera-  
tores.

duos caesares legit, Maximianum quem orienti praefecit, & Severum cui Italiam commendavit, Illyricum ipse retinuit, quod ea barbaros hostes populi Romaniter facturos sentiebat. At Constantius uir singularis mansuetudinis & clementiae, Gal-  
lis omnibus clarissimus fuit, praecipue uero quod & Diocletiani uasrum in gen-  
um, & Maximiani crudelitatem non sine magno discrimine euaserant. Moritur autem  
Constantius Eboraci in Britannia principatus sui anno decimotertio, atque in di-  
uos summo omnium consensu refertur. At Marcellus diuino cultui intentus, ubi  
Priscillam matronam Romanam impulsisset caemiterium suis sumptibus uia Sa-  
laria construere, titulos quinque & uiginti in urbe Roma constituit, quasi dioeceses  
ad commoditatem baptismi & opportunitatem eorum, qui ad fidem ex gentibus  
quotidie ueniebant, consultum iri & eo modo sepulturis martyrum uidebat. Ma-  
xentius uero ubi Lucinam matronam Romanam instituisse ecclesiam dei rerum  
suarum haeredem intellexisset, iratus & mulierem ipsam relegauit ad tempus, &  
Marcellum captum impellere minis conatus est, ut & episcopatu se abdicaret, &  
Christianum nomen deponeret: quem ubi contempnere & deridere sua praecpta  
uidit, in cacabulum ad custodienda animalia publica (ut quidam uolunt) statim  
inclusit: quo in loco nec orationes unquam, nec ieiunia praetermisit. Parochias item non se-  
cus ac si liber esset, epistolis gubernabat. Mense autem nono captiuitatis suae a cle-  
ricis noctu a cacabulo liberatus est, qua ex re maiore percitus ira Maxentius, san-  
ctissimum uirum in cacabulum redegit: ubi cum foede & incommode habitaret,  
pedore & situ mortuus est. At uero Lucina sanctissimi uiri corpus uia Salaria in  
caemiterio Priscillae condidit decimosextimo calendis februarii. Postea autem re  
Christiana crescente, cacabuli domus in ecclesiam erigitur beati Marcelli nomine,  
quae etiam aetate nostra inuisitur. Sunt autem qui scribant Mauritiu cum una Chri-  
stianorum legione apud Rhodanum flumen a persecutoribus caesum. His addi-  
tur Marcus, Sergius, Cosmas, Damianus alijque complures, qui ubique terrarum cae-  
debantur. Marcellus autem annis quinque sedens, mensibus sex, diebus uno & uiginti,  
ex sacris ordinibus mense decembri habitis, presbyteros sex & uiginti, dia-  
conos duos, episcopos unum & uiginti creauit. Vacat tum eius morte Romana  
sedes dies uiginti.

xxxij. po-  
tifex.

#### EUSEBIUS .I.

Eusebius natione graecus, patre medico, pontificatum adiit Constantino & Ma-  
xentio imperantibus. Nam mortuo Constantio (sicut dixi) Claudij ex filia ne-  
pote, Constantinus eius & Helenae in gratiam Herculei repudiatæ filius, occiden-  
tis imperium maximo omnium consensu adeptus est. Romae interea praetoriani  
excitato tumultu, Maxentium Maximiani Herculei filium, Augustu nuncupant.  
Vnde Maximianus spe recuperandi imperij ex solitudine Lucaniae Romam ue-  
nit, literis Diocletianum adhortatus, ut idem ipse faceret. Contra hos motus mis-  
sus a Galerio Seuerus cum exercitu, dum urbem Romam obsidet, fraude militum,  
qui cum Maxentio sentiebant, circumuentus, fugiens demum Rauennae occiditur.  
Paululu etiam abfuit, quin Maximianus pater, militum beneuolentiam pollicita-  
tionibus & largitione quaerens, a filio Maxentio occideretur. Is autem in Gallias ad  
Constantinum generum profectus, dum circumuenire hominem studet, detecto  
per Faustam eius filiam dolo, quae rem omnem marito aperuit, fugiens, ac Massi-  
liae oppressus, suorum scelerum poenas tandem luit: uel seipsum (ut quidam uo-  
lunt) desperatis rebus interfecit. Dum autem Eusebius in pontificatu uiueret, crux  
domini inuenta est quinto nonas Maij, & ab Helena Constantini matre exornata,  
ac in magna ueneratione habita. Baptizatur & Iudas crucis inuentor, quem post-  
ea mutato nomine Cyriacum uocarunt. Haereticos quoque idem pontifex reconcili-  
auit, imposita tantummodo manu, instituit praeterea, re prophani quos laicos uo-

Iudas  
crucis in-  
uentor.

cant, episcopum in iudicium uocarent. Huius uero temporibus fuisse Lactantium  
Firmianum constat Arnobij discipulum. Hic cum rhetoricam Nicomediae doce-  
ret, infrequentia discipulorum motus, quod id in graeca ciuitate ageret, ad scriben-  
dum se contulit, qua in re tantum ualuit, ut post tempora Ciceronis ab eo secundus  
habeatur. Multa scripsit, sed illa potissimum extant, quae contra Gentiles, de opi-  
ficio hominis, de ira dei conscripsit. In extrema senectute constitutus, Caesaris Cri-  
spi, filij Constantini praceptor fuit in Gallia. Eusebius quoque Caesareae Palaestinae  
episcopus, ac bibliothecae diuinae cum Pamphilo martyre diligentissimus inuesti-  
gator, multa eisdem temporibus scripsit, maxime uero libros euangelicae praepa-  
rationis, ecclesiasticae historiae, in Porphyrium Christianoru hostem acerrimum.  
Apologias item sex pro Origene composuit: de uita Pamphili martyris, a quo ob  
amicitiam cognomen tum accepit, libros tres. Eusebius autem pontifex, habita se-  
mel ratione sacrorum ordinum mense decembri, cum presbyteros tredecim, dia-  
conos tres, episcopos quatuordecim creasset, Romae moritur, ac in caemiterio Ca-  
listi uia Appia sepelitur sexto nonas Octobris. Sedit autem annis sex, mense uno,  
diebus tribus. Vacat tum sedes diem unum.

#### MELCIADES .I.

Melciades natione Apher, Maxentij, Licinij, Maximini temporibus fuit. Lici-  
nius enim ex Dacia oriundus, a Galerio in parte imperij recipitur propter  
eius in re militari praestantiam. Hi quoque Constantinum uidebant apud omnes magno  
esse in precio, Christianis parcebant. Maxentius tamen milites clanculu mittebat,  
qui obuium quenque caederet. Arte quoque magica delectatus, grauidas, maxime ue-  
ro Christianas, funestis sacris adhibitas scindebat infantum causa, quorum cineria-  
bus in magia utebatur, ut ostenderet tyrannidem seruari etiam per nefas posse.  
Simili uesania & crudelitate Maximinus quoque in oriente utebatur, qui magorum  
magistris & malae artium doctoribus praemia etiam decernebat, augurijs ac diu-  
inationibus fidem praestans. Sauior caeteris in Christianos haec omnia contemnen-  
tes est habitus. Vetera autem delubra renouari, ac more ueterum sacra dijs exhibe-  
ri iubet. In hos uero Constantinus moues, & Maxentium graui praelio uictu apud  
pontem Miluium ita superat, ut dum pra dolore suarum fraudu oblitus, pontem  
ad decipiendum hostem structum decipulis transit, cum magna parte suorum sa-  
tellitum submergatur. Et Liciniu sororium nauali ac terrestri praelio uictu, apud  
Nicomediae dedere se ipsum coegit, uitamque Thessalonicae priuatam ducere, ac  
merito quidem, cum a fide ob inuidiam deficiens, Christianos Constantino fauen-  
tes grauibus supplicijs persequeretur. Maximinus uero diuina ultioe inflatis sub-  
ito uisceribus, suppuratisque intestinis ita distenditur, ut inter se & putridu cadaver  
nil interesset, scatentibus undique uermibus, & rabo serpente, tanto pedore, ut susti-  
neri foetor non posset. Hoc uolebant eius merita, qui & nostros ad caemiteria con-  
uenire uetabat, & simulacrum Antiochiae consecratum, subornatis sacerdotibus,  
qui ex adytis id enunciarent, clamasse dicebat, pellenos ab urbibus Christianos,  
& praemia in prouincijs distribuit sacerdotibus simulacrorum, qui contra Christia-  
nos agerent. Tandem uero tyrannus poenitentia ductus, medico uerum dicente,  
decreto publico uetuit Christianos laedi, eosque suis legibus uti sinuit. Sed hoc nihil  
ei profuit cum ui fierent omnia. Nam grauissimis morbis diutius cruciatus, uiuen-  
di finem tandem fecit, homo sauius & uariis: nunc enim in Christianos, nunc pro  
Christianis agebat. His autem cladibus multi Christiani interfecti sunt, maxime ue-  
ro Dorothea uirgo sanctissima & pulcherrima, quae morte potius quam stuprum  
tyranni pati uoluit. Sophronia quoque a Maxentio saepius de stupro appellata, cum  
diutius uitare periculum non posset, seipsam interfecit, Lucretiam imitata. Melci-  
adis autem institutu fuit, ne die dominico, neque quinta feria ieiunaretur, quia hos  
d

Lactanti-  
us Firmi-  
anus.

xxxij. po-  
tifex.

Doro-  
thea.

dies pagani quasi sacros celebrant. Multa quoque in oblationibus faciendis constituta, quod Manichæorum hæresis in urbe Roma tum maxime inualescebat. His autem peractis, Maximini iussu martyrio coronatur. Idem factum subire & Petrus Alexandrinus episcopus, & Lucianus Antiochenus presbyter, uir moribus & doctrina insignis, & Timotheus presbyter Romanus, alijque complures episcopi & sacerdotes. Sepultus est autem Melciades uia Appia Calisti crypta quarto idus decembris. Viuus adhuc ex ordinibus sacris semel habitus, presbyteros septem, diaconos sex, episcopos duodecim creauit. Sedit annis quatuor, mensibus septem, diebus nouem. Vacatum sedes dies septemdecim.

## SYLVESTER .I.

xxxiiij.  
pontifex.

Syluester natione Romanus, patre Ruffino, Constantini temporibus fuit, anno Sab urbe condita millesimononagesimo primo, Domini uero anno cccxxxix. Sub hoc tandem principe Christiani à tyrannis antea oppressi, non nihil respirare incipiunt. Nam corporis ac animi dotibus cum optimo quoque principe comparari Constantinus potuit, militaris enim gloriæ appetentissimus fuit, in bello fortu natus. Pacem petentibus libenter dedit, liberalibus studiis, ubi per otium licebat, delectabatur. liberalitate & gratia omnium beneuolentiam sibi comparabat. Multas leges rogauit ex æquo & bono, superfluas abscidit, seueras nimium emendauit. Urbem in Byzantijs ruinis de nomine suo condens, eam Romæ magnitudine ædificiorum parem facere conatus, secundam Romam uocauit: ut literæ sub equestri eius statua indicabant. Is igitur tantus princeps omnia circumspectans, omnia considerans, ubi honestatem Christianæ religionis intellexit, qua seruate parsimoniam, paupertate gaudere, mansuetudinem colere, paci studere, simplicitate & constantia uti iubemur, eam ita complexus est, ut iturus ad bellum, non alio quam crucis signo uteretur. Quod sereno celo dum in Maxentium tyrannum copias mouet, & uiderat & adorauerat, astantesque angelos audierat dicentes: Constantine, *ἐπιτέταξέ με* quod etiam fecit, ac tyrannos omnes à ceruicibus populi Romani Christianorumque omnium depulit, maxime uero Licinium, qui Christianos & domo & militia pulso, aut relegatione, aut carcere (ut dixi) ad mortem usque macerabat: aut leonibus obiciebat: aut suspensos tanquam porcos, membratim lacerans dissipabat. Tantum itaque principem ac tam humanum Syluester nactus, relicto Soracte monte, quo à tyrannis fauentibus relegatus fuerat (uel ut quidam uolunt) secesserat, Romam ueniens, Constantinum erga Christianos bene animatum, promptiorem ad optime de ecclesia dei promerendum reddidit. Nam & pontificibus diadema aureum distinctum gemmis concedebat: quod quidem Syluester aspernatus, tanquam religioso capiti minime conueniens, phrygia mitra & candida tantummodo contentus fuit. Permotus autem Constantinus sanctitate Syluestri, ecclesiam in urbe Roma condidit in hortis Equitum non longe à thermis Domitianis, quæ titulum Equitum usque ad tempora Damasi præ se ferebat. Cui quidem ecclesiæ imperator munificus hæc etiam dona præstitit: patenam argenteam librarum uiginti, scyphos duos uiginti librarum, calicem aureum duarum librarum, & alia uasa tum argentea tum aurea, quæ enumerare longum esset. Fuudum quoque ualerianum dono dedit in agro sabino positum, unde quotannis solidos octoginta capiebat. Hortum intra urbem ad regionem duorum adamantum, unde solidi quindecim capiebantur. Domum in regione Orphea intra urbem, unde solidi octo & quinquaginta proueniebant. Verum dum hæc Romæ agerentur, apud Alexandriam presbyter quidam Arrius nomine, uir specie & forma magis quam uirtute insignis, & laudis ac gloriæ potius quam ueritatis cupidus, serere discordiam in fide Christi cepit. Separare enim filium ab æterna & ineffabili dei patris substantia conabatur his uerbis: Erat aliquando quando non erat, non intelligens filium patri coæternum esse, & eandem in trinitate substan-

tiam, cum dictum sit, Ego & pater unum sumus. Cum autem Alexander Alexandrinæ urbis episcopus frustra reuocare Arrium ab errore tentasset, Constantini mandato, adhibita etiam impensa munifice quidem, apud Niceam urbem Bithyniæ concilium generale indicitur: cui trecenti & octodecim episcopi interfuere. Disputatum est in eo loco aliquandiu, & quidem acriter. Nam uiri aliquot in questionibus callidi, Arrium tum quidem fauebant, simplicitati fidei nostræ aduersantes, licet ex his quidam doctissimus philosophus diuino spiritu motus, uno momento fidem nostram quam antea impugnabat, ut sanctam & integrā statim amplexus sit. Tandem uero re ipsa in concilio diligenter discussa, concluditur scribi debere, id est, eiusdem cum patre substantiæ filium cōfiteri. Qui uero cum Arrium sentirent, fuere ad decem & septem, affirmantes extrinsecus creatum esse dei filium, & non ex ipsa patris diuinitate progenitum. Cognita autem tantæ controuersiæ ueritate, Constantinus decretum concilij affirmat, proposito contradicentibus exilio, unde sex tantum cum Arrio exulauere: reliqui enim in sententiam bene iudicantium uenere. In eodem concilio damnatos ferunt & Photinianos, à Photino episcopo Gallogræciæ nomen ducentes, qui Ebionitarum hæresim imitati, affirmabant Christum à Maria pio coitu fuisse conceptum. Damnati & Sabelliani, qui unam tantum personam libellos (ut fit) episcopi ipsi Constantino dabant, seinuicem accusantes, expetentesque à principe iudicium: quibus ita imperator optimus respondet, combustis eorum libellis, eos dei tantummodo & non hominum iudicium expectare debere. Præterea autem in eodem concilio decretum est, ne qui se impatiētia libidinis castrarent, in clerum amplius reciperentur: neue neophytus antequam cautius examinaretur, clericus fieret: & ne in militiam dei ascitus, cum extraneis mulieribus habitet: cum matre uero, sorore, amita id tantummodo liceret: ne episcopus in ordinem ascisceretur, nisi ab omnibus uel saltem à tribus prouinciæ episcopis: & ne, quem alius episcopus expulerit, uel clericum uel laicum alius suscipiat. Decernitur etiam ac quidem sancte, ne cuiquam fieret iniuria, ut singulis annis concilium in prouincia habeatur. Quare hoc sanctum institutum aboleuerint nostræ ætatis pontifices, non uideo, nisi censuras bene uiuentium ac sentientium reformidabant. Constitutum quoque est, ut qui absque tormentis in persecutionibus lapsi fuerint, annos quinque inter catechumenos uitam ducant. Postremo uero decernitur, ne quis de minore ecclesia ad maiorem transeat ambitiois & auaritiæ causa, quod certe non obseruatur, cum siccis faucibus, tanquam lupi famelici, precibus, pollicitationibus, muneribus, largitione huberiores episcopatus, ommissis primis, omnes quærant & efflagitent. Syluestri autem constitutiones hæc sunt habitæ, ut chrisma ab episcopo tantum consecraretur, ut episcopi baptizatum signarent propter hæreticam suasionem, ut baptizatum chrismate liniat presbyter, occasiōe mortis. Ad dicit præterea, laicus clericum in iudicium ne uocet. Diaconus in ecclesia celebrandi causa dalmatica induatur, & palla linostima laua eius tegatur. Clericus causas in curia ne agat, nec ante iudicem secularem causam dicat. Presbyter celebraturus neque serico, neque panno tincto utatur, sed lineo, & quidem albo. Sic in albis celebrandum esse dicebat, quemadmodum in linea sindone & alba Christi corpus sepultum fuit. Gradus quoque in ordinibus ecclesiasticis constituuit, ut unusquisque uno tantum ordine contentus sit, & unius solum uxoris uir. Constantinus autem augenda Christianæ religionis cupidus, basilicam Constantinianam (quæ lateranensem uocant) ædificauit, donisque plurimis eandem exornauit. Nam & fastigium argenteum templo obrulit, habens in fronte saluatorem sedentem in sella quinque pedum, ceterum & triginta librarum, & xij. apostolos in quinque pedibus librarum nonaginta cum coronis argenti purissimi, Saluatorem quoque addidit respicientem in apside, sedente



tem in throno V. pedum, cuius pondus centum quadraginta librarum erat. Angelos quatuor ex argento ponderis centum & quinque librarum, coronas quatuor ex auro purissimo cum delphinis viginti librarum, altaria septem ex auro purissimo ducentarum librarum. In usum vero luminum massam gargilianam prouentum ex agro Sueffano constituit solidos cccc. Additur & massa urbana, quae in agro Antiati est. Sacrumque praeterea fontem instituit apud eandem basilicam ex lapide porphyretico, cuius tota pars illa quae aquam continet, ex argento erat. In medio autem fontis columna porphyretica posita erat, in qua aurea phiala L. librarum balsamo plena, in celebritate paschae usum nocturni luminis praestabat. In labro fontis stabat agnus auri purissimi, unde aqua fundebatur. Non longe ab agro erat saluatoris statua auri purissimi centum & lxx. librarum. Ad alteram partem stabat Iohannis baptistae statua argentea centum librarum, hunc titulum praeferebat, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Septem vero cerui aquam fundebant; quorum singuli octoginta librarum erant. Prouentus autem sacri fontis ex massa statiliana in agro corano, ex fundo Bassi, ex domibus & hortis aliquot in urbe positus, ex quibusdam fundis in Aphrica, Numidia, Graecia sitis. Idem etiam Constantinus rogatu beati Syluestri Petro apostolorum principi basilicam in Vaticano aedificat, non longe a templo Apollinis, quo in loco eiusdem apostoli corpus splendide ac mirifice collocauit: ex aere & cupro undique clausum erat. Supra beatissimi apostoli sepulchrum crux centum & quinquaginta librarum extabat ex auro purissimo. Aderant circum quae candelabra iij. argento conclusa, cum sigillis argenteis, unde apostolorum actus cernebantur. His addidit calices aureos tres librarum duodecim, calices argenteos xx. quorum singuli x. librarum erant. Metretas argenteas iij. cc. librarum. Patenam auream cum thure & columba ornata gemmis hyacinthinis & margaritis. xxx. librarum. Ipsam autem altare erat clausum argento & auro, distinctumque pluribus gemmis. Hos uero prouentus huic basilicae addidit, in Antiochia domum Daciani, solidos centum & L. praestantem. Cellam in Aphrodisia solidos d. xv. praebentem. Hortum Maronis, thermas complures, popinas, pistrina condonauit, unde multum colligebatur ad usum sacerdotum. Idem quoque Constantinus in statu Syluestro, basilicam Pauli uicini Oitensis extruxit: corpus uero Apostoli ita condidit, ut de Petro diximus. Vasa etiam aurea, argentea, aenea totidem donauit, quod diuo Petro, maxime autem crucem auream centum & quinquaginta librarum, supra loculum beati Pauli collocauit. Venere prouentus ad eandem basilicam ex Tarso Ciliciae: ex possessione Tyri uenit oleum, uenere aromata & cassia: uenit balsamum ex locis haec eadem ferentibus: uenit crocum, sal, piper, cinnama. Aedificatur etiam imperatoris iussu basilica in atrio Sessoriano sub titulo sanctae crucis in Hierusalē, ubi sanctae crucis partem aliquam reposuit, inuentam ab Helena matre, foemina incomparabilis fidei & religionis. Haec enim magnitudine animi mota & uisis nocturnis, Hierosolymam petiit, ut lignum crucis perquireret. Difficile id quidem erat, quia ab antiquis persecutoribus eo loci simulacrum Veneris collocatum fuerat, ut Christiani Venerem saluatoris loco adorarent. At mulier religione percita, ubi locum ipsum rudibus purgasset, tres confuso ordine cruces reperit. In una inscriptio illa legebatur tribus linguis, IESVS NAZARENVS REX IVDAEORVM. Astabat autem Macarius illius urbis tum episcopus, qui unam ex his manibus cum religione retinens, ueram esse dicebat: At tertia mulieri mortuae admota, eidem uitam restituit. Haec uero Constantinus motus, edicto uenit, ne quisquam deinceps eo supplicio uteretur. Helena uero aedificato eo in loco templo, ubi crucem repererat, abiens clauos quibus Christi corpus cruci affixum fuerat, secum ad filium portat. Horum ille unum in frenos equi transfudit, quibus in praelio uteretur, alio pro cono galeae utebatur, tertium in mare Hadriaticum (ut ait Ambrosius) ad cōpescendas saeuientis maris procellas

*St. uess.  
No.*

*Basilica  
Pauli aedi-  
ficatur.*

*Helena.*

deiecit. Illa autem crucis pars, quam eadem mulier secum in thecis argenteis detulerat, gemmis & auro distincta in basilica Sessoriana collocatur. Huic haec munera adduntur, argentea candelabra quatuor, argentei scyphi quatuor, calices aurei decem: patena argentea auro clusa librarum l. altare argenteum cc. l. librarum, agros quoque circa palatium positos, ecclesiae dono dedit. Ex Faliscis autem & nepesino agro fundos quosdam donauit. Sunt qui scribant & basilicam sanctae Hagnetis Constantini iussu aedificatam esse, rogatu Constantiae eius filiae, & baptisterium ecclesiae additum: ubi & filia & soror Constantini eiusdem nominis, baptizatae sunt. Huic basilicae haec fuere munera: patena aurea librarum uiginti, calix aureus librarum decem, calices argentei quinque, fundus ex agro Fidenatum, fundus ex uico Pisonis. Idem quoque imperator basilicam sancti Laurentii extra muros aedificat in agro ueranio super arenarium cryptae, gradusque extruxit: quibus ascensus ac descensus his daretur, qui ad uisendum beati Laurentii corpus accederent. Templi ornamentum erat, apsis argento & porphyreticis lapidibus ornata. In aditu cryptae, lucerna erat ex auro purissimo librarum uiginti. Ante corpus martyris erant lucernae x. argenteae librarum xv. Fundus autem Cyriaceti foeminae, quem fiscus persecutionum tempore occupauerat: huic basilicae assignatur fundus item Veranius, unde solidi lx. ueniebant. Via etiam lauicana idem imperator inter duas lauros basilicam beatis martyribus, Marcellino presbytero & Petro exorcista aedificat. Non longe uero mausoleum erexit in honorem matris, quam sepulchro porphyretico includit. Huic templo martyrum & matris gratia haec dona data sunt: patena ex auro purissimo librarum quinque & triginta, candelabra argentea iij. auro clusa in pedibus xij. calices aurei tres cum gemmis prasinis & hyacinthinis: amara aurea duae, ara ex argento purissimo librarum cc. scyphus ex auro purissimo librarum uiginti: fundus Laurentianus cum balneo iuxta formam prodeuntis aquae posito, fundus Augustae Helenae, unde solidos trecentos & uiginti, sacerdotes quotannis habebat. Sunt qui scribant (sine autore tamen) Sardiniam cum fundis suis & Mesaniam & Martiniam cum monte argentario, ac fundis omnibus huic ecclesiae dono data. Ad has basilicas in urbe Roma aedificatas, alias quoque foris extruit. Nam & Hostiae non longe a portu eius mandato templum aedificatur in honorem beatorum apostolorum Petri & Pauli ac Iohannis baptistae, quibus etiam haec dona eius munificentia oblata sunt: patena argentea librarum xxx. calices argentei x. patena argentea chrisimalis librarum x. peluis ex argento ad usum baptismi librarum xx. His muneribus additi & Gracchorum fundi ardeatini agri, fundus quirini in agro hostiensis: In albano quoque Iohanni baptistae templum aedificat, cui haec dona obtulit, patenam argenteam librarum triginta, scyphum argenteum deauratum librarum duodecim, amara argenteas librarum uiginti, fundum Lauratinum cum adiacentibus praedijs, fundum cum lacu albano, fundum Tiberii Caesaris. Capuae etiam basilicam apostolorum condidit, quam ciues Constantinianam appellauerunt. Cui & haec dona oblata, patena argentea xl. librarum, candelabra Graeca iij. cum pedibus x. His additur fundus ex agro caietano, & fundus paternus ex agro Sueffano. Aliam postremo basilicam Neapoli aedificauit, ut ait Damasus, in cuius honorem eam erexerit, non satis constat. Proinde reticere donaria templo dedicata institui, ne uidear cum alijs errare. Sunt etiam qui scribant, Syluestri titulum suum in tertia regione urbis apud thermas Domitianas instituisse, Equitum quidam uocant. Huic titulo multa dona Constantinus obtulit, ut patenam argenteam librarum xx. ceterostrata aenea xvi. fundum barbatianum ex agro ferentinati, fundum sulphitiantum ex agro corano. Ne autem nouae Romae sacerdotes imperatoriae munificentiae expertes essent, duas item basilicas Constantinopoli aedificat, quartam altera Irene, altera apostolorum uocatur, euerfis prius paganorum templis, aut in usum Christianorum translatis, sublatisque e medio tripodibus delphicis, unde infinita mala oriebantur,

Hæc parè  
thesis in  
plerisque  
desidera-  
tur.

Hæc sunt Constantini dona, quæ antea narrauimus, quibus hoc etiã addidit: (Cetum enim uectigal à ciuitatibus pèdi solitum, ecclesijs prouincialibus clericoꝝ distribuit. Dationem uero ipsam, decreti sui auctoritate ualidam in perpetuũ esse uoluit. Ut autem uirginibus & qui in coelibatu uiuerent, testari liceret, aliquidq; sacerdotibus ex testamento relinquere, (qua ex re ego arbitror ecclesiæ patrimonium auctum esse) legem sustulit antea latam ad propagandam sobolem, qua illi uebantur hæreditatem adire, qui uigesimoquinto ætatis anno uxore nō duxissent. Hinc ius illud trium librorum inuentum à principibus est, quo in amicos prole carentes plerunq; utebantur. Hæc Socrates & Sozomenes in tripartita sua accurate scribunt.) Fuere autem & Syluestri temporibus multi præclari uiri, quorum opera & labore gentes & nationes pleræq; ad fidem nostram uenere, maxime uero Iuliani, Frumentij & Edisij prædicationibus: quos philosophi quidam Alexandrini eo perduxerant. Iberorum quoq; gens, quæ sub axe pōtico iacet, fidẽ Christi intelligunt à captiua muliere, & credunt, Baccurio rege omnes ad id cohortante. Valuit etiam multũ illis temporibus ad monendos homines Antonij eremitæ sanctissimi autoritas, cui literis & nuncijs Helena se ac filios sapius commẽdauit; eius ciuis solus panis erat, aqua potus; nec unquã, nisi in occasu solis comedebat; homo ægyptius omnino contemplationi deditus. Huius quidem uitam Athanasius Alexandrinæ urbis episcopus insigni uolumine perscripsit, Syluester autem ubi ex facris ordinibus septies mense decembri habitis, presbyteros duos & quadraginta, diaconos sex & triginta, episcopos quinque & sexaginta creasset, moritur, ac sepelitur in cœmiterio Priscillæ uia Salaria tertio ab urbe miliario, pridie calendæ Ianuarij. Sedit autem annos tres & uiginti, menses decem, dies undecim. Vacat tum sedes dies quindecim

xxxv.  
pontifex.

MARCVS .I.

Marcus natione Romanus, patre Prisco, Magni Constantini temporibus fuit, de quo uaria scribunt historici. Sunt enim qui affirmant Constantinum ultimis imperij sui annis, instigante sorore, Arrium ab exilio reuocasse, quod inuidia damnatum hominem mulier diceret, in eiusq; dogma declinasse. Hos ego deceptos similitudine nominis puto, & patri illud ascribere, quod filij scelere factũ est. Neq; enim simile uerũ est, principem illum sapientissimum, quod semper improbauerit, ea potissimum ætate qua sapere datur, illud idem collaudasse. Scribunt præterea Constantinum ab Eusebio Nicomediæ episcopo Arriani dogmatis imitatore, baptizatum esse. Quod quidem falsum esse, & religio principis ostendit, & baptisterium huius rei causa Romæ ab eo magnificentissimis operis ædificatum. A Syluestro enim unã cũ Crispo filio baptizatur, pulsus ab urbe tyrannis, fidemq; edocetur. A iunt qui aliter dictum sentiunt, Constantinum tantam rem distulisse, quoad ei ad Iordanem peruenire cõtingeret, in quo ad imitationem saluatoris baptizari cupiebat. Verum dum in Parthos proficiscitur Mesopotamiam incursum, uastantes, uno & trigesimo imperij sui anno, ætatis uero sexto & lx. apud Nicomediam uilla publica diem extremum obiisse; nec ad Iordanem baptisimi causa peruenire potuisse; atq; illic tum demum extremo uitæ tempore baptizatũ fuisse. Misceant isti, ut uolunt, rem hanc; & nos quod omnes ferme sentiunt, credamus, Constantinum qui in signo crucis toties hostes uicerat, qui tot templa in honorem dei ædificauerat, qui sacris concilijs interfuerat, qui toties cum sanctis patribus in mysterijs orauerat, baptisimatis caractere, ubi sapere cœpit, muniri etiam contra hostem humani generis uoluisse. Non latet me certe quid Socrates & Sozomenes in tripartita sua uelint, quidq; alij pleriq; ueritatem sequor, optimi principis religioni & pietati conuenientem. Quod uero in lepram inciderit, ut uulgo dicitur, baptisimoq; mundatus sit, conficta prius de sanguine infantum nescio qua fa-

bula, nullo modo credo, Socratem hac in re secutus, qui affirmat Constantinum ipsum ubi sexagesimumquintum ætatis annum attigisset, ægritudine captum, ex urbe Constantinopoli ad aquas calidas egressum ualitudinis causa, nulla de lepra mentione habita. Præterea uero hac de re à nullo scriptorum fit mentio, non dico ab his, qui ethnici sunt habiti, sed ne à nostris quidem. Nō reticisset hoc Orosius, non Eutropius, non illi qui Constantini res gestas quàm diligentissime scripserunt. Ante uero tanti principis mortem stellam crinitã inuitatæ magnitudinis (quam Græci cometen appellant) fulsisse aliquandiu constat. Marcus autem Romanus pontifex ad curam Christianæ religionis conuersus, instituit ut episcopus hostiensis à quo Romanus cõsecratur, pallio uteretur. Voluit præterea diebus solẽnibus statim post euangelium symbolum à clero & populo magna uoce decantari; & eodem modo quo fuerat in Niceno concilio declaratum. Duas item ecclesias Romæ condidit, unam uia ardeatina, in qua sepultus est; alteram in urbe Roma ad palatinas, quas quidem Cõstantinus his muneribus exornauit & auxit; Fundo rosarum cum omni agro campestri, patena argentea libras xx. scypho argenteo x. libras, corona argentea libras x. Fundo Antoniano, qui est uia claudia, fundo ad bacchanas uia appia, fundo marmoreo uia ardeatina. Huius autẽ & Constantini temporibus fuit Iuuenus Hispanus presbyter genere nobilis, qui tetrauangelia hexametris uersibus fere ad uerbum transferens, quatuor libris composuit. Scripsit & quædam eo genere metri ad sacramentorum ordinem pertinẽtia. Marcus autem posteaquam ex sacris ordinibus bis mense decembri habitis, presbyteros quinque & uiginti, diaconos sex, episcopos octo & uiginti creasset, morit, ac sepelitur in cœmiterio Balbinæ uia ardeatina tertio nonas octobris. Sedit autem annis duobus, mēsis octo, diebus uiginti. Vacat tum sedes dies uiginti.

IULIUS .I.

Iulius natione Romanus, patre Rustico, temporibus Cõstantij fuit: qui cum Constantino & Constante fratribus imperium adeptus, annis quatuor & uiginti imperauit. Habitus est etiam inter successores magni Constantini Dalmatius Cæsar fratris filius, adolescens sane præclaræ indolis, qui haud ita multo post tumultu militari opprimitur, sinente potius Constante quàm iubente. Intererea uero Arriana hæresis inualuit fauente Constantio, qui nostros cogebat Arrium recipere. Secundo itaque Constantij anno apud Laodiceam urbẽ Syriæ, uel ut alij uolunt, apud Tyrum concilium indicitur. Eo conuenerẽ catholici & Arriani: disputatur quotidie, hominibus ne an secus, Christum cum patre uocarent. Instabat Athanasius Alexandrinus episcopus rationibus & argumentis, affirmans filium patri hominibus esse. Id cum refellere Arrius non posset, ad conuicia uersus, magicas artes Athanasio uiro sanctissimo obijcit, prolato in oculis Arsenij brachio. Damnatut itaq; uolenter iubente Constantio Athanasius: qui quidem fugiens, sex continuis annis in lacu cisternæ carentis aqua ita delituit, ut solem nunquam uiderit. Indicãte deinde ancilla quadam, cum in eo esset ut caperetur, dei monitu ad Constantis partes confugit, qui fratrem Constantium minis certe coegit Athanasium recipere. Arrius interim episcoporum & populi frequentia stipatus, dum leuandi uentris causa ad publicum locum declinat, egerere conatus, intestina omnia in cuniculum latrinæ demisit, mortem certe passus uita turpissima condignam. Iulius autem pontifex multis incommodis uexatus in tanta rerum perturbatione, tandem post menses decem Romam ab exilio redijt, audita præfertim Constantini morte: qui belum fratri Constanti inferens, dum apud Aquileiam inconsulte dimicat, occiditur. non destitit tamen Iulius orientales episcopos reprehendere, maxime uero Arrianos, qui iniussu Romani pontificis Antiochiæ concilium indixerant,

xxxvi. pō  
tifex.

Cõstantius  
imperat.

Arriana  
hæresis in  
ualuit.

Athanasius  
Alexandrinus.

cum id sine eius autoritate fieri non posset, quod Romana ecclesia cæteris præf-  
set. Confutabant id orientales, non sine ironia, quod dicerent à se ad occidentem  
Christianæ religionis principes commigrasse, hanc rem suam ecclesiã tanquam  
perennem fontem, unde tanta gratia manuerat, cæteris præferendam. Cõstat aut̃  
Iulium ipsum omiſſis his cõtentionibus, duas ædificasse basilicas: unam iuxta for̃  
Romanum, aliam in transiberina regione. Tria item cœmeteria extruxit, unum  
uia flaminea, aliud uia aurelia, tertium uia portuensi. Constituit præterea ne sa-  
cerdos alibi, quàm apud iudicem ecclesiasticũ causam diceret. Voluit item ut oĩa  
ad ecclesiam pertinentia, per notarios aut per primicerium notariorum conscribere-  
rentur: hos hodie (ut arbitror) protonotarios uocamus, quorum officium est res ges-  
tas præcipue conscribere. Verum nostra ætate adeo pleriq; (nolo dicere omnes)  
literarum ignari sunt, ut uix sciant nomen suum latine exprimere, nedum alioꝝ  
res gestas perscribere. De moribus nolo dicere, cum e lenonum numero, & parasiti-  
torum quidam in hunc ordinem relati sint. Constantini autem & Constantij tem-  
pore in precio fuit Marcellus Ancyranus episcopus, q̃ multa scripsit, maxime ue-  
ro contra Arrianos. Feruntur tamen contra hunc Asterij & Apollinarij libri, cum  
Sabellianæ hæresis arguentes, eiusdem quoq; erroris eum Hilarius arguere cona-  
tur: quem certe Marcellus refellens, se tamen nequaquam cum Iulio & Athanasio  
sentire ostendit. Contra hunc præterea scripsit & Basilus Anquiranus episcopus  
librum unum de uirginitate. Nam Basilus Macedoniae partis unã cum Eustathio  
Sebasteno princeps fuit. Theodorus quoq; Heracleæ Thraciarum episcopus, ele-  
gantis copiosaq; elocutionis uir, multa tum scripsit, maxime uero commentarios  
in Matthæum, in Iohannem, in psalterium, in Apostolum. Iulius uero eũ ex sacris  
ordinibus ter mense decẽbri in urbe habitis, presbyteros octodecim, diaconos tres,  
episcopos nouem creasset, moritur, ac sepelitur uia aurelia in cœmeterio Calopo-  
dij, ab urbe Roma miliario tertio, pridie idus Augusti. Sedit annos quindẽcim,  
menses duos, dies sex. Vacat tum sedes dies quinq; & uiginti.

## LIBERIVS .I.

xxxvij.  
pontifex.

**L**iberius natione Romanus, patre Augusto, Constantij & Constantis temporibus  
fuit. Constantinus enim (ut ante dixi) dum Constantem fratrem bello in-  
cautius persequitur, ab eius militibus opprimitur. Constans autem uaria fortuna  
contra Persas usus, cum nocte in tempesta seditione militũ suscipere prælium  
cogeretur, tandem uincitur. Verum postea cũ de seditionis militibus suscipere pœ-  
nas instituisset, Magnentij dolo ac fraude in oppido Helena interficitur anno im-  
perij sui xvij. ætatis uero xxx. Mortuo autem Constante, rursus in Athanasium con-  
surgunt ueteres illi Arrianæ hæresis suscitatores. Nam concilio apud Mediolanũ  
habito, omnes qui Athanasio fauebant, in exilium pelluntur. Præterea uero cum  
in synodo Ariminensi orientales sacerdotes callidi homines & acuti, occidentales  
simplices & imperitos argumentis ac fallacijs conuincerent, prætermittere eam  
disputationem pro tempore satius uisum est. Christum enim cum patre Homusis  
on esse negabant. Hoc autem, quia primum Liberius pōtifex aperte impugnabat,  
quodq; etiam damnare Athanasium iubete imperatore nolebat, in exilium ab Ar-  
rianis pellitur, atq; ita triennio ab urbe absuit. At uero sacerdotes cõgregata syno-  
do, in Liberij locũ, Felicem presbyterũ uirum optimũ, pontificẽ creant, qui sta-  
tim octo & xl. episcopoz cõuentu duos presbyteros, Vrsatiũ & Valentẽ ab eccle-  
sia separauit, quod cum Constantio Augusto in fide sentiret. Hanc ob rem rogatu  
& precibus eorundẽ, Constantius Liberij ab exilio reuocat, qui imperatoris bñfi-  
cio motus, cum hæreticis in rebus omnibus (ut quidam uolunt) sentiens, illud ta-  
men cum catholicis tenebat, hæreticos ad fidem redeuntes, non esse rebaptizandos.  
Ferunt Liberium apud cœmeterium sanctæ Hagnætis aliquandiu habitasse cum

Liberius  
cũ hæreti-  
cis senti-  
ens.

Constantia Constantij sorore, quo eius rogatu & auxilio urbem tutius ingredere-  
tur: sed mulier catholica dolum inesse sentiens, id se facturam omnino recusauit.  
Tandem uero Constantius, instigantibus Vrsatio & Valente, pulso Felice, Liberij  
um introduxit. Vnde persecutio ita uehemes exorta est, ut in ecclesijs ipsis presby-  
teri & clerici passim necarentur. Sunt tñ qui scribant mulieres Romanas in cir-  
censi spectaculo reditũ Liberij ab imperatore precibus impetrasse. Pōtifex autem  
tametsi cũ Arrianis sentiebat, ecclesias dei quàm diligẽter exornauit, maxime aut̃  
sepulchrum beatæ Hagnætis, & basilicam quam de nomine suo fecit apud macel-  
lũ Lydia. Fuit aut̃ hac misera tẽpestate Eusebius Emesenus episcopus: q̃ multa cõ-  
tra Iudæos, gentes & Nouatianos docte admodum & eleganter scripsit, Triphyl-  
us quoq; Cyprj Ledrensis, siue λευτεάνος episcopus, in cantica canticorum copiose  
& accurate commentarios composuit. Præterea uero Donatus Apher (a quo Do-  
natiani nomen sumpserunt) multa in catholicos scribens, totam pene Africam &  
Iudæam sua persuasione decepit. Affirmabat enim patre minore esse filium, & sp̃i-  
ritum sanctũ minorem filio, catholicosq; rebaptizandos esse. Extabant aut̃ Hiero-  
nymĩ tempore eius multa scripta ad hæresim pertinentia, & de spiritus sancto li-  
ber, Arrianæ doctrinæ conueniens. Et ne quicquã Arrianæ perfidiæ tum deesset,  
Asterius eius factionis philosophus, imperante Constantio, multa scripsit in epi-  
stolam ad Romanos, in euangelia, in psalmos, quæ ab hominibus suæ hæresis stu-  
diosissime leguntur. Lucifer præterea Caracalitanus episcopus, cum Pancratio &  
Hilario Romanis clericis ad Constantium à Liberio missus, cum nollet sub nomi-  
ne Athanasij Nicenã dãnare fidem, relegatus, cõtra Constantiũ imperatorem scri-  
psit, librumq; ei legendum misit: moritur tñ sub Valentiniano principe. Ferunt  
aut̃ Fortunatianum Aquileiensem episcopũ Liberium fidei causa in exiliũ per-  
gentem, ut in hæresim & discordiam laboretur, sollicitasse. Serapion quoq; qui ob  
elegantia in genij, Scholastici cognomen meruit, edidit tum aduersum Manichæ-  
um librum egregium. nec unquam Constantij minis à confessione ueritatis desti-  
tit: ad hominem em̃ profectus, quo eum pacatiorem magno Athanasio redderet,  
minis tanti principis e gradu constantiæ nunq; decidit. Ideo aut̃ Athanasius ma-  
gnus est habitus, quod paganis & hæreticis cõstanti animo semp restitit. Liberius  
uero ubi ex sacris ordinibus bis in urbe Roma habitis, presbyteros xvij. diaconos  
quinq; episcopos xix. creasset, moritur: ac sepelitur uia Salaria in cœmeterio Priscilla-  
ix, calẽdas maij. Sedit aut̃ annos sex, menses tres, dies quatuor. Vacat sedes dies vi.

## FELIX .II.

**F**elix secundus, natione Romanus, patre Anastasio, Constantij temporibus fuit.  
Qui solus post interfectum à Magnentio Constantem, imperio potitus est.  
Mox Iulianum patrualem suum, quippe qui ex Constantio patris Constantini fra-  
tre natus erat, Cæsarem creatum in Gallias seditione quorundã tyrannoz tumul-  
tuantes misit, qui breui & Gallorum & Germanorum motus uirtute sua compe-  
scuit: unde militum omnium consensu Augustus appellatur. Quo audito, Cõstan-  
tius rebus parthicis occupatus, ad bellum ciuile cõuersus, apoplexia in itinere obi-  
it inter Ciliciam Cappadociamq; in Mopsocrene oppido, anno imperij quarto &  
uigesimo, ætatis quinto & quadagesimo. Hoc aut̃ morbo dixere medici hoĩem in-  
terisse ob dolorẽ animi & grauem cogitationẽ, in quã rebellante Iuliano incide-  
rat. Ob eius autem moderationem (Christianorũ causam semper excipio, in qua  
unice impius fuit) & comitatem, inter diuos more ueterum referri meruit. Nam  
post susceptum imperium, Romam cum triumpho uia flaminea ingressus, au-  
reo carpento ciues obuiam factos, mira benignitate inspexit & ueneratus est, dicti-  
tans illud Cyneæ Pyrrhi legati uerum esse, tot se uidere reges in urbe Roma quot  
ciues. In una tamen re populum Romanum ad risum potius, quàm ad indignatiõ-

xxxvij.  
pontifex.Cõstantius  
imperat.



onem concitauit, quod portas urbis ingrediens, celsas & fastigiatas, arcusq; triumphales præaltos & latos, homo parua statura caput incuruaret, more anserum laesionem ueritus. Is præterea campum Martium cum admiratione inspiciens, sepulchrum Augusti Cæsaris tot simulacris marmoreis & æneis ornatum, forum Romanum, Iouis tarpeij delubra, thermas, porticus in prouinciæ modum auctas: amphitheatrum Tiburtino lapide extructum tãtæ altitudinis, ut eo uix inspicere manus oculus posset, pantheon mira altitudine spatiosis molibus fornicatū, templum pacis, Pompeij theatrum, circum maximum, septisoliū, tot arcus triumphales, tot aqueductus, tot statuas per urbem ad ornatum positas, obstupuit: ac tandem dixit, naturam uires omnes in unam urbem effudisse. Stabat Traiani equus æneus in atrio, cuius instar alterum sibi fieri Constantinopoli Cōstantius petebat ab Hormisda architecto, quem secum duxerat. Cui Hormisda, stabulum quoq; tale condas oportet, si uoles equum late succedere. Idem quoq; Hormisda à Cōstantio interrogatus, quid de urbe Roma sentiret, id tantum sibi placere respondit, quod didicisset ibi quoq; homines mori, ut philosophum decebat, locutus. Felix autem, quem diximus in Liberij locum à catholicis subrogatum esse, licet id factum ab hæreticis Eusebius & Hieronymus affirmant, quod certe miror, statim ubi pontificatum inijt, Constantinum Magni Constantini filium, hæreticum & secundo baptizatum promulgat ab Eusebio Nicomediensi episcopo in Aquilone uilla non longe à Nicomedia. Hinc autem deprehendi error potest, quo ducuntur nonnulli, qui hanc hæresim Magno Constantino ascribunt. Quod profecto (ut ex historia uides) in tantum principem tamq; religionis Christianæ amantissimum, nec debuit cadere, nec potuit. Dum autem altercatio esset, & quidem magna (ut diximus) inter Liberium & Felicem, Arriana hæresis bifariam diuiditur. Nam Eunomius (unde Eunomiani) uir corpore & animo leprosus, nec secus interius q̄ exterius morbo regio correptus, affirmabat in rebus omnibus & filium dissimilem patri, & sanctum spiritum cum patre & filio nil habere commune. Macedonius autem quem nostri ante errorem Constantinopolitanum episcopum fecerant, ab Arrianiis expellitur, quia filium patri similem fatebatur, licet spiritum sanctum non secus atq; illi blasphemaret. Aiunt quidem Felicem concilium octo & quadraginta episcoporum habuisse, in quo decernitur, ut episcopi oēs aut ad cōcilium generale ueniant, aut literis rationem reddat quare id facere nequeant: quod quidem institutum, carthaginensi concilio postea renouatum est. Huius autem temporibus fuit Acacius, quem quia luscus erat, *μυωφθαλμος* uocarunt. Hic uero Cæsariensis ecclesie in Palæstina episcopus, multa in ecclesiasten conscripsit: tantæq; autoritatis ob eloquentiam & uersutiam apud Constantinum fuit, quemadmodum Hieronymus ait, quod ego certe miror, ut Romæ in Liberij locum Felicem Arrianum episcopum cōstitueret: quem profecto catholicum fuisse constat (ut scripsimus) & Arrianos semper damnasse. Felix autem postremo cum nulla in re orthodoxæ fidei deesset, ab aduersarijs captus, unâ cum multis secum bene sentiētibus interficitur, sepeliturq; in basilica quam ipse ædificauit uia Aurelia, secundo ab urbe Roma miliario, duodecimo calendas decembris. Sedit autem tantummodo annum unum, menses quatuor, dies duos, propter seditionem à Liberio motam, quæ, Damasum secutus, licet immerito, inter pontifices numerauit.

## DAMASVS .I.

xxxix.  
pontifex.  
Iulianus.  
imperat.

Damasus natione Hispanus, patre Antonio, Iuliani tēporibus fuit, uiri certe egregij, si domi, si foris eius ingenij respicis. Nā & Eubolo sophista & Libanio philosopho p̄ceptoribus usus, liberalibus disciplinis ita erat imbutus, tñ Græce tum Latine, ut cuius optimo principi cōparari posset. Multa erat memoria, ingentis factūdiæ, in amicos liberalis, prouincialibus iustissimus, gloria cupidus.

Verum hæc omnia ad extremum euertit, dum Christianos persequitur. Callidior tñ cæteris persecutor, non uineq; tormentis primo, sed præmijs, honoribus, blanditijs, persuasionibus maiorem fere populi partem, q̄ si atrocior fuisset, elicit. Venuit aut ne Christiani autorum gentilium studia adirent, ne uel scholæ nisi his qui deos deasq; uenerentur, paterent. Vni tñ Prohæresio uiro doctissimo cōcessum est, ut Christianos publice doceret, quam gratiam ipse indignatus contempsit. Militare cingulum dari nisi gentibus ueruit. Statuit præterea, procuraciones prouinciarum iurisq; dictionem Christianis nō debere permitti, quippe quibus lex ipsa Christiana proprio uti gladio uetat. Athanasium tñ aperte oppugnat, atq; in exilium mittit, à magis, ab auguribus instigatus, quorū artibus maxime delectabatur, quod dicerent Athanasium obstare quo minus eorum artes in precio essent. Cum Daphnius quoq; in suburbano Antiochiæ iuxta fontem Castalium litaret Apollini, & nulla ex his quæ quærebantur, responsa susciperet, causasq; silentij percontaretur à sacerdotibus, dæmones aiunt sepulchrum Babylæ martyris prope astare, & ideo responsa non reddi. Tum Iulianus Galilæis imperat, hoc em nomine Christianos appellabat, ut sepulchrum martyris inde auferant. Qui dum sepulchrum mira exultatione traheret, dicentes: Confundantur oēs qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulacris suis, ita irā Iuliani principis cōcitarūt, ut multos præter institutum suum interfici iusserit. Miror ego id à Iuliano factū, cum diaboli artes iam uanas esse cognosceret. Semel enim magum quendam in speluncam secutus, cum uoces dæmonum perhorresceret, signo crucis usus est, quo fugati sunt dæmones. Cum uero Iulianus diceret, signo crucis aliquid mirum inesse, respondit magus, dæmones etiam genus illud supplicij formidare. Hanc ob rem Iulianus pertinacior q̄ antea factus est, adeo uanitati magicæ deditus erat, licet prius Christianam religionem simulato animo amplexus fuisset, ut Cōstantij odium uitaret, legisq; publice diuinos codices, ac basilicam nomine martyrum ædificasset. Præterea uero idem imperator quo nostris stomachum faceret, Iudæis templum Hierosolymitanum restituit, cum dicerent se alibi sacrificare non posse. Qui certe tanta arrogantia elati sunt, ut maiore impensa q̄ antea restituere templum conarentur. Verum non ita multo post terræmotu templum corruēs, & multos Iudæos simul oppressit, & illud approbatum est, lapidem supra lapidem poni non debere. Sequenti autem die incendio diuinitus immisso, & ferramenta ipsa cōsumpta sunt: & eo miraculo multi Iudæi perterriti, ad fidem Christi uenere. In Persas uero proficiscens Iulianus, quos intellexerat res nouas moliri, in reditu suo malam quidem rem Christianis minatur. Cum autem superatis hostibus incomposito agmine uictor rediret, apud Ctesiphontem confossus perijt. A suis, an ab hostibus id factum sit, incertum est, quanquam sunt qui scribant sagitta ex incerto missa transfixum fuisse, eundemq; exclamasse manu ad cælum extensa, *Vicisti Galilæe, uicisti Galilæe, uicisti Galilæe*: nam *Vicisti Galilæe* Christum, Galilæum appellabat & fabri filium: unde illud adolescentis in Libani *lilec, Iulianus* sophistam, interrogantē quid ageret fabri filius: Iuliano, inquit, locellum componit: nam paulo post eius cadauer locello auectus est. Sunt etiam qui scribāt, hūc antea clericū fuisse, ac postea à fide nostra defecisse, unde hoīem apostatam uocāt. Perijt aut post annū & octo imperij sui mēses, anno uero ætatis secūdo & trigesimo. Huic deinde succedit Iouinianus, qui ab exercitu imperator electus, nō prius profiteri imperatoris nomen uoluit, q̄ oēs conclamarent se Christianos esse. Quibus collaudatis, & imperiū suscepit, & exercitum e manibus barbarorū liberauit, Nisibi ac magna Mesopotamiæ parte Saporis regi Persarū relicta. Hic aut octauo imperij sui mense crudelitate stomachi, siue tetro odore prunarū moritur. Damasus aut electus ad pontificatum obeundum, Vrsicinum diaconum competitorem habuit in basilica quæ *Sicinini* appellatur, ubi multi utrinq; cecidere in ipso tem

Iouinia-  
nus imp.

*Vrsicinus* plo, cum res non suffragijs tantum, sed uī & armis tractaretur. Vex non ita multo post, sacerdotum ac populī consensu Damafus episcopus confirmatur, & Vrsicinus ad Neapolitanam ecclesiam traducitur. Damafus autem adulterij accusatus, publico concilio causam dixit: ubi & innocens absoluitur, & Concordius atq; Calistus diaconi falsi accusatores damnati, ac reiecti ab ecclesia sunt. Cautumq; lege est, ut deinceps poenam talionis subeant, qui aliquem falso accusauerint. Pacata tandem ecclesia, Damafus ocio literario delectatus, uitas pōtificum omnīū, qui ante se fuere, conscripsit, easq; ad Hieronymum misit. Non destitit tamen & templa & cultum diuinum augere. Duas enim basilicas ædificauit: unam iuxta theatrum, alteram uia ardeatina ad catechumbas. Dedicauit & platoniam, ubi corpora Petri & Pauli aliquando iacuerant. Versibus quoq; elegantibus sanctorum corpora eo loci sepulta exornauit ad memoriā posteritatis. Præterea uero basilicā quam ipse in honorem diui Laurentij non lōge à theatro Pompeiano condiderat, maximis muneribus ornauit, patena argentea librarum uiginti, ama argētea librarum quindecim, scypho argenteo anaglypho librarum decem, calicibus argēteis quinque, coronis argenteis V. domos quoque circa basilicā positas dono dedit: fundum etiam papyrianum agri Ferētinatī: fundū Antonianum, balnea non longe à templo posita, ut psalmi quoq; alternis uicibus in ecclesia canerentur, in sineq; eorum uerba hæc ponerētur, Gloria patri & filio & spiritui sancto, instituit. Primus etiā Hieronymi scriptis autoritatē dedit, cū prius lxx. interpretū scripta tūmodo in precio eēnt. Nā & biblia Hieronymi legi cœpta ē, & psalmi eiusdē fideliter ex hebraico traducti, cū antea apud Gallos potissimū incōposite legerētur. Mādauit itē, ut in principio celebratiōis (quā Missam uocat) cōfessio diceretur, ut hodie fit. Idē uero Damafus, ubi ex sacris ordinibus quinquies habitis, presbyteros unū & xxx. diaconos xi. episcopos ij. & lx. creasset, moritur, ac sepelitur uia ardeatina cum matre & sorore in basilica à se condita, tertio idus decembris, Sedit annos xix, mēses iij, dies xi. Vacat tum sedes diem unum & uiginti.

*xl. pont.*

#### SYRICIUS .I.

*Valentini  
anus imp.* SYRICIUS natiōe Romanus, patre Tiburtio, Valentiniani tēporibus fuit. Qui à Juliano multa incommoda ob fidem Christi passus, pulsusq; militia cum scutatorum princeps esset. Mortuo autem Iouiniano, militum omnium consensu imperator electus, Valentem fratrem in partem imperij accipiens, eidem orientem assignat. Postea uero imperij sui anno tertio Gratianū filium, necdum bene puberem focus & uxoris hortatu Augustum creat. Procopium quidem apud Constantinopolim res nouas molientem, cum satellitibus suis mira celeritate opprimit. Sed Valens ab Eudoxio Arriani dogmatis episcopo baptizatus, in saeuissimam hæresim declinans, nostros persequitur, & in exilium pellit, mortuo præsertim Athanasio, quo uiuente res Christiana sex & quadraginta annis mirifice sustentata est. Instabat Lucius hæreticus hostilem in modū nostros persequens, neq; illis quidem parcens, qui in eremo erant: eos enim immisissis militibus aut trucidabat, aut in exilium mittebat. Magnæ autoritatis tunc erant Antonij discipuli, Macharij duo in Syria, quorum alter in superiore, alter in inferiore habitabat eremo. Isidorus quoque tum in precio erat, Panucius, Pambos, Moses, Benjamin, Paulus, Apheliotus, Paulus Phocensis, Ioseph qui mons Antonij dicebatur. Hos cum exilio uexaret Lucius, mulier phanatica proclamat, uiros dei in insulam Aegypti nequaquam mittendos esse. Mannia quoq; Saracenorum gentis regina, cum frequentibus prælijs Romanorum opes attriuisset, Palæstini & Arabici limitis oppida uastās, orata pacem, non aliter repromittit, nisi Mosē Christianum uirum sanctissimum, genti suæ episcopum designarent. Id agere Lucius conabatur, uerum Moses inclamat, Arguūt te o Luci per metalla damnati Christiani, in insulas relegati, & carcere in

*Eudoxi  
us arriani  
dogmatis  
episcopus.*

clusi: quare manus tuas ad me consecrandum nunquam injicies. Reuocatis itaque episcopis qui se consecrarent, datur reginæ præsul, ac pax Romanis redditur. Sauebat in Christianos Valens & Lucius, licet Themistij philosophi literæ eum ualentem aliquantulo mitiorem reddiderint. Sauebat & Athanaricus Gotthorum rex, qui plurimos barbarorum martyrio affecit. Interim uero Valentinianus Saxonum gentem in Oceani littoribus positam locis inuis, & Burgundiones uirtute ac rei militaris scientia oppressit. At uero dum Sarmatae sese per Pannonias effudissent, bellumq; in eos parat, subita sanguinis effusione apud Brigionem oppidum moritur. Tum Gothi sedibus suis pulsī, per omnes se Thracias effundunt: quibus dum Valens ire obuiam cum exercitu parat, reuocatis prius, sed sero ab exilio episcopis & monachis, quos etiam militare coegerat, prælio uictus, igni exuritur. Hæc quidem clades Romani imperij ac totius Italiae exitium fuit, Syricius autem (dum hæc agerentur) censuit monachos, quorum uita probata esset, posse sacris initiari à primis ordinibus usq; ad episcopatum. Censuit item ordines per interualla dando. Manichæos præterea qui in urbe erant, uetuit communicare cum fidelibus. Pœnitentes autem & redeuntes ad gremium orthodoxæ fidei, recipiendos esse cœsuit, si monasteriū ingrederentur, atq; ibi ieiunijs & orationibus se toto suæ uitæ tempore macerarent. Viaticum siquidem tum demum ab ecclesia recipiebant, ubi de optima eorum uita constaret. Consecrari autem presbyterum ab episcopo tantum censuit. Instituit item, ut quicumq; aut uiduam aut secundam uxorem duxisset, ab officio ecclesiastico pelleretur. Hæreticos quoq; per manus impositionem recipiendos censuit. Huius temporibus Hilarius fuit, urbis Pictauorum Aquitaniæ episcopus, qui & cōtra Arrianos duodecim libros scripsit: & alterum contra Valentem & Vrsatium: atq; non ita multo post Pictauis moritur. Victorinus autem natione Apher, Romæ tum primum rhetoricam docuit: postea uero in extrema senectute fidei nostræ se tradens, contra Arrium libros more dialectico scripsit. Multa quoque composuit ad commendationem fidei nostræ Gregorius uero Baticus liber episcopus. Photinus autem Gallogræcus, Marcelli Ancyran episcopi discipulus, Hebionis hæresim instaurare tum conatus est. Hebion enim Christū pio coitu Mariæ natum, uirū iustū putauit. Is quidē à Valentiniano imperatore pulsus, plura scripsit uolumina, ac præcipua cōtra gentes. At Didymus Alexandrinus, à teneris annis oculis captus, & ob id etiam primarum literarum ignarus, ita geometriam & dialecticam, quæ magno usu indigent, iam gradis natu cum primis elemētis didicit, ut præclara quædam opera in mathematicis scripserit, in psalmos quoque, & in euangelium Matthæi ac Iohannis, & contra Arrianos multa edidit. Optatus quoque Apher episcopus Miliuitanus, libros sex contra Donatianos composuit. Seuerus autem Aquilius Hispanus, agnationem ab illo Seuero ducens, ad quem Lactantij duo extant epistolarum libri, uolumen composuit, quod catastrophem uocauit. Syricius uero compositis ecclesiæ rebus, ac creatis sex & uiginti presbyteris, diaconis sedecim, episcopis duobus & triginta, ex sacris ordinibus quinquies habitis, moritur, ac sepelitur in cœmeterio Priscillæ uia salaria octauo calendas Martij. Sedit enim annos quindecim, mēses undecim, dies quinque & uiginti. Vacat tum sedes dies uiginti.

#### ANASTASIUS .I.

*Optatus  
episcopus  
Miliuitanus.* ANASTASIUS natione Romanus, patre Maximo, imperante Gratiano, urbis Romæ episcopus creatur. Nam Gratianus adolescens religione clarus, militia strenuus, apud Argentariam oppidum Gallia, uno prælio ad triginta millia Alemannorum fines Romanorum uastantes, cum minimo suorum incommodo interfecit. In Italiam deinde rediens, pulsa Arriana hæresi, totam prouinciam ad ueram Christi fidem redegit, At uero cum instantibus Gotthis, rem publicam in ma

*xli. pont.*



gno discrimine uideret, Theodosium ex Hispania oriundum uirum clarissimum, socium ac imperij comitem sibi delegit, qui superatis Alanis, Hunnis & Gotthis, orientale imperium restituit, icto cum Athalarico rege Gotthorum foedere: quo quidem mortuo, ac Constantinopoli egregie sepulto, omnes eius milites Theodosium uirum optimum secuti sunt. Interim uero Maximus in Britannia tyrannidem occupans, ac in Galliam traiciens, apud Lugdunum Gratianum interfecit: quare Valentinianus iunior frater metu perterritus, ad Theodosium in orientem confugit. Sunt autem qui scribant hos quidem fratres in tantam calamitatem incidisse matris Iustinae crimine, quae Arrianam haeresim fouens, Christianos persequeretur, maxime uero Ambrosium, quem etiam inuitum populus Mediolanensis tum episcopum delegerat. Mortuo enim Auxentio haereticorum episcopo, statim seditio Mediolani exorta est. Cum hac itaque reprimere Ambrosius conaretur, qui tum consularis eiusdem prouinciae fasces regebat, ecclesiamque ingressus multa de concordia partium disseruisset, ab omnibus succlamatum est, non alteri quam Ambrosio episcopatum committi debere: quod etiam factum est. Ex catechumeno enim Christianus factus, & sacris initiatus, Mediolanensis episcopus creatur. Cuius doctrina & sanctitas quanta fuerit, eius uita ac opera doctissime & elegantissime scripta ostendunt. Tunc autem Anastasius rei diuinae cauens, constituit ne sacerdotes uilo modo federent, sed curui & uenerabundi starent, cum sacrum euangelium aut caneretur aut legeretur in ecclesia dei: Neue peregrini, maxime autem transmarini, in clerum reciperentur, nisi quinque episcoporum praese ferrent chirographa. Hoc autem factum esse aiunt propter Manichaeos, qui tum in Africa magno in precio erant, & ad corrumpendam fidem de suis quoquoersum mittebant. Constituit item, ne debiles & manci, neue aliquo membro carentes, in numerum clericorum reciperentur. Basilicam quoque, quae Crescentina uocatur, in regione secunda uia mamertina dedicauit. Huius & Damasi & Syriaci tempora, illustrarunt non modo optimi imperatores, Iouinianus, Valentinianus, Gratianus, Theodosius, uerum etiam sanctissimi atque excellentes in quauis facultate doctores, tum Graeci, tum Latini. Gregorium nobis Christianis cum Basilio Cappadocia genuit, ut ait Eusebius, ambo fuere nobiles, ambo Athenis eruditi. Basilius enim Caesarea Cappadociae, quae prius Mazaca uocabatur, episcopus contra Eunomium egregios libros edidit. Scripsit & uolumen de spiritu sancto, & monachorum instituta. Duos habuit fratres, Gregorium & Petrum uiros doctissimos. Gregorij extabant Eusebij temporibus aliqua uolumina. At Gregorius Nazianzenus, qui Basilium ad monasterium perduxit, Hieronymi praeceptor, multa scripsit, maxime uero in laudem Cypriani, Athanasii, Maximi philosophi. Scripsit & contra Eunomium libros duos, contra Iulianum imperatorem librum unum. Laudauit & nuptias & uirginitatem hexametro uersu. Leuauit & Constantinopolitanos ab haeresi rationibus, & suo elegantissimo dicendi genere, in quo Polemonem uirum eloquentissimum secutus est. Is postremum dum senex admodum esset, successorem sibi diligens, rursum uiam monachi duxit. Basilius autem sub Gratiano, hic uero sub Theodosio moritur. Epiphanius quoque Cypri Salaminae episcopus, haereses omnes elegantissimis uoluminibus impugnauit. Composuit tum etiam multa sermone Syro Efram Edessenae ecclesiae diaconus, quae ex re ad tantam uenit dignitatem, ut post lectionem scripturae sacrae, publice in quibusdam ecclesiis eius scripta legerentur. Anastasius autem ubi ex sacris ordinationibus bis in urbe mense decembri habitis, presbyteros octo, diaconos quinque, episcopos decem creasset, moritur, & sepelitur in coemeterio ad uersum pileatum quinto calendas Martij. Annos uero tres, dies decem fedit. Vacat tum sedes dies unum & uiginti,

Gregorius  
Basilius.

gens animorum concitatione committitur, cum illi redire in ditionem paternam, hic retinere bello partum conarentur. Tandem uero se inclinante ad Grimoaldum fortuna fusi ac fugati Galli, Italia expelluntur. Sunt tamen qui scribant Gallos hac ratione deceptos esse. Longobardi enim simulata fuga, castra reorum omnium copia ac uini potissimum plena relinquentes, haud longe in insidijs constiterant: Galli uero castra ingredientes, rati ueram esse hostium fugam, in oem uoluptatem effunduntur, epulis & uino replentur: quare superuenientibus hostibus, cum somno etiam grauari passim ueluti pecora sine custode iacerent, ita ab hostibus caduntur, ut uix nuncius superfuerit, qui tantam cladem Clodoueo nunciaret. Hac uictoria fretus Grimoaldus, omnem prouinciam statim in potestatem suam redigit. Eugenius autem pontifex, uir mirae pietatis, religionis, mansuetudinis, comitatis, munificentiae, pontificatus sui anno secundo, mense nono moritur: ac in basilica Petri sepelitur quarto nonas iunij. Vacat tum sedes mensem unum, dies viij. & xx.

VITALIANVS .I.

lxxvij.  
pontifex.

Vitalianus patria Signinus, ex oppido Volscorum, patre Anastasio, eo tempore pontificatum inijt, quo Caesarea Perfarum regina, nesciente marito cum paucis fidelibus Constantinopolim uenit, anno sexcentesimo tertio ac lxxx. Quae quidem ab imperatore honorifice suscepta, non multo post characterem baptismi suscepit, cuius rei causa profecto uenerat. Hoc ubi intellexisset Perfarum rex, legatos statim Constantinopolim mittit, qui uxorem ab imperatore reperant. Respondet imperator, in arbitrio reginae esse standi uel discedendi, proinde eam sciscitentur. Interrogata regina respondet, nunquam redituram in patriam, nisi rex Christiani nomen susciperet, qui statim re cognita cum quadraginta millibus hominum Constantinopolim pacato agmine ueniens, perbenigne ab imperatore susceptus, una cum milibus suis baptizatus, in regnum cum uxore reuertitur. Postea uero Constantius Constantino filio in partem imperij suscepto, comparata ingenti classe, Constantinopoli soluens, Tarentum peruenit, copias etiam terrestres nauibus onerarijs secum uehens. Inde uero terrestri itinere in Samnium ueniens, obsidere Beneuentum instituerat. Verum ubi intellexit urbem ualido praesidio, multisque comitatibus Rhomaldi diligentia munitam esse, Luceriam mouens, urbem uice cepit: ac direptam solo aquauit. Inde autem Acherontiam profectus, cum urbem munitissimam capere non posset, Beneuentum oppugnare adortus, statim obsidionem soluit, quod intellexerat Grimoaldum propediem cum magnis copijs affuturum ut filio Rhomaldo opem ferret. Neapolim igitur primo, mox Romam inde Constantius petens, magna incommoda in itinere passus est. Saburro autem ciue Romano cum uiginti millibus hominum apud Phormias relicto, qui hostes reprimeret, tandem ad urbem peruenit, prodeunte obuiam pontifice cum clero & populo usque ad sextum lapidem honoris causa. Ductus per urbem plaudente multitudine ad basilicam Petri, pallium auro intertextum sancto obtulit. Interim uero Rhomaldus patris auxilio fretus, Saburrum aggreditur & superat: ac plurimos Graecos interficit. Hac desperatione motus Constantius, quinta posteaquam urbem ingressus est die, ad direptionem conuersus, omnes statuas ex aere & marmore ad ornatum urbis locis insignibus positas, omnia ecclesiarum ornamenta paulo decetiora distrahit, ac nauibus ad id subuectis imponit: plusque ipse ornamentorum septem diebus urbi detraxit, quam barbari antea ducentis & quinquaginta octo annis, ne dicant male uoli, & historiae ignari, Gregorij pontificis iussu comminutas esse maiores statuas & monumenta. Duodecimo autem die Roma in mala rem abiens Graeculus nequam & perfidus, Neapolim contendit: inde quoque in Siciliam proficiscitur, ubique tributata adeo acerbè colligens, ut filij obarati a parentum complexibus diuellerentur. Commoratus aliquandiu in Sicilia homo auarissimus, dum Syraculis in bal-

Cātus or-  
dinatur  
ab Vitali-  
ano.

neo libidini uacat, à suis occiditur: in eiusq; locū Mezentius, cuius fraude necatum putant Constantium, imperator à militibus creatur. Magna fuit in hoc homine uarietas. Nam primo quidem ubi intellexit Vitalianum pontificatum inisse, nunci os misit, qui ei suo nomine gratularentur: quib; euangelia aureis literis scripta, ac multis gemmis ornata, beato Petro condonarent. Deinde uero mutata sententia, nec dijs nec hominibus pepercit, diuina humanaq; omnia confundens. At Vitalianus cultui diuino intentus, & regulam ecclesiasticam composuit, & cantum ordinauit, adhibitis ad consonantiā (ut quidam uolunt) organis. Theodorum quoq; archiepiscopum, & Hadrianum abbatem uiros doctissimos atq; optimos in Britanniam mittit (quam Angliam uocant) cum magna potestate ligandi & soluendi, quo Britannos in fide, prædicationibus & exemplo continerent. Fecere mandata, ac quidem diligenter uiri optimi. Librum præterea Theodorus scripsit, quo declarauit, qua pœnitentia dilui unumquodq; peccatū possit. Sunt tamen qui hoc opus Theodoro pontifici ascribant. Vitalianus autem bene & ex sententia quantum in eo fuit, gubernata ecclesia, anno xiiij. pontificatus sui, mense vi. moritur: ac sepelitur in basilica Petri vi. calendas Februarij. Episcopatus autem tum uacat mensibus iij. diebus quindecim.

lxxix.  
pontifex.

ADEODATVS .I.

**A**deodatus patria Romanus, patre Iouiniano, ex monacho pontifex creatur, a eo tempore potissimum quo Lupus Foroiulianorum dux, regnum Italiae occupare conatus est. Grimoaldus enim (ut diximus) à filio Romoaldo duce Beneuentano contra Constantium imperatorem in auxilium accitus, Lupo (ut aiunt) regnum & oves commendauit. In Hetruria enim, Aemilia & transpadana Italia omnia tum multo Lupus inuoluit. Hanc ob rem Grimoaldus Bauaros duce Cacanno in Lupum pecunijs & pollicitationibus mouet: qui primo congressu à Lupo superati sunt. Verum sequenti die prælium repetentes, Lupum superant & obtruncant, ac totum Foroiulij diripiunt. Grimoaldus autem abeunte ex Italia Constantio in Cisalpinam rediens, Forum popili sabbato sancto aggressus, caesis omnibus diripiuit, ac solo aquauit, propter iniuriā quae eo loci à Rauennatibus acceperat, cum in auxilium filij proficisceretur. Dū uero Arnefitis Lupi filius, adiuuantibus Dalmatis, ducatum paternum repetit, ad Natisonem fluium à Longobardis superatus, duce Vectari Vicentinorum comite caditur. Opitergini quoq; hanc calamitatem sensere. Domo enim & patria pulsi sunt: quia Arnefitis studiosi erant, in Sicilia uero tum quoq; laboratum est: eo enim ex omnibus prouincijs Romanis profecti milites sunt, ad opprimendum Mezentium, cuius dolo Constantius interfectus fuerat. Quo sublato, cum omnes passim dilaberentur, superuenientibus cum magna classe Saracenis, & Syracusæ & tota insula occupatur. Vnde postea onusti præda Alexandriam redeuntes, urbis quoq; Romæ ea ornamenta secum detulerunt, quæ Constantius Syracusas aduexerat eo animo, ut inde Constantinopolim traicerentur. Indicabat profecto tot clades, tot mala, & stella crinita, quam Graeci cometen appellant: quæ tribus continujs mensibus apparuit: & pluuia magna, ac frequentia tonitrua, qualia nunquam antea fuere. Sed cæcum est humani generis: etsi enim futura præuidet, non tamen ut deceret, sibi cauet. Ferunt autem his frequentibus pluuijs, omnes segetes conculcatas iterum renatas esse: & ad maturam frugem peruenisse, in Cisalpina potissimum. Interea uero Adeodatus uir religione & omni comitate præditus, in delinquentes clemens, in pauperes beneficus, in hospites benignus, erga calamitosos misericors, ecclesiam beati Petri uia portuensi iuxta portum Merulium instaurauit ac dedicauit. Auxit & monasterium sancti Erasmi in Caelio monte ædificijs & fundis, ubi ipse monasticam uitam duxerat. Supplicationes quoq; frequentes habuit ad abolenda prodigia, quæ diximus tum apparuisse.

Cometis  
apparitio

Demum uero pactis pontificatus sui annis iij. mensibus ij. diebus v. uir sanctissimus moritur: & ab omnibus fletus ad basilicam Petri sepelitur, sexto calendas Iulij. Vacat tum sedes mensibus quatuor, diebus uiginti.

DONVS .I.

lxxx. pontifex.

**D**onus patria Romanus, patre Mauritio, eo tempore pontificatum inijt, quo Grimoaldus Longobardorum rex moritur ix. die post phlebotomiā in brachio factam, dum arcu in columbam sagittam acriter intendit, quod fieri non sine magna neruorum & uenarum contentione solet, unde sanguis sine ulla intermissione prodijt. Fuere in hoc rege multæ præclaræ corporis & animi dotes. Tantum enim prudentia & consilio ualuit, non solum in rebus externis, uerum etiam in domesticis, ut quædam capitula ac quidē utilia, Rhotaris regis edicto addiderit, quæ postea legis formam acceperunt. Fuit præterea mediocris staturæ, corpore ualidus, capite caluo, promissa barba, nec a se minus in rebus agendis quam corpore promptus. Sepultus est autem Papiæ in basilica beati Ambrosii, quam ipse sua impensa ædificauerat. Pertaris autem Arithperti regis filius, quem pulsum à Grimoaldo diximus, dum exul ex Gallia in Britanniam traiceret, incerta uoce admonetur, ut mortuo Grimoaldo regnum paternum repetat: qua quidem uoce permotus, licet incertus haberetur autor, in Italiam rediens tertio mense post Grimoaldi mortem, regno paterno sine contentione potitus est. Eodem ferme tempore Dagobertus Francorum rex, uir callidi & astuti ingenij, nec consilio minus quam manu promptus moritur, cuius animam e manibus daemonum lipaream in sulam prope attingentium, liberatam ferunt Dionysii ac Mauritij martyris, ac etiā Martini confessoris auxilio, quos semper dum uixit, ut patronos coluit, & templis honoratioris reddidit. Donus autem pontifex honori & cultui diuino consulens, uestibulum beati Petri (quod paradysum uocant) quadriporticum marmoreis strauit, sublati (ut arbitror) ex illa pyramide, quæ in uaticano est e regione molis Hadrianæ. Instaurauit præterea & restitutas dedicauit ecclesiam apostolorum uia hostiensis: & ecclesiam beatæ Euphemie uia appia sitam. Clerum quoq; diuersis ordinibus distinxit, & honoribus auxit. Monachos uero quosdam Syros cum Nestorianis sentientes, in monasterio Boethiano deprehensos & castigatos, in uaria monasteria diuisit: Boethianumq; Romanis in colendum tradidit. Præterea autem tantum doctrina & sanctitate uitæ, ut Rauennatum ecclesiam à Romana iam pridem segregatam, & ob eam rem Allocephalam appellatam, sedi apostolicæ obtemperantem reddiderit, Theodoro eiusdem ecclesie præside in hanc opinionem descendente. Sunt etiam qui scribant huius temporibus & Proiectum episcopum in agro cameracensi ob fidem Christi martyris pœnā & gloriam subijisse: & Mezelindim fœminā in comparabilis pudicitie tum habitam, quæ ab Ardenio amatore petita, & uarijs cruciatibus affecta, etiam pro persecutore ob crimē dei nutu obcæcato, ita orauit, ut eius precibus homini scelesto & intemperanti lux tandem sit reddita. At Donus pontificatus sui anno v. mense v. die x. moritur, ac sepelitur ad basilicam Petri apostolici iij. idus Aprilis, cuius in morte episcopatus uacat mensibus ij. diebus sedecim.

AGATHO .I.

lxxxi. pō.

**A**gatho natione Siculus, patre Romano, anno domini dccij. ex monacho pontifex creatur, uir certe tantæ sanctitatis, ut leprosum obuium factum osculo suo statim liberauerit. Tantæ præterea mansuetudinis & humanitatis fuit, ut neminem a se unquam tristem dimiserit. Nactus itaq; imperatorem moribus suis haudquaquam dissimilem, Monothelitarum causa concilium habere constituit. Expectauit itaq; donec Constantinus a bello in patriam rediret, qui Saracenos a se uictos, imperio Romano uectigales reddidit. At uero cū Bulgari ex Scythia uenientes, Thraciam tum inuasissent, eorumq; impetum retardare imperator conaretur, dit.

Cōstātin<sup>o</sup>  
Saracenis  
deuictis  
Romā re-

ab hostibus Pannoniam inter & Mœsiam in gēri clade superatur. Hanc ob rem pacem non æquis conditionibus inire necesse fuit. Pannonia siquidem & Mœsia his ad incolendum concessa est, non sine magno reipublicæ Christianæ emolumento & cōmodo. Hi em̄ tanquam propugnatores nostri, bellū iam septingētis & septuaginta annis contra Turcos Christiani nominis hostes, assidue gerunt. Pace itaq; hac ratione parta, Agatho pontifex statim legatos Constantinopolim mittit, Iohannem Portuensem episcopum, & Iohannem Romanæ ecclesiæ diaconum. Hos perbenigne susceptos, mira charitate Cōstantinus adhortatus est, ut omissis cauillationibus & sophisticis altercationibus, ex æquo & bono omni controuersia sublata, duas ecclesias unam tandem facerent. Aderant in ea synodo ducenti & octogintanouem episcopi. Delati in mediū sunt imperatoris iussu e bibliotheca Constantinopolitana libri, unde antiquorum patrum sententiæ & decreta perlegerentur. Inuertebant ueras maiorum sententiās Gregorius patriarcha Constantinopolitanus & Macarius Antiochenus, unam tantum uoluntatem & operationem in Christo esse diiudicantes. Verum cum orthodoxi rationibus & autoritatibus instarent, ac Gregorium in ueram sententiam deduxissent, Macarium pertinacē anathematizant, eiusq; sectatores: & Theophanium abbatem uera sententiē, in locum Macarij Antiochenum episcopum creant. Hac autem re ex sententiā feliciter gesta, ut deo gratiæ agerentur, q̄ utraq; ecclesiam unam fecisset sententiā & animis, Iohannes episcopus Portuensis octaua Paschæ coram principi ac patriarcha, coramq; populo Constantinopolitano in basilica sanctæ Sophiæ missam latine celebrat, approbantibus omnibus, qui tum aderant, uerum esse ac sanctum illum sacrificandi morem: & qui aliter sentiunt, à recto & honesto discedere. Hæc est autem sexta uniuersalis synodus ducentorum & octogintanouem episcoporum Cōstantinopoli habita, qua Cyrilli, Athanasii, Basilij, Gregorij, Dionysii, Hilarij, Ambrosii, Augustini, Hieronymi, sententiā conclusum est, duas naturas & operationes in Christo esse, explosaq; illorum pertinaciā, qui unicam esse in domino uoluntatem dicerent, unde Monothelitæ uocati sunt. Prima enim synodus trecentorū & xvij. patrum (ut antea diximus) Nicææ habita est, pontifice Iulio, ac Constantino principe contra Arrium, qui diuersas in trinitate substantias ponebat. Secunda Constantinopoli centum & quinquaginta patrum, Gratiani principis & Damasi papæ temporibus contra Macedonium & Eudoxum, negantes deum esse spiritum sanctum. Tertia in Epheso ducentorum patrum, magno Theodorico principe & pontifice Cælestino contra Nestorium Constantinopolitanum episcopum, qui uirginem non dei, sed hominis tantum genitricem appellauit: quiq; aliam personā carnis, aliam faceret diuinitatis: & seiunctim alterum esse filium dei, alterum hominis prædicaret. Quarta Chalcedonæ, quæ urbs e regione Byzantiæ est, sexcentorū & triginta patrum, Leone pontifice & Martiano principe, cōtra Euthycem Constantinopolitanum abbatem: qui asserere non dubitabat Christum post humanam assumptionem, non ex duabus naturis consistere, sed sola diuina contentum esse. Quinta Constantinopoli contra Theodorum & hæreticos omnes, qui Mariā uirginem solum hominem peperisse dicebant, non deum & hominem: qua in synodo constitutum est, ut beata uirgo theotocos diceretur, quia uerum deū & hominem pepererat. De sexta synodo satis superius diximus, in qua etiam plurimum ualere literæ Damiani episcopi Ticinensis, Mansueti archiepiscopi Mediolanensis nomine missæ, quibus hæc potissimum inerant: Hæc est uera dei & hominis fides, ut duæ credantur in deo uolūtates, duæ operationes. Ego (inquit) quantum ad diuinitatem, & pater unum sumus: quantum uero ad humanitatē pertinet, pater maior me est. Præterea uero secundum humanitatem eum in nauī domientē cernis, diuinitatem inspicias, uentis & mari imperat, Agatho uero, cuius tempore post lu-

\*Georgi<sup>o</sup>

Sexta synodus.

Prima synodus Nicææ.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

næ ac solis eclipsim peste ac grauissima quidem laboratum est, pontificatus sui anno secundo, mense sexto, die quintodecimo moritur, ac sepelitur ad sanctum Petrum quarto idus Ianuarij, cuius morte annum unum, menses v. sedes tum uacat.

LEO .II.

Leo secundus, natione Siculus, patre Paulo, uir doctissimus fuit latine ac graecis. <sup>lxxxij. pō</sup> <sup>tifex.</sup> <sup>usum ar</sup> <sup>chiepisco</sup> <sup>pi tēpore</sup> <sup>Leonis nō</sup> <sup>mebant.</sup> <sup>Giulph.</sup> <sup>lxxxij.</sup> <sup>Pontifex.</sup> <sup>Constanti</sup> <sup>ni sanctio</sup> <sup>de ponti</sup> <sup>fice.</sup> <sup>h ij</sup> Leo, ut eius scripta indicant. Præterea uero adeo musices peritus est habitus, ut psalmodiam composuerit, hymnosq; ad meliorem concentum redegerit, artem exercitatione confirmans. Idem quoq; instituit, ut in celebratione pax populo daretur. Sextam uero synodū (de qua in Agathone diximus) ita suscepit, ut eisdem anathematizauerit, quos sancta synodus præsentē Constantino damnauerat. Constat etiam superbiam præsulū Rauennatum, quod Agatho inchoauerat. Instituit enim, ne electio cleri Rauēnatis ualeret, nisi eadem Romanæ sedis autoritate confirmata fuisset. Antea uero hexarchorum potentia freti, diuina atque humana omnia pro arbitrio animi miscebant, nemini obtemperantes, quasi Romanis pontificibus pares. Leonis quoq; institutum est, ac quidem sanctum, quod utinam hodie obseruaretur, ne ad archiepiscopatū assumptus, pro usu pallij aliorum ue officiorum quicquam ecclesiæ perfolueret, cum ex hac largitione multa quotidie mala orirentur. Agebantur hæc a Leone, cum Rhomaldus dux Beneuentanus comparato magno exercitu, Tarentū, Brundisium, ac totam Apuliam occupat, eiusq; uxor Theodata mulier pietissima, ex his manubijs non longe a Beneuento basilicam in honorem beati Petri ædificat, addito sacrarum uirginum cœnobio. Moritur deinde Rhomaldus, cui Grimoaldus filius sine stirpe uirili succedens, Gisulpho fratri ducatum reliquit. At Leo in quo præter doctrinam & eloquentiam singularis religio, mira pietas & clementia fuit, quiq; omnes uerbis & exemplo ad iustitiam & fortitudinem, humanitatem, benignitatem adhortabatur, pontificatus sui mense decimo moritur, sepeliturq; collachrymantibus omnibus tanquam publico parente orbatis, ad basilicam Petri quarto calendas Iulij. Post eius mortē mensibus undecim, diebus uno & uiginti episcopatus uacat. Breuis fuit huius sanctissimi uiri pontificatus, sed gloria tanta, ut diutius uixisse appareat, cum eius nomen omnium laudibus merito celebretur.

BENEDICTVS .II.

Benedictus iunior, patria Romanus, patre Iohāne, ab ineunte ætate Christo militans, diuina scripturæ ita operam dedit, ut doctrina & exercitatione in rebus diuinis singularis tum haberetur. Adde eius humanitatem, pietatem, gratiam in omnes, maxime uero erga pauperes, quibus uirtutibus hominum corda ita sibi deuinxit, ut tum unus haberetur, qui omnium suffragijs in locum demortui Leonis merito subrogaretur. Ad hunc autem Constantinus imperator hominis sanctitate permotus, sanctionem misit, ut deinceps quem clerus, populus, exercitusq; Romanus in pontificem delegisset, eundem statim uerum Christi uicarium esse omnes crederent: nulla aut Constantinopolitani principis, aut Italiæ hexarchi expectata autoritate, ut antea fieri consueuerat. Id enim ratum erat in creando pontifice, quod princeps confirmasset, uel qui eius uices in Italia gerēbat. Pertharis uero Logobardorum rex, religionem Benedicti & pietatem imitatus, monasterium Papiæ in honorem sanctæ Agathæ ædificat. Eius aut uxor Rhodelinda uiri exemplo permota, extra mœnia Ticinensium basilicā beatæ uirginis extruit, quæ ad Perticacas dicitur. Hoc autem fecere æmulatione moti, q̄ intellexerant Benedictum pontificem Romæ beati Petri apostoli, Laurentij martyris in Lucina, beati Valentini ani uia flaminea, uirginis genitricis ad martyres templā magnis sumptibus restituisse: eademq; ophitico & porphyretico lapide, incrustatione parietum, opere testorio & uermiculato, argenteis atq; aureis uasis, uestibus inauratis & holosericis



exornasse. Erat & Perthari in animo maiora templa extruere, sed eū retraxit Alachis Longobardus Tridentinus dux, qui elatus uictoria, q̄ Bauaros ingenti clade superasset, in regem suum arma mouet. Verum Pertharis comparato exercitu hominem primo impetu fundit ac fugat, clausum Tridenti aliquandiu obsidet: quo quidem noctu fuga inde abeunte, Tridento potitur. Tanta præterea Pertharis regis clementia fuit, ut & hominem ad se redeuntem in gratiam reciperet, & eū Brianorum ducem creauerit. Sunt qui scribāt Benedic̄ti temporibus, stellam iuxta uergilias per aliquot dies & noctes apparuisse sereno celo inter natalem domini & Epiphaniam. Stellam ipsam apparuisse non negauerim, & quidem crinitam, atq; aliquid portendentem. Sed de ortu uergiliarum non coharet, nisi id quoq; prodigiose factum arbitremur. Aequinoctio enim uerno oriuntur uergiliae, cum sol arcticis signum ingreditur: quod fieri consuevit nono calēdas Aprilis, occiderēq; incipiunt aequinoctio autumnali. Quod autem ex Vesuuio monte Campaniae tātus ignis tum eruperit, ut loca circumquaq; posita exusta sint, minus mirum uidetur, cum Plinius ille, qui naturalem historiam scripsit, ex classe cui tum iussu Traiani præerat, ad uisendum spectaculum profectus, consumptus incendio dicatur. Ut cunq; sit, constat tamen non ita multo post, cædes, rapinas, incendia, mortes principum subsequatas esse, maxime uero Benedic̄ti pontificis: qui ut æque omnibus in uita charus fuit, ita post mortem ab omnibus ut sanctus, & bene de humano genere meritis celebratur. Moritur autem pontificatus sui mense decimo, die duodecimo, sepeliturq; apud beatum Petrum Idibus Maij. Eius autem in morte sedes uacat mensibus duobus, diebus quindecim.

## IOHANNES .V.

lxxxiiij.  
pontifex.Iustinianus  
secundus  
filius  
Constantini  
imperat.

Iohannes quintus, natione Syrus, patria Antiochenus, patre Cyrifaco, pontifex creatur eo ferme tempore, quo imperator Constantinus decimosextimo imperij sui anno moritur, filio Iustiniano secundo in imperio relicto: qua quidem tempestate Saraceni Libyam & Africam inuasere, omniaq; mari exposita haud magno negotio occuparunt. Verum Iustinianus confirmato aliqua ex parte imperio, comparatoq; satis magno exercitu in Saracenos mouens, eorum duci Abimelech (quem Admiratum uocant) tantum terroris incussit, ut ultro pacem petierit, atq; Africam restituerit. Sunt qui scribant pacem in decennium his concessam, hac conditione tamen, ut mille nummos aureos, seruum unum ex gente sua equo insidentem Romano imperatori singulis diebus penderent. Iohannes itaq; uir singularis religionis & mansuetudinis, uno omnium consensu pontifex creatus in ecclesia Saluatoris, quæ Constantiniana appellatur ad Lateranum, ea ratione, qua Leo secundus consecratur a tribus episcopis, Hostiensis, Portuensis & Veliterno: quæ quidem morem posterij deinceps tenuere. Huius pontificatus celebrē etiam fecere & Felix Flauiani patruus, uir tantæ integritatis & doctrinæ, ut Cōdiperthus Arithaperti filius Longobardorum rex, ei baculum argento & auro insignitum, uirtutis gratia dono dederit: & Iohānes Bergomatum episcopus, cui ob sanctitatem & doctrinam reges etiam & principes honoris gratia assurgere consueuerant. Iohannes autem & antea & in pontificatu ualetudinarius, cum libellum de pallij dignitate composuisset, pontificatus sui anno primo moritur, sepeliturq; ad sanctū Petrum iij. nonas Augusti. Eius in morte sedes uacat mensibus ij. diebus xix.

## CONON .I.

lxxxv. pō  
tifex.

Conon Thracia oriundus, in Sicilia educatus, inde Romanæ ecclesiæ militas, exercitus uero Theodorum presbyterum in Iohānis demortui locum sufficere conarentur, tandem post longam altercationem in hac sententiam uenere omnes ut quid diuino impulsu, ut Cononem eligerent, uirum certe tanto principatu dignum.

fratimi dotes, si corporis inspicimus. Erat enim moribus, litera tura, pietate, religione, dignitatis specie insignis, quem nonnulli angelicum ob uenerandam canicem & dignitatem formæ appellarunt: animi simplicis & integri, modestiæ & iustitiæ singularis, constantiæ & prudentiæ plusquam humanæ semper est habitus. Hanc ob rem e uestigio omnes, ad quos pertinebat, eum confirmarunt cum maxima acclamatione laudum suarum. Idem fecit Theodorus hexarchus Rauennas, cui quidem in magistratu mortuo, nō ita multo post Iohannes Platina in hexarchatu successit: hunc ego crediderim dedisse nomen meo natali solo, quod Platina appellatur, in agro Cremonensi positum. Nam cum inter hexarchos & Longobardorum reges frequentia bella committerentur, haud dissonū uero fit, cum ille locus prope medius inter Rauennam & Papiam sit, quarum altera Longobardorum, altera hexarchi sedes haberetur, ibidem aliquando uel pugnatum esse, uel castra habitas: quibus ex rebus locis ipsi plerunq; nomina indita legimus: ut in eodem agro Vitellianam, oppidum a Vitellianis castris, & uicum Bebrignanum non longe a Bebriaci Othonis clade insignem uidemus. Ad Cononem redeo, qui post initū pontificatus statim in ualetudinē incidit: unde Paschalis archipresbyter, ac thesaurarius pontificij dispensator regnandi cupidus, Iohannem hexarchum pecunia sollicitat, ut eius suffragijs post mortem Cononis pontificatus sibi decernatur. Accepit pecuniam hexarchus: quanquam nihil eorum quæ promiserat, deinceps præstiterit. Non erat certe alio præmio quam frustratione dignus homo avarus, & imperandi cupidus, qui thesaurum ecclesiæ, quem mādato Cononis, tum in elemosynas pauperum, tum in restitutionem templorum erogare debuerat, in largitionem effuderit: quo nihil potest esse in uiro præsertim ecclesiastico, detestabilius. Hoc nō fecisset Gubertus episcopus Britanus, uir ea tempestate doctrina & integritate uitæ insignis: nō Leodegarius martyr episcopus Augustodunensis, qui Theodorici Francorum regis iussu interfectus est, quod eū per sepe tyrannidis arguerit. Non Audocnus Rhotomagensis archiepiscopus, doctrina & sanctitate nulli secundus. Hi enim non in ambitione & avaritia, sed in deo & doctrina spem omnem suam collocarunt: unde postea condignam, cum apud deum, tum apud homines accepere mercedē felicitatis æternæ ac gloriæ. Moritur autem Conon pontificatus sui mense undecimo, die tertio, sepeliturq; ad sanctū Petrum undecimo calēdas octobris, Vacat tum sedes mensibus duobus, diebus tribus & uiginti.

## SERGIVS .I.

lxxxvi.  
pont.

Sergius natione Syrus, patria Antiochenus, patre Tiberio, Adeodati pontificis tempore Romam ueniēs, in clerum Romanum asciscitur. Deinde uero ob eius doctrinam & diligentiam circa mysteria ac rem diuinam, per ordines cōscendēs, sanctæ Susannæ ad duas domos presbyter cū titulo eius loci creatur. Frequentare tum magis atq; magis cœmeteria cœpit, eisdemq; in locis solennia celebrare, quæ ex re tantum sibi nominis comparauit, ut defuncto Conone, in eius locū successus sit, non sine altercatione tamen. Populus enim Romanus bifariam diuisus, hinc Theodorum, hinc Paschalem archidiaconum petebat. Irruperat iam Theodorus cum factione sua interiorem partem episcopatus lateranensis: exteriora uero Paschalis occupauerat ab oratorio sancti Syluestri usq; ad basilicā domus Iulianæ, quæ campo imminet. Verum cum ibi tanta altercatio & rixa esset, ut de pugna non ambigeretur, cum alter alteri cessurus nō uideretur, nisi uī & armis pulsus, principes ciuitatis cleri militiæq; Romanæ unum in locum secedentes, quid maxime fieri oporteret ad tollendam seditionē, consultant. Tandem uero re ipsa discussa, cum neutri eorum qui ob ambitionem tantos motus concitauerat, demandandum pontificatum censerent, dei nutu nemine aduersante, Sergium pontificem deligunt: eundemq; e mediā turba humeris tollentes, primo in oraculum Cæsarij martyris, mox in lateranensem episcopatum derulerunt, refractis uī foribus, repulsisq; his

qui locum occupauerant. At uero Theodorus cognito omnium consensu, Sergium pontificem salutatur & osculatur. Idem fecit Paschalis alter competitor, licet inuitus, cogente multitudine quae armis circumstrepbat. Hic tamen clanculum Iohannem Platina hexarchum Rauennatem literis, nuncijs & pollicitationibus adeo conuincit, ut quae antea pollicitus erat, largitione corruptus tandem praestaret, ut idem Iohannes Romam confestim ueniret, nullis praemissis nuncijs, quo negligentes & incautos opprimeret. Verum ubi intellexit Sergium omnium consensu pontificem declaratum, instaretque, ut quae Paschalis pollicitus erat sibi praestaretur, aduersante Sergio quod tantam largitionem improbaret, donaria quaedam ex basilica Petri sustulit. Verum Paschalis tanti mali causa, magices accusatus & conuictus, ut fortilegus archidiaconatu priuatur; in monasteriumque poenitentiae causa retruditur: ubi quinquenio post eadem semper pertinacia usus, moritur. Interea uero Iustinianus cum in deum tum in homines mira inconstantia usus, & Saracenos & Bulgarios praeter foedera pacis inuicem adoritur, a quibus certe plus incommodi accepit quam intulit: & Constantinopolim rediens, a ciuibus omnibus odio habitus; quod saeuitiam praefecti urbis non compescuisset, synodum habuit, in qua nonnulla approbata sunt, orthodoxae fidei nequaquam congruentia. Eadem quoque Sergii apostasiam, qui tum Constantinopoli erat, subscriptione sua stolide nimium confirmauit. Verum cum postea Romam delata a Sergio exploderentur, qui non unam, sed duas in Christo naturas tenebat, ac uirginem <sup>uirtutem</sup> fuisse, ira percitus Iustinianus, Zachariam protospatharium (quem nos principem militiae dicere possumus) Romam misit, qui Sergium ad se uinctum traheret: quod ubi sensere milites hexarchatus Italici, raptis prope armis, non solum pontificem a tanta iniuria tutati sunt, uerum etiam paucos affuit quin Zachariam occiderent: quem pontifex ad se confugientem, in cubiculo suo aliquandiu conseruatum, clanculum ad imperatorem remisit. Agebantur haec Romae cum Leontius annuente Gallinico patriarcha, plebe Constantinopolitana ad arma excita, refractis omnibus custodijs urbis, unde multi nexi prodire, Iustinianum imperio deiecit, ac truncis naribus exulatum in Chersonesum Ponti mittit. Haec ut intellexisset Abimelech Saracenorum Admiratus, Africam statim inuadit seditionibus Constantinopolitanorum fretus, eo prope & Leontius copias suas mittit, quae barbarorum impetum retardarent. Verum non ita multo post seditione inter eos orta, Tiberium quendam <sup>cluem</sup> Constantinopolitanum imperatorem creant, qui confestim Constantinopolim cum exercitu adnauigans, Leontium capit, & eodem affectum supplicio, quo Iustinianum diximus, in carcerem coniecit, maiori ludibrio hominem reseruans. Philippum praeterea Nicophori patricij filium, qui ei in adipiscendo imperio fauerat, in exilium mittit, quod aequalibus suis narrauerat se per quietem uidisse aquilam caput suum alis obtegere, ueritus ne imperium adolescenti portenderetur. Dum haec Constantinopoli agebantur, Pipinus Austriae gubernator & dux, occupandi regnum Franciae fundamenta iecit. Cum enim intellexisset Bertarium quendam ignobilem, cuius opera Theodoricus Franciae rex plurimum utebatur, omnibus odio esse, coactis in unum ingentibus copijs in Galliam traiecit, ac Theodoricum cum Bertario obuium factum, colatis signis fundit fugatque. Salutem sibi Bertarius fuga quaesuit. In regnum uero Theodoricus sese recipiens, Pipinum uictorem pace sequestra regni gubernatorem & maiorem domus (ut Galli aiunt) efficit. Is autem in Austriam rediens, quod a Germanis & Sueuis uexari suos intellexerat, superatis hostibus, in Franciam denuo redijt, quod mortuo Theodorico regnum ad Childepertum fratrem eius peruenisse cognouerat, eo perueniens, & a rege perbenigne susceptus, cum filium Grimoaldum domus regiae gubernatorem instituisset, in Sueuos & Germanos iterum rebellantes infesto animo redijt. At uero Sergius pontifex relegato Iustiniano pace ac quiete usus, basilicam Petri ablati ruderibus renouatisque tignis, stillicij

ac parietibus, in antiqua formam restituit. Frontispicium basilicae opere uermiculato exornauit, candelabra atque alia templi ornamenta ex auro & argento conficit in eadem basilica, & partem dominicae crucis inuenit in capsula aenea, & beati Leonis corpus uilius usque ad tempora sua iacens, quam eius merita requirebant, honestiore ac celebratiore loco reposuit. Statuas apostolorum uetustate exoletas renouauit. Multarum praeterea ecclesiarum, quas commemorare longum esset, ornamenta collapsa, uel restituit, uel noua de integro fecit. Constituit praeterea ut in fractione dominici corporis caneretur, Agnus dei qui tollis peccata mundi, miserere nobis: ut letaniae quoque a sancto Hadriano quotannis dicerentur per urbem die annuntiationis sanctae genitricis ac Simonis, instituit: Rauennatibus autem Damianum, Bersuardum uero Britannis archiepiscopos dedit. Ecclesiam Aquileiensem quintam synodum non omnino approbantem ad sanitatem doctrinae & autoritate sua tandem perduxit. Sicut Lambertus <sup>Lambertus</sup> qui scribat Lambertum uirum sanctissimum, apud Leodium ea tempestate martyrium <sup>episcopi</sup> subijisse, quod Pipinum reprehenderit, qui uxori pellicem Alpiadem superinduxerit, <sup>plus</sup>. Hoc autem facinus ipsius Alpiadis fratrem commisisse, quod postea morbo pediculari consumptus est. Sunt etiam qui scribat, Sergij uirtute & sanctitate Saxones tum primum fidei nostrae characterem sumpsisse. His tot rebus uir sanctissimus insignis, pontificatus sui anno xiiij. mense octauo, die iij. & xx. moritur, in basilica Petri collachrymantibus oculis praedolore ob amissum pontificem, communem omnium parentem magno furente sepelitur vi. idus Septembris. Vacat tum sedes mensem unum, diebus uiginti. <sup>xxxvij.</sup>

## IOHANNES VI.

Iohannes sextus, natione Graecus, eo tempore pontificatus inijt, quo Theophylactus hexarchus Italiae petens, primo in Sicilia uenit. Quod ubi sensere milites Itali, ueriti ne quid mali eius aduentus portenderet, quod superioribus temporibus fere magis cum pontificibus quam cum imperatoribus sensissent, ingressurum urbem Romam interficere constituerat. Verum Theophylactus autoritate Iohannis pontificis desensus, qui sequestrum se inter ducem & milites fecerat, compositis rebus omnibus Rauennam proficiscitur. Interea uero Gisulphus Beneuentanus dux militum & hexarchi discordia fretus, Campaniam inuadit, Soram & Arpinum occupat: uillas incendit, rusticos & pecora abigit: quibus malis permotus pontifex, legatos ad Gisulphum mittit, qui ei mandent ut omissis Campaniae & Hernicorum oppidis, in Samnium reuertatur: quod si secus fecerit, breui sensu omnipotentis dei in se iram. His monitis perterritus Gisulphus, oppida quae ceperat restituens, Beneuentum reuertitur. Captiuos autem omnes quoad per ararium ecclesiae sibi licuit, Iohannes redemit ex toto Samnio conquisitos. At Iustinianus (quem diximus) a Tiberio in Chersonesum potius relegatum, inde fugiens ad <sup>Cacannum</sup> Bauarum peruenit, a quo primo ita perbenigne susceptus est, ut ei filiam in uxorem spoponderit: uerum postea pecunia & muneribus a Tiberio corruptus, hospitem & genitricem ei prode instituerat. Hoc ubi Iustinianus intellexisset, ad Trebellium Bulgarorum regem confugit, a quo etiam non ita multo post uir & armis in imperium restituitur. At uero dum haec in Europa <sup>Saraceni</sup> <sup>occupata</sup> <sup>Libya</sup> <sup>et</sup> <sup>Aphrica</sup> <sup>occupat.</sup> agerentur, Saraceni occupata Libya & Africa, ex Septa soluentes transmissi ad Atlantico freto, omnes Hispanias praeter Astures & Catabros occupant. Hi enim sic uti ultimi fuerunt in Hispania, quos Romanum subigeret imperium, ultimi quoque quod ab eo deficeret, soli postremo, qui Velogothorum a se discerneret iugum, ita nunc demum accepta Christi fide & religione armis se a perfida Saracenorum gente constantissime tutati sunt. Africa igitur quae a Bellisario primi Iustiniani duce recuperata, centum & septuaginta annis Romano paruit imperio, a Saracenis una cum Baetica Hispaniae (quam nunc Granata uocant) occupata, eorum moribus & legibus iam septingentis et quadraginta annis obtemperat, cum maxima Christiani nominis ignominia: et si Hispani quod iactare ingenium & fortitudinem solent, nequeant tantam labem ab Europa propellere. Sicut quod scribat, Beda qui eisdem temporibus fuit, hanc calamitatem literis ad principes

*Beda uenerabilis.* pes Christiani nominis, scriptis lamentatum fuisse, quo bellum in hostes dei atque hominum suscipere. Beda enim praeter Graecae atque Latinae linguae doctrinam, quam non mediocriter tenebat, ob religionem etiam atque modestiam, Venerabilis cognomentum adeptus est. Scripsit enim multa in Actus apostolorum, in Lucam. *Strabo et Haymo* Edidit & librum de temporibus, & homilias plerasque, quibus multum Gallici sacerdotes utuntur. *Beda fratres.* Strabo quoque & Haymo uiri doctissimi, Bedae fratres sunt habiti: quorum alter plerasque homilias eleganti sermone composuit, alter uero generis sim commentatus est. At Iohannes pontifex restituta basilica sancti Andreae in uaticano, sacroque tecto diui Marci, atque ornato altari principis apostolorum Petri, ductis columnis dextra laeuaque, moritur pontificatus sui anno in. mense in. martyrio ut quidam uolunt. Sed a quo martyrium passus sit, non satis constat. Sepultum ad catechumbas Sebastianas uia Appia quidam affirmant. Eius ex morte uacat tum sedes mensum unum, dies undeuiginti.

*lxxxvij. pontifex.*

## IOHANNES VII.

Iohannes septimus, natione Graecus, patre Platone, eo tempore pontificatus inest, quo Iustinianus Constantinopolim reuersus, Tiberium & Leontium a quo fuerat imperio deiectus, spectante populo interfici iussit. Multos praeterea ex inimicis e medio sustulit uario genere mortis, plerisque in carcerem coniecit: quorum de numero quotidie aliquem supplicio afficiebat, cum nares emungendo illatae iniuriae reminisceretur. Praeterea uero Gallinicum patriarcham Constantinopolitanae confossum oculos, Romam exulatum misit: Cyrumque abbatem, cuius munificentia in Ponto uixerat, in locum Gallinici patriarcham sufficit. Eadem uero stultitia uexatus, qua fuerat ante amissum imperium, Sergio pontifice duos metropolitanos Romam misit, qui Iohannem adhortarentur, ut habita synodo quae de hominibus crederent orientales, eadem uera etiam occidentales affirmarent, praepositis libellis, in quibus ei subscribendum erat. Homines autem re infecta ad imperatorem pontifex remisit, neque tamen (ut par erat) errores male de deo opinantium emendauit censuris & interdictionibus, quemadmodum constantem pontificem decussisset. Sunt qui scribant (sine autore tamen) Arithpertum Longobardorum regem religione motum, condonasse Alpes coctias beato Petro: & quicquid a Taurinis & Medullis Genuam usque Ligusticamque protenditur. Alij autem affirmant donationem ipsam ab Arithperto confirmatam fuisse. Verum cum de donatione nihil certi habeatur, paleamque pontificis iuris periti appellent, quod sine frumento sit, nihilque Constantinianae elegantiae ac dignitatis habeat, quomodo de confirmatione constabit? Ad Iohannem pontificem redeo, uirum certe multae eloquentiae & sanctitatis, qui in basilica Petri oratorium (ita enim appellant locum orandi) in honore dei genitricis extruxit, cuius parietes uermiculato opere intecti, dextra laeuaque quorundam sanctorum patrum uultus ostendebat. Basilicam praeterea sanctae Eugeniae restituit, iam pridem uetustate collapsam. Coemeteria quoque sanctorum martyrum Marcellini, Marci, Damasci pontificis exornauit. Postremo uero multas basilicas pictura & statuis sanctorum cultiores reddidit. Has autem qui cernebant, ipsum pontificem intueri uidebantur, unde exemplaria grauitatis & dignitatis pictores ac statuarii sumpserant. Moritur autem Iohannes secundo pontificatus sui anno, mense septimo, die xvij. sepeliturque in basilica Petri ante altare dei genitricis quod ipse extruxerat, quintodecimo calendis nouembris. Eius autem in morte tribus mensibus sedes uacat.

*lxxxix. pontifex.*

## SISINIUS .I.

Sisinius, uel (ut alij uolunt) Sofimus, natione Syrus, praefate Iohanne, xx. annis diebus pontificatu uixit, quo quidem tempore ferunt S. Benedicti corpus e monte Cassino furto sublatum propter solitudinem loci, & in Gallia translatum fuisse. Sofimus autem licet podagra & chiraagra ita laboraret, ut neque ambulare, neque cibum capere posset, tamen ita urbis Romae

mae & reipublicae Christianae curam gessit, ut nil praetermiserit, & ante pontificatum & in ipso magistratu, quod bonum pontificem deceret. Iam enim materiam omnem parabat, qua & moenia urbis & templa uetustate collapsa, in meliorem formam restitueret, celebratioraque redderet. Verum subita morte correptus, in basilica Petri sepelitur octavo idus nouembris. Vacat tum sedes mensum unum, & dies decem & octo.

## CONSTANTINVS .I.

*ac. pont.*

Constantinus natione Syrus, patre Iohanne, eo tempore pontificatum inest, quo Romae triennio fame laboratum est: qua quidem in re ita omnes, tum uel maxime pauperes iuuuit, ut Constantinum caelitus missum homines arbitrarerentur. Interea uero Iustinianus odio pontificis nominis Mauritium patritij ordinis uirum imperatorem & Heliam Spatarium in Chersonesum ubi exulauerat, cum classe mittit, qui omnes pubertatem supergressos occiderent. Fecere mandata praefecti classis, ut rabie imperatoris explerent. Et ne in homine solam crudelitatem fuisse existimes, tanta ingratitude fuit, ut Trebellium regem, cuius ope & copijs in imperium restitutus fuerat, cum Thracibus contendente, de improviso hostili manu adortus sit: quem certe Trebellius non modo sustinuit, uerumetiam cum detrimento repulit. De pristina uita ob calamitates quas perpeffus fuerat Iustinianus, nil immutauerat, praeter hoc tantum, quod sedem apostolicam contra atque antea consueuerat, ueneratione deinceps obseruauit, tutatusque est. Nam cum Felix archiepiscopus Rauenas ordines a Romano pontifice accepisset, cogere turque de more formulam obtemperandi scripto, & pecuniam Romam mittere, neque id praerrogantia faceret, Iustinianus recognita Theodorum patritium classis praefectum statim admonet, ut primo quoque tempore ex Sicilia in Rauennates moueat. Is autem dicto imperatoris obtemperans, & Rauennates praelio superatos, maximis affecit eladibus, & Felicem catenis uinctum Constantinopolim misit, quem postea Iustinianus in Pontum relegauit, orbatum prius luminibus aeneo uase concauo, ac quidem cadente diu inspecto. Inde enim pyramis ignea exit, quae facillime oculorum aciem perfringit & obcaecat. Nequaquam tamen hanc saeuitiam Constantinus probauit: redigere enim hominem ad sanitatem uolebat, non tantis malis affici. Interea uero cum haec a pontifice & imperatore agerentur, Aisprandus regnum autum repetens, auxilio Bauarorum fretus, in Italiam descendens, collatis signis cum Arithperto dimicat & uincit: regnumque Longobardorum potitur, Arithperto ipso dum trepide nimium aufugit, in rapido flumine submerso. Verum Aisprandus non ita multo post moriens, Luithprandum filium regni successorē approbantibus omnibus reliquit. Iustinianus autem uidentis Constantini pontificis admodum studiosus, hominem rogat, ut ad se proficiscatur, praemissa classe quo tutius nauigaret. Appropinquantem uero urbi regiae Constantino Tiberius Iustiniani filius cum regio comitatu, & Cyrus patriarcha cum omni clero honoris causa ad octa uum lapidem obuiam prodeunt, eumque camelanto pontificali amictu indutum, solenni pompa urbem ingressi, in regiam perduxere. Inde uero Nicomediam proficiscens, quo uenturus & imperator Nicea erat, non secus quam Constantinopolim a Nicomediensibus suscipitur. Iustinianus autem non ita multo post urbem ingressus, non solum pontificem amplectitur, uerumetiam eius pedes uenerationis causa exosculatur. Cum uero sequentibus diebus multa inter se collocuti fuissent, confirmassetque Iustinianus pontificum decreta, Constantinus abiens hominem adhortatur, ne in Philippicum Chersones exulantem grauius aliquid decerneret, ueritus ne aliquid mali oriretur, quod Philippicum magni animi esse & consilij uirum intellexerat. Verum Iustinianus consilio pontificis bene monitis nequaquam obtemperans, classem in Pontum mittit eo animo, ut Philippicum interficeret; qui quidem deficiens

*Cyrus patriarcha. Camelantus*



tibus ad se militibus, eadē classe usus, duodecimo ab urbe Cōstātinopoli miliario, cum Iustiniano & Tiberio dimicans, eos uincit & interficit, imperioq; statim oīm consensu potitur. Deinde uero Cyro patriarcha in Pontum relegato, q; bene cum pontifice Romano sentiret, in eius locum Iohannem monachum hærsefarchā sufficit. Cuius quidem dogmata statim Romam misit, mandauitq; ut oīm cōsensu approbarent. At Constantinus habita synodo, non modo Philippici & Iohannis monachi opiniones improbat, uerum etiam decernit, ut sanctorum patrū imagines, qui sex concilijs ab omnibus probatis interfuerant, in porticu beati Petri depingerentur, cum intellexisset eas a Philippico e parietibus sanctæ Sophiæ ignominia causa abrasas fuisse. Præterea uero idem pontifex constituit, ne imperatoris hæretici nomen publicis scriptis, aut priuatis in ære, argento, plumbove reciperet. At Anastasius cognomēto Arthemius, sumptis armis Philippicum imperio deiecit, anno primo & mense imperij vi. eumq; captum oculis priuauit. Literas præterea ad Constantinum pontificē mittit, quibus se catholice fidei ac sextæ synodi acerrimum defensorem futurum pollicetur. Verum hic quoq; triennio post a militibus spretus, imperio deicitur, cogiturq; a Theodosio, qui in eius locū successus est, sacros ordines recipere, ne ei sacris initiato amplius redire ad imperium liceat. Theodosius autem catholicus imperator statim imagines sanctorum patrum (ut diximus) a Philippico demolitas, restitui pristino in loco mandauit. Felix uero (quem diximus) in Pontum a Iustiniano relegatum, a pristina hæresi discedēs, in patriam reuertitur, ac sedem unde pulsus fuerat repetit. **Declaratum est etiam eodem tempore, Ticinensem episcopum Romanæ sedis tantum, non etiam Mediolanensium archiepiscopo obtemperare debere.** Ea enim de re magna & diuturna inter utrunq; aristitem contentio fuerat. Sunt qui scribant duos reges Saxonum hoc eodem tempore Romam uoti & religionis causa uenisse, mortuosq; ibidem esse peste ut arbitror. Post hos uero non ita multo post moritur Constantinus vii. pontificatus sui anno, die xx. ac in basilica Petri sepelitur iij. idus Februarij. Sedes autem huius in morte mensem unum & dies xl. tum uacat.

## GREGORIUS .II.

**G**regorius secundus patria Romanus, patre Marcello, sub Sergio pōtifice sacris initiatus, sacellis & bibliotheca præfuit, tantæ fidei & integritatis est habitus. Sumens deinde diaconatus ordinem, Constantinopolim cum Constantino pontifice proficiscitur: ubi cum acriter disceptaretur quibusdā de rebus ad fidem pertinentibus, ita acute respondit, ut omnibus ingenij sui & doctrinæ admirationem inijceret. tantæ enim eruditionis & facundia erat, ut facile conuinceret male de fide nostra opinantes. Inuito autem pōtificatu, & moenia urbis aliqua ex parte uelustate collapsa instaurat, & trabes basilicæ principis apostolorum Laurētijq; martyris extra muros, annositate quassas restituit, refartis tectis ac parietibus, introductisq; de more aquis, compaginatis fistulis iam dudum uelustate & hominum incuria uitiatis. Alias quoque ecclesias restituit, muneribusq; tum aureis, tum argenteis exornauit: quas quidē enumerare longū esset. Nō reticebo tñ, restitutum eē ab eo monasteriū uia hostiensi positum, nō lōge a basilica Pauli, cuius ruinas adhuc cernimus. Restituitq; etiā monasteriū beati Andreae, quod Barbaræ nūcupat, ibiq; dispositos monachos, qui die ac noctu laudes deo canerent. Huius præterea hæc peculiaris laus est, quod eius opera Germani ad fidē nostrā cōuersi sunt, misso eo Bonifacio monacho, q; eos e tenebris educeret proposita ueritatis luce. Ipsosq; aut Germanos magnā partē Romā ueniētē, suis manibus uir sanctus baptizauit. Impulit itē sua autoritate Luithprādū, primo quidē recusantē, Arithpertū donationē (de qua antea diximus) cōfirmare: q; quidē Luithprādus principio regni sui & Baiouaria magnā partē occupat, & Rauennā obsidet ac capit. Eiusdē tēporibus Tiberis adeo

Imagines  
sanctorū  
patrū de-  
pingi in  
parietibus.  
Imperator  
hæreticus.

Ticinensis  
episcopus  
cui ut ob-  
temperet  
decretū.

xx. pont.

Germani  
ad fidem  
conuersi.

in immensum creuit, urbem porta flaminea influens, ut & in uia lata hominis magnitudinem aqua fere æquaret, & a ponte miluio usque ad gradus sancti Patri nauigaretur litribus non paruīs. Durauit autem hæc illuies diebus septem cū maximo ciuium damno & detrimento, euerfis domibus acerutis arboribus satisq;. Luna quoq; eclipsim tum passa, usq; ad mediā noctem colorem sanguineū præse tulit. Dedit & signa futuri mali cometes, extensa ad septentrionem cauda. Gregorius autē quo summī dei iram a ceruicibus Christianorum auerteret, frequentes supplicationes urbe tota facit. Dum hæc Romæ a pontifice ageretur, nunciatum est Lōgobardos Beneuentano duce arcem Cumanam insidijs occupasse: qua ex re Gregorius uehementer commotus, Longobardos admonet, ut arcem præter fœdera pacis fraude occupatam reddant, aliter eos breui indignationem omnipotentis dei sensores. uerum cum hostes sæpius moniti, res repetitas non redderēt, Neapolitanus pontifex adhortatur proposito præmio, præmissisq; etiā quibusdam militibus Romanis, ut arcem uel occupent. Hi uero mandata strenue facientes, Theoduno subdiacono hanc rem curante arcem recipiunt, cæsisq; trecentis ex his qui in præsidio erant, ad quingentos uiuos capiunt, ac Neapolim perducūt, ubi statim militibus præmia reddita sunt. Pace itaq; foris parta, Gregorius reparandis locis sacris animum adijcit. Basilicam namq; sanctæ crucis in Hierusalem iam pridem destitutam restituit, porticus circunquaq; positas instaurat fornicibus & tectis. Oratorium Ofannæ in monte Cælio, a fundamētis extruxit. Domum paternam mortua matre in honorem Agathæ Christi martyris dedicauit, eiq; loci monasterium extruxit, additis suburbanis & rusticis prædijs ad monachorū usum & commoditatem. Saraceni autem discordia Christianorum freti, ex Septa Aphricæ in Hispaniam trañcientes, prouinciam omnem præter Bæticā a suis iam antea possessam depopulantes, ad Aquitaniam usq; cum coniugibus & liberis peruenere, eam quoq; prouinciam occupaturi. Erat tum Carolus Martellus Pipini regis filius magno apud omnes in precio. Duos em̄ filios Pipinus tum habuit, mortuo Gri moaldo, Carolomannum & Carolum Martellum, qui postea solus hoc quoq; mortuoregnum Fraciæ obtinuit, multis tamen aduersantibus: maxime uero Eudone Aquitanie duce, & Chilperico rege, quem Franci quidam post Theodoricū æmulatione moti regem constituerant. Verum Carolus Martellus transmissio Sequana fluuio, in Aurelianos mouēs, uno impetu hostes fundit fugatq; ac regno Franciæ solus potitur. Rhenum deinde trañcens, Saxones, Alemannos, Sueuos, Bauaros regno suo adijcit. Verū cum intellexisset Saracenos ab Eudone in Galliā uocatos, magnis itineribus in hostem proficiscit: pugnandiq; potestātē facit, & uincit non longe a Turonum finibus. In eo autem prælio scribunt historici ad trecenta & lx. millia Saracenorum cecidisse: ex Francis uero mille tantummodo cētum & quinquaginta desideratos. Sunt tamen qui scribant, Eudonem tanto periculo morum, postremo cum Carolo sensisse. Hac itaque ratione Saraceni beneficio Caroli a ceruicibus Hispanorum & Gallorum pulsi, rabiem omnem & indignationem ex tanta clade cōceptam, in Constantinopolitanos uertere: urbem enim terra mariq; triennio obsident. Verum cum fame, frigore, peste, bello, postremo magna incommoda paterentur, obsidionem soluentes, ad sua quique rediere: Ex Constantinopolitanis autem ad trecenta millia eadem peste consumpta traduntur. In Italia uero Longobardi duce Liuthprando, Rauennam diu obsessam, tandem capiunt & diripiunt: inde Ticinum, auferentes quicquid præclarum in urbe erat, unde crediderim tum equum illum æneum uiro infidente, Papiam aduectum, quem accolæ Regis solem uocant. Sed ita fit, in rebus humanis uicissitudo est. Quod enim Theodoricus aliq; reges Gotthorum, atque deinceps hexarchi Rauennates Roma Rauennam detulerant, id postea in uaria loca dissectum est,

Interim uero Romæ à quibusdam seditiosis in pontificem cōiuratur, principibus coniurationis Basilio, Iordane carthilario, Iohanne subdiacono cognomento Lurion, Marino spathario, qui ducatu Romano imperatoris nomine tum præerat. Verum dilata in aliud tempus res est, quod Marinum imperator reuocauerat. Tentare & Paulum hexarchum coniurati cœpere, quo quidem duce in tanta re uti uolebant. Sed Romanus populus re ipsa tandem patefacta, arma capit, Iohannē & Lurionem interficit, reliquosq; cōiuratos dissipat. Basilium monasterio includit: ubi & uitam finiuit. Paulus autem uehementer pontifici insensus, quod ab eo prohiberetur, quo minus noua uectigalia exigeret, clam & aperte mandato imperatoris uiri sanctissimi, mortem quærere, sed Romani & Longobardi sumptis armis, quo minus id fieret prohibere. Tum uero Leo tertius imperator, cum aperte inuehi in pontificem nō posset, edictum proponit, ut oēs qui sub imperio Romano essent, sanctorum omniū, martyrum & angelorum statuas atq; imagines e templis abradere & auferrent, tollendæ (ut ipse dicebat) idololatriæ causa: qui uero secus fecisset, eum se pro hoste publico habiturum. Gregorius autem tantæ impietati non modo non obtemperat, uerum etiam omnes catholicos admonet, ne in tantum errorem timore uel edicto principis ullo modo dilabantur. Qua cohortatione adeo certe animati sunt Italiæ populi, ut paulum abfuerit quin sibi alium imperatorem deligerent. Quo minus autem id fieret, autoritate sua obstare Gregorius annixus est. Rauennæ tamen tanta seditio orta est, cum alij imperatori, alij pontifici obtemperandum dicerent, ut in ipso tumultu Paulus hexarchus cum filio occideretur. Mittitur deinde ab imperatore Eutychiū eunuchus, qui pollicitationibus & donis Longobardos à beneuolentiā & societate Romani pōtifficis separaret. Verum cum id frustra quæreretur, rem toties tentatam ad tēpus omisit, unde pontifex tanta molestia liberatus, loca pauperum & basilicas inuisere cœpit, eaq; restituere quæ ob uetustatem & incuriam, ruinam minabantur. Pacem præterea inter regem Longobardorū & duces Spoletinum ac Beneuentanum composuit. Hos enim rex ipse opprimere instituerat, cuius animum adeo pontifex ad mansuetudinem redegit, interposita saluatoris nostri autoritate, ut omisso bello, armillas, balthcum, ensē, ac reliqua arma templo principis apostolorum offerret: cum exercitu enim usque ad uaticanum peruenerat, pacato tamen agmine, hac de re cum pontifice locutus. Leo autem imperator phanatico spiritu iterum incitatus, omnibus mādāt, ut simulacra, uel lignea uel ænea uel marmorea ad se deferant, & delata statim incendit, non deferētes uero capit & obtruncat. Germanum patriarchā id potissimum improbantem, in exilium mittit, in eiusq; locum Anastasium male sentientem sufficit, quem postea Gregorius synodo habita priuauit, & ab officio diuino semouit, nisi ad catholicam fidem reuerteretur. Sæpius præterea, ut sanctissimū uirum decuit, literis imperatorem admonuit, ut omīssis quorundam improborum erroribus, ueram tandem amplecteretur fidem: & abolere sanctorum imagines desineret, quorum memoria & exemplari ad uirtutem & imitationem excitarentur homines. Sunt qui scribant Bonifacium huius pontificis tempore e Britannia Romanam uenisse, & ex monacho ob eius sanctitatem episcopum factum, ac in Germaniam ad confirmandos prædicatione & exemplo Germanos in fide missum, quod quidē ita egregie fecit, ut Maguntinus episcopus creari meruerit: in Africā deinde proficiscens, cum uerbum dei elegantissime prædicaret, ab hostibus Christiani nominis occiditur. Ferunt & sanctum Aegidium natione Græcum, exemplo & miraculis insignem tum habitum fuisse, & Petronium ciuem Romanum ex uoto basilicam beati Benedicti prope derelictam, sua impēsa restituisse. At Gregorius qui suo exemplo omnes ad uirtutem & sanctitatem incitabat, pontificatus sui anno sextodecimo, mense nono, die undecimo moritur, sepeliturq; ad basilicam Petri

Seditio  
Rauennæ  
propter  
imperato  
re & pon  
tificem.

German  
patriar  
cha in ex  
ilium mit  
titur.

tri tertio idus Februarij, eius in morte episcopatus tū uacat dies quinq; & xxx. Centum autem & viij, ac xl. episcopos toto suo pontificatu creasse dicitur.

GREGORIVS .III.

xcij. pon.

Gregorius tertius, natione Syrus, patre Iohanne, anno domini septingentesimo quinquagesimo nono omnium consensu pontificatum inijt. Fuit autē uir singularis doctrinæ, & humanitatis præcipuæ, Græca atq; latina lingua eruditus, mentem diuinæ scripturæ ita callens, ut nemo tum disertior prædicatione atq; interpretatione rerum occultarum & admirabilium haberetur. Præterea uero, ne uerbo tantū & cohortatione populos mouisse arbitreris, omnia quæ exemplo mouere possunt, ita assidue obibat, ut iudicare difficile sit, promptior ne lingua quam opere habēdus esset. Orthodoxæ fidei ita acerrimus defensor fuit, ut ob eā rem maximorū principum graues simultates & inimicitias susceperit, non armis, nō potentia, non minis cuiuspiam e gradu constantiæ suæ deiectus. Tantæ postremo humanitatis fuit, ut & pauperes mira charitate complecteretur, ac elemosynis foueret, captiuos redimeret, ære alieno nexos solueret, uiduas & pupillos, quo minus a potentibus circumuenirentur, tutaretur adeo, ut fere omnīū parens ac pastor merito uocaretur. Hic statim ubi pontificatum inijt, cleri Romani consensu Leonem tertium imperatorem Constantinopolitanum, imperio simul & communionē fidelium priuat, quod sanctas imagines e sacris ædibus abrasisset, & statuas demolitus esset, quodq; etiam de hominibus male sentiret. Interim uero cum Luithprandus Longobardorum rex cupiditate imperandi motus, urbem Romā obsideret, captis circumquaq; oppidis omnibus, Gregorius legatos nauī, quia terrestri itinere non licebat, ad Carolum Franciæ principem statim mittit, qui hominem rogarent, ut primo quoq; tempore laborati Romæ & ecclesiæ auxiliū ferret. Cōsueuerāt autem pontifices Romani, si quid mali ab externo hoste immineret, auxilia ab imperatore Constantinopolitano petere. Quod facere Gregorius substitit, cum ob eadem causas quas paulo ante commemorauī, tum uel maxime quod urbem regiam ægre Leo a Saracenis tutaret, nedū alios defenderet. His itaq; rationibus accidit, ut tūc primū tutela ecclesiæ ab imperatoribus Cōstantinopolitanis ad alios trāslata sit. Carolus autē rogatu Gregorij patrociniū ecclesiæ suscipiēs, Luithprādū regē amicum & cōpatrē rogat, urbē ne obsideat, ac pontificē ne uexet, hac re nil sibi fieri molestius quicquam aut grauius posse. Obtemperat Carolo Luithprandus, atq; urbem obsidione soluit. Nam inito iam antea inter se fœdere, Carolus Pipinum filium in cisalpinam Galliam ad Luithprādum miserat, ut ei capillum de more sacrorum succideret, unde compadres more Christiano inuicē facti sunt, quod est quoddam affinitatis uinculum. Remiserat puerum ad parētes Luithprādus multis ac maximis donatum muneribus. At Carolus pacatis Italiæ rebus, in Burgundiones uersus, eos ui capit, & p̄ modestia socios appellat: Phryxones idololatrias opprimit: Lugdunum, Arelate, Massiliam de Vesogothis occupat, qui Athimum Saracenorum regem in auxiliū uocant. Is itaq; cum magno exercitu Rhodanum traiciens, Auenionē ui capit, opportunitate loci pro arce usus. At Carolus re cognita eo prope cum exercitu mouit, & Auenionem recuperat, interfectis Saracenis omnibus, q̄ in præsidio erāt. Inde Narbonā proficiscitur, quo aufugisse Athimum cognouerat. Ab obsidione Narbonæ discedens, quod Amoreū atq; ex Saracenis Hispaniæ regem, uenire in auxiliū Athimi cū magno exercitu intellexerat, haud procul inde in uallem Corbariam descendit: ubi inerat planities ad dimicandum aptissima. Amoreus autem arbitratus Carolum desperatione rerum in fugam uersum, in uallem ingreditur, statimq; pugnandi copiā facit. Non detrectat certamen Carolus, licet hostium numerus prope infinitus esset. Tandem uero ubi acriter aliquandiu utriusq; pugnatum esset, cadente autem in primis aciebus Amoreo, fune

Leo tertius  
imperator à  
Gregorio  
& imperio  
& cōmuniōne  
fidelium  
priuatur



duntur hostes fuganturq; : quorum pars magna in proximis paludibus & stagnis quo confugerant, oppressa est. Athimus uero forte fortuna nauigium nactus, inde in Hispaniam ulteriorem fugiens, omnes insulas quas adiit, desperatione rerum ferro ac flamma uastat. Eodem ferme tempore beati Augustini corpus, quod antea ducētis & quin quaginta annis ab Hippone in Sardiniam translatum fuerat, cum Vandalis praedabundi Africam uastarent, diligentia Luithprandi ex insula ipsa Papiam delatum est, & egregio in loco reconditum. At Saraceni his cladibus domiti, intra Pyrenæum se deinceps continent, unde Vesogothii omnes qui cetero rem Hispaniam & partem Galliae occupauerant, auxilio carentes, in potestatem Caroli deuenere, atq; ita Gotthi, qui trecentis prope annis imperauerat, funditus deleti sunt praeter paucos, quos Barchinonenses ab interitu liberarunt. Sunt qui scribant Luithprandum copias auxiliares in tanto bello Carolo misisse, atq; ita rebus bene gestis suos omnes onustos praeda domum rediisse. Interim uero Gregorius pontifex nequaquam ocio & pace abutens, ad exornandas ecclesias animum adiecit. Nam & altare beati Petri sex columnis onychinis augustius reddidit, dextra ac laua positis apud Philopareas uetustate fere comminutas. Stabant in his columnis trabes argēto delibutae. In trabibus uero aequis spatijs saluatoris & apostolorum simulacra distinxit. Struxit & oratorium in eadem basilica, in quo de reliquijs fere sanctorum omnium recondidit, celebrariq; eo loci quotidie mandauit, atq; in canone celebritatis haec uerba addidit, marmoribus circumquaq; positis insculpta, Quorum solennitas in conspectu tuae maiestatis celebratur domine deus noster toto in urbe terrarum & caetera. Quibus uerbis nunc sacerdotes in secretis non utuntur. Praeterea uero huic basilicae multa argentea uasa condonauit: eius quoque iussu & impensa aurea dei genitricis imago saluatorem amplectens, extructa est, & in basilica sanctae Mariae ad Praesepe collocata. Restituit etiam tectum sancti Chrysogoni, eoq; in loco monachos collocauit, qui rem sacram quotidie celebrarent. His addidit & fundos unde uiuerent. Monasteria quoq; multa partim restituit, partim uero a fundamentis extruxit, addita regula qua monachi integre & sancte uiuerent. Instaurauit & moenia urbis, magna ex parte uetustate collapsa. Idem etiam Centumcellis fecit iam prope desertis propter collapsa moenia. Instituit praeterea, ut fere sine interuallo & a presbyteris hebdomadarum & a monachis in ecclesia sancti Petri diuina officia celebrarent: unde apparet & monachorum & presbyterorum secularium domicilia multis in locis contigua fuisse, qui aemulatione moti, deo quam diligentissime seruebant. Gregorius uero bene de deo & hominibus meritis, anno pontificatus sui decimo, mense octauo, die quarto & uigesimo moritur, ac in basilica Petri sepelitur quarto calendis decembris, collachrymantibus omnibus tanquam communi parente orbatis. Sedes autem dies octo tantummodo tum uacat.

## ZACHARIAS .I.

*scilicet pot.* Zacharias natione Graecus, ex patre Polycramio, inter optimos pontifices annumeratur. Fuit enim uir mitissimi ingenii, mirae suauitatis & gratiae, omni uirtute praeditus, cleri ac populi Romani amator: ad iram tardus, ad misericordiam & clementiam promptissimus, nulli malum pro malo reddens, sed ad imitationem saluatoris malum in bono uincens: & adeo quidem, ut quos habuerat aemulos & inimicos, eisdem postea merito pontificatu honoribus & praemijs affecerit. Cum autem initio pontificatus sui ardentem bellis Italiam offendisset, legatos de pace componenda statim ad Luithprandum Longobardorum regem misit, persequentem bello Transamundum Spoletinum ducem. Verum cum a legatis ea de re nil fieret, ipse comitante clero Romano in Sabinos proficiscitur. Ferunt autem octauo miliario a Narnia regem pontifici honoris causa obuiam factum, ex equo descendisse, ac pedibus uirum sanctissimum in urbem comitatum

fuisse. Qui sequenti die inter Missarum solennia orationem publice habuit, & quidem elegantem, qua ostendit, quid maxime regem Christianum deceret, siue pacem, seu bella gerat. Hac oratione ita permotum regem ferunt, ut statim arbitrium omne componendae pacis ei commiserit. Iam uero Transamundum ducatu Spoletino rex priuauerat, in eiusq; locum Agrandum nepotem suum suffecerat. Accipitur tamen in gratiam Transamundus rogatu pontificis: & ex duce in clericatum assumitur. Redduntur item Romanis oppida sua ex Sabinis capta: redduntur Narnia & Ancona ex Picentibus: & quicquid a Longobardis triginta iam annis in Herruria occupatum fuerat, Redduntur & captiui omnes eo bello capti. Mira etiam humanitate pontifex usus est: adhibito enim rege in conuiuium, nullum genus comitatus & gratiae praetermisit. Inde uero rex pacato agmine abiens, non ita multo post moritur, anno regni sui trigesimo secundo. Fuit autem uir tanto regno dignus: quippe qui sapientia, prudentia, consilio plurimum ualebat, ac ita manu promptus erat, ut nemo ueteranus eo pugnacior haberetur. Iustitia autem & clementia ita insignis habebatur, ut difficile iudicaretur utra in re maiorem laudem mereretur. Huic autem in regno Aldeprandus nepos succedit: quo quidem post menses sex defuncto, Rachis dux omnium suffragijs rex decernitur, uir certe omni laude dignus, si uitam eius, si mores, si animi integritate inspicias. Redintegratum quoque foedus cum hoc rege a pontifice est missis legatis, quibus omnia ex animi sententia rex ipse pius & religionis amator, benignissime concessit. Post quartum uero regni sui annum rex diuino numine tactus, spreto regno, uitam monasticam amplectitur: uxorem & filios, ut idem ipsi facerent, adhortatus. Huius quidem frater Aistulphus regnum occupat, qui ob astutiam ingenij & ferocitatem animi omnibus arma intentabat, maxime uero pontifici & Romanis: quorum ditionem sibi uendicare armis conabatur. Interea uero Carolus Martellus graui morbo correptus, suadentibus amicis, regna a se armis occupata filiis suis diuidit. Nam Carolomanno maiori natu Austria & Sueuia, Pipino uero iuniori Burgundia & pars Franciae obtigit. Moritur autem Carolus uir animi magni & sapientiae singularis uilla Carisiaco apud Isarim fluuium anno magistratus sui (quem maiorem domus uocant) quinto & trigesimo, sepeliturq; Parisijs in basilica Dionysij martyris. Habuit & alium filium Carolus ex prima uxore ortum, quem Gryphonem appellabant: cuius cum nomine etiam mores conueniebant. Rapere enim ex alieno consueuerat, unde & bella fratribus intulit, & Saxones gentem ferocissimam contra eos sollicitauit. Carolus autem & Pipinus hostili manu prouinciam Saxonum ingressi, Theodoricum gentis principem in ditionem accipiunt. Ab hac autem expeditione digrediens Carolomannus, Romam uenit: ibiq; dimissa imperiorum & regni gloria, in montem Cassinatem ad monasterium sancti Benedicti proficiscitur: ubi & monachi habitum & mores suscipit. At Pipinus regnandi cupidus, legatos suos ad pontificem mittit, eumq; rogat, ut regnum Franciae sibi autoritate sua confirmet. Annuit pontifex eius postulatis, accepti beneficii & ueteris beneuolentiae memor, quae inter pontifices & principes huius familiae intercesserat, atq; ita eius autoritate regnum Franciae Pipino adiudicatur, anno domini septingentesimo quinquagesimo tertio: ex maiore namq; domus, qui post regem summus erat apud Francos magistratus, reges Franciae deinceps a Pipino secundo eiusq; familia originem habuere. Ferunt & Carolum, quem diximus, monachi habitum sumpsisse, ex monte Cassino cum alijs monachis ad Zachariam pontificem uenisse: ab eoq; precibus obtinuisse, ut eis liceret repetere sancti Benedicti corpus furtim ablatum, quod tum in floriacensi monasterio regni Franciae collocatum fuerat. Annuit istorum precibus pontifex, & literis Pipinum adhortatur, ut patiatur monachos sancti Benedicti corpus repetere. Quod quidem rex haud grauate

concessit, quia inde furtim ablatum a monachis quibusdam senferat. Zacharias  
*\* parta* autem pace iam ubiq; parata, multas basilicas ruinam minantes restituit. Porticum  
 quoq; & turrim ante basilicam lateranensem a fundamentis erexit: ubi & cancel-  
 los & portas aeneas extruxit. In ipso frontispicio porticus, ubi orbis terrarum imago  
 descripta erat, sanctorum imagines uetustate exoletas renouauit. Lateranenses  
 aedes auxit & exornauit. Bibliothecam beati Petri restituit. Vestigal praeterea  
 unicuiq; basilicae assignauit, unde oleum pro lampadibus emeretur. Condonauit  
 & ueste altari beati Petri, auro gemmisq; distincta, in qua depicta inerat Iesu Chri-  
 sti natiuitas. Idem quoq; basilicam beati Georgij in Velabro condidit, eoq; loci ca-  
 put ipsius sancti collocauit. Aedificauit & oratorium beatae Caeciliae uia Tiburtina  
 quinto ab urbe miliario. Huic autem basilicae oratorium quoq; addidit in honorem  
 beati Cyri abbatis: addidit & fundos, unde sacerdotes uiuerent. Restituit & tectum  
 Eusebii martyris, quod suo tempore corruerat. Constituit item, ut bucellarum quo-  
 tidie eleemosynas e lateranensi palatio cuiusuis generis praeberent. Venetis praeterea  
 inhiuit sub anathematis poena, ne seruos Christi signo notatos, Saracenis  
 & gentilibus uenderent, ut mercatores facere consueuerunt. Postremo uero ne li-  
 teras in tanto rerum fastigio eum praetermissis arbitreris, quatuor libros Grego-  
 rij in dialogo e latino in graecum transtulit, ut haberent Graeci unde bene uiuendi  
 rationem perdicerent. Cum uero ita sancte & integre populum dei annis decem,  
 mensibus tribus cum maxima omnium beneuolentia gubernasset, moritur, ac se-  
 pelitur in basilica Petri idibus martij. Eius autem ex morte episcopatus tum uacat  
 diebus duodecim.

## STEPHANVS .II.

xciiij. p. o.

Stephanus secundus, natione Romanus, patre Constantino, per gradus eccle-  
 siasticos ad pontificatum peruenit, licet defuncto Zacharia Stephanum quen-  
 dam presbyterum Romanum pontificem populus statim creasset; qui tertia die pon-  
 tificatus sui somno excitus, dum res domesticas disponere incipit, morbo apople-  
 xiae correptus interiit. Post hunc uero cleri ac populi consensu in templo sanctae  
 dei genitricis ad Praesepe, Stephanus secundus pontifex creatus, humeris omnium  
 (adeo erat omnibus gratus) in basilicam saluatoris, quae etiam Constantiniana di-  
 citur, deportatur, atq; inde in patriarchatum lateranensem. Erat autem uir sin-  
 gularis religionis & prudentiae, amator cleri, ecclesiarum restitutor, Christianae do-  
 ctrinae diligens praedicator & scriptor, pater pauperum, pupillorum & uiduarum  
 defensor acerrimus, fortissimus & constans in rebus agendis, non tamen pertinax.  
 Placare enim Aistulphum, Romanorum agros & fines bello uexatam, primo qui-  
 dem uerbis & muneribus conatus est. Nam tributum sibi rex avarissimus pendere  
 uolebat a populo Romano, quotannis singulis aureis in capita collatis: unde pon-  
 tificex coactus ad externa auxilia confugere, ad Constantinum imperatorem Con-  
 stantinopolitanum legatos mittit, qui auxilium petant contra Aistulphum totam  
 Italiam uexantem, quiq; iam Rauennam hexarchatus sedem & magnam partem  
 Flaminiae ceperat. Verum cum id frustra ac saepius tentasset, eius rei causa pro-  
 ficisci ad Pipinum regem Franciae instituit. Mittit itaq; legatos ad regem qui Ais-  
 tulpho mandat, ut ei tuto liceat iter facere per regnum suum. Postulata concessit  
 Aistulphus Pipini rogatu. Stephano iam fines regni Franciae attingenti, Carolus  
 Pipini filius, cui postea a rebus gestis Magno cognomentum fuit, ad centesimum  
 lapidem honoris causa fit obuiam. Idem facit Pipinus tertio ab urbe lapide, qui ex  
 equo descendens, & pedes sanctissimi uiri exosculatus est, & a freno equi, quo pon-  
 tificex uehebatur, pedes ipse nunquam discessit, donec hominem in urbem perdu-  
 ceret, & in cubiculo ubi diuersaturus erat collocaret. Aistulphus autem ueritus,  
 ne quid mali in se Stephanus moliretur, Carolomannum monachum ad fratrem

Pipinum mittit, qui eum adhortaretur, ne Stephani gratia bellum Longobardis  
 inferret: qui certe non modo monacho non obtemperat, uerum etiam eum in Vien-  
 ense monasterium relegat, ubi non multo post dolore animi & cruciatu moritur.  
 Interea uero cum pro anni tempore bellum geri non posset, Pipinus ueteri amici-  
 tia multum tribuens, legatos ad Aistulphum mittit, qui hominem adhortentur  
 res repetitas reddere: aliter enim se eas bello & armis breui repetiturum. Non pa-  
 ruit sanis admonitionibus Aistulphus, unde Pipinus apparente iam uere, copias in  
 Longobardos mouet, praemissis leuis armaturae militibus, qui Aistulphi praesidia e  
 claustris alpium deturbarent. In planitiem deinde Insubrium descendens, cum lon-  
 ge ac late omnia depopulatus esset, nemine obstante, Papiam Longobardorum  
 sedem obsidione cingit & oppugnat, defendente Aistulpho, & qui cum eo in praesidio  
 erant. At Stephanus tot calamitatibus hominis pertinacissimi & prouinciae  
 lium motus, pacem ultro Aistulpho pollicetur, modo ablata restituat. Accepit  
 tandem conditiones pacis Aistulphus, & plura etiam quam quae peterent promi-  
 sit iureiurando interposito. Hanc ob rem Pipinus satisfactum pontifici arbitratus,  
 soluta obsidione in patriam reuertitur, relicto Varreno huiusce pacis arbitro. Eunt  
 Romam Stephanus & Varrenus, arbitrati Aistulphum promissa breui praestit-  
 turum, qui contractis celeriter undique copiis tumultuario magis quam iusto ex-  
 ercitu eos subsecutus, Romam obsidione cingit: ac suburbana omnia uastat & in-  
 cendit, maiore prope damno ex hoc latrocinio accepto, quam trecentis iam ante  
 & quatuor ac quadraginta annis ab inclinatione imperij sensissent. Rogatus de-  
 nuo Pipinus a pontifice, ut urbi Romae perfidia & rabie Aistulphi laborati open-  
 ferret, exercitum quanta maxime celeritate potest comparat. Interim uero Turci  
 meliores sedes expetentes, Alanos primo, mox Colchos, & Armenios: inde mi-  
 noris Asiae populos, postremo Persas & Saracenos uincunt & opprimunt, anno  
 domini septingentesimo quinquagesimo quinto. Sunt qui scribant hos fuisse Sey-  
 thas, ex his praesertim, quos Alexander Macedonum rex intra Hyperboreos fer-  
 reis repagulis clausit, hac metaphora usi, quod gentem indomitam in angulum  
 illum tanquam in ergastulum inclusisset. Verum cum post multas illatas inuicem  
 & acceptas clades, de pace inter Saracenos & Turcos conuenisset, decretum est, ut  
 Turci qui in Perside habitabant, Saraceni appellarentur: atque ita aequiore animo  
 Saraceni in Asia regnare Turcos passi sunt: & quod etiam eos breui accepturos  
 Mahumetanam superstitionem uidebant, adeo erant eorum ingenia ad malum pro-  
 na. Pipino autem iam in Italiam cum exercitu descendenti, Gregorius Constantini  
 quarti imperatoris protosecretarius fit obuiam, hominem imperatoris nomine  
 admonet, ne hexarchatum Rauennatem oppressum a Longobardis, ad se pertinen-  
 tem, uel pontifici, uel Romanis dedat, si ei contigerit Longobardos superare, cui  
 Pipinus ita respondet, se quidem in Italiam ideo uenisse, ut & pontifici & populo  
 Romano rem gratam faceret, consulturumq; eorum commodis quoad eius fieri  
 poterit. Deinde uero Papiam mouens, ita Aistulphum obsidione pressit, ut breui eum  
 coegerit pristinas conditiones pacis accipere. Redditus itaque Romanis hexarcha-  
 tus est: quicquid Padum & Apenninum interiacet a Placentinis usque ad stagna  
 Venetorum: & quicquid intra Isaurum flumen, Apenninum & hadriaticum con-  
 tinetur. Addo etiam quae Aistulphus de Hetruscis & Sabinis ceperat. Pipinus au-  
 tem qui ad radices alpium tam diu constiterat, donec deditio fieret, relicto abbate  
 Pholcado cum parte copiarum, qui Aistulphum in officio contineret, non prius  
 alpes transcendit, quam intellexit Aistulphum in uenatione apoplexia interiisse,  
 nondum plane deditioe facta. Desiderius autem, qui dux Hetruriae erat, copias  
 Longobardorum statim undiq; contrahit, regnum inuasurus. Idem quoq; facit Ra-  
 gisus Aistulphi frater, quem diximus monachi habitum sumpsisse. Hunc autem

Papia L8  
gobardo-  
ru sedes.Turci  
quos uice-  
runt.Pholcado  
alij Holca-  
dus.

Longobardi omnes, præter eos qui in Hetruria erant, secuti sunt. Verū Desiderius multa pontifici & Romanis pollicitus, eos statim in sententiā suam trahit, qui quidem prope legatos ad Ragisium misere, atque inter hos Pholcadum abbatem, qui homini mandarent, ut armis discederet, ac Desiderio obtemperaret. Atque ita Fauentia & Ferraria postremo pontifici reddita, nomen hexarchatus cessat, qui centum & septuaginta durauerat annos, a Narsete usque ad captam ab Aistulpho Rauiennam. Foris itaque pace parta, atque aucta mirum in modum ecclesiæ ditione, Stephanus habita synodo oues suas atque earum pastores recenset, delinquentes castigat seruata clementia; errantes in uiam rectam deducit, ignaros docet & admonet quid deceat episcopum, quid presbyterum; quid denique omnes sacris initiatos, proponit. Letanias præterea instituit ad placandam dei iram. Itum est primo sabbato ad sanctam dei genitricem ad præsepe, secundo ad beatum Petrum in uaticanum, tertio ad sanctum Paulum uia hostiensis. Restituit & basilicas quasdam ab Aistulpho, dum urbem obsideret, comminutas, non tamen recuperauit sanctorum reliquias, quas idem rex Papiam secum detulerat, ibique non indecore in quibusdam basilicis collocauerat. His itaque artibus Stephanus uir sanctissimus bene de deo, de patria, de ciuibus suis, deque omnibus Christianis meritis, pontificatus sui anno v. mense primo moritur, ac sepelitur in basilica Petri collachrymantibus omnibus, tanquam communi pariete orbatis vi. calendas Maii. Vacat tunc sedes dies duos & xxx.

PAVLVS .I.

xc vii. pont.

Paulus natione Romanus, patre Constantino, Stephani secundi frater, in patriarchatu mores & doctrinam ecclesiasticam perdidit, sub Gregorio secundo & Zacharia pontificibus, a quo in diaconatus ordinem cum fratre ascitus est: uerum mortuo fratre in ipso pontificatu cum successor quaereretur, fuere qui Theophylacum archidiaconum proponerent. Fuere item qui dicerent Paulum ob integritatem uitæ & doctrinam in demortui fratris locum subrogandum esse. Explosa itaque post longam contentionem Theophylaco, solus bonorum omnium suffragiis Paulus pontifex decernitur Constantini & Leonis temporibus, Erat autem Paulus uir mitissimi ingenij, clementiaque singularis, & adeo saluatoris nostri imitator, ut nulli unquam malum pro malo redderet, sed contra malos a quibus per sepe iniuria afficiebatur, in bono uinceret. Hic autem tantæ pietatis & humanitatis fuit, ut noctu cum duobus & eo amplius tribus familiaribus cubacula pauperum ægrotantium circuiret, unumquemque eorum & uerbis & eleemosynis ad recuperandam ualeitudinem cohortatus. Carcerem quoque frequenter adibat, indeque plerisque ære alieno nexos, persoluto creditoribus precio dimittebat. Pupillos & uiduas circumuentas fraude caudicorum tuebatur, & eleemosynis sustentabat. Idem quoque congregato clero uniuersoque populo Romano, corpus beatæ Petronellæ Petri filia, una cum sepulchro marmoreo his literis notato, Petronellæ filia dulcissimæ, ex uia appia in uaticanum detulit canentibus (ut fit) sacerdotibus, populoque celebritatem agente. Atque corpus ipsum sanctissimum in templo Apollinis ad caput basilicæ patri dedicatæ collocauit. Interea uero cum Constantinus imperator sacras imagines ubique demolitus, Constantinum regiae urbis episcopum, impietati suæ resistentem, uerberibus necasset, in locumque demortui Nicetam spadonem sui sacrilegij conscius suffecisset, pontifex ipse omni ex parte religioni consulens, nuncios Constantinopolim mittit, qui imperatorem adhortarentur, ut sacras imagines & statuas restitueret: id si facere recusaret, ei dem anathematis censuram minarentur. Sed Constantinus in sacrilegio suo pertinax, & sanas admonitiones contempsit, & Sabinum Bulgarorum regem in demoliendis sacris imaginibus eius impietatem imitatum, in gratiam recepit, cum antea bello Bulgarios persecutus fuisset. Ascito deinde Leone filio eius nominis quarto in partem imperij, Irene Atheniensem

mulierum omnium pulcherrimam, in matrimonium collocarat, scedus cum Saracenis iniit, stomachum orthodoxis Christianis facturum. Interea uero Pipinus & Taxillonem Bauarorum ducem imperio subiicit, & Saxones in amicitiam recipit, hac tamen conditione, ut trecetos equites, quoties bellum gerere oporteret, auxilium mitterent, cum Aquitanis diuturnum ei fuit bellum: quod quidem postremo Carolo adolescenti commisit, cum ipse senio confectus interesse non posset. Hoc bello absoluto, Carolus Borbonium, Claromontem, & multa de Aluernis oppida uiccepit. At Pipinus, quem diximus annis grauem esse, non ita multo post moritur, duobus filiis Carolo ac Carolomanno in regno relictis. Sunt qui scribant hoc tempore mortuum esse Aistulphum Longobardorum regem, quem diximus multa sanctorum corpora Roma Papiam secum detulisse: eorumque sacella edificasse, ac monasteria uirginum, ubi & filias deo dicauit. Monachos autem supra modum dilexit, quorum etiam in manibus regni sui anno sexto, mense quinto moritur. In principio regni nimium ferox & audax, in fine moderatus. Tantæ præterea literaturæ fuit, ut edicta Longobardorum in leges retulerit. Huic autem (ut dixi) Desiderius dux militaris successit, languescere iam ob delicias Longobardorum uirtute. Moritur & Paulus in basilica Pauli uia hostiensis, restituit quibusdam ecclesiis uetustate colabantibus, pontificatus sui anno decimo, mense uno: eiusque corpus magna ac solenni pompa in uaticanum defertur. Vacat tunc sedes annum unum, mensem unum.

STEPHANVS .III.

xcvi. pont.

Stephanus tertius, natione Siculus, patre Olibo, anno domini septingentesimo sexagesimo octauo pontificatum iniit, uir certe doctus atque eruditus, & in rebus agendis, maxime uero ecclesiasticis, strenuus admodum ac constans. Hic enim a teneris annis Romam ueniens, mandato Gregorij tertij in monasterio sancti Chrysogoni rationem bene uiuendi, & doctrinam ecclesiasticam perdidit, accepto clerici ac monachi ordine. Vocatus deinde a Zacharia pontifice in patriarchatum lateranensem, cum eius uita & doctrina ab omnibus probaretur, sanctæ Cæcilie presbyter cum titulo instituitur, quem tamen & Zacharias & Stephanus & Paulus a se nunquam dimiserunt: tantæ probitatis erat & præstantiæ in agendis rebus. Mortuo autem Paulo, quem nunquam ne in extremo quidem spiritu reliquit, Desiderius, quem ex duce regem Longobardorum creatum esse adiuuante Paulo diximus, liberatus omni metu Pipini morte, Totonem Nepefinum ducem adhortatur, ut Constantinum fratrem uel etiam, quando largitione & ambitione fieri non possit, pontificem deligat. Is itaque Romam cum exercitu profectus, Constantinum fauentibus quibusdam amicis largitione & pollicitationibus corruptis, pontificem creat. Fuere etiam qui Philippum quendam huic præponerent, qui statim abdicare se magistratu armis compulsus est. Cogitur & Gregorius Prænestinus episcopus, Constantinum ipsum laicum sacris statim initiare, atque episcopum inungere, cuius manus ita ob eam rem exaruisse miraculo dicuntur, ut eas ori ad mouere non posset. Cum uero Constantinus munera pontificatus per annum obstinate exercuisset, tandem e sede deicitur a populo Romano, ita & indignitate rei percito: in eius usque locum omnium suffragiis Stephanus tertius sufficitur. Hanc ob rem Constantinus in basilicam saluatoris perductus, uidentibus omnibus, ac sacris canonibus plectis, ut fieri solet, deposito pontificali habitu, magistratu se abdicat, in monasterio uitam priuatam ducere iussus. Tunc uero Stephanus in basilica sancti Hadriani in tria fora a tribus episcopis consecratus, & ab uniuerso clero ac populo ut uerus pontifex salutatus, ad corrigendos mores quorundam improborum, labefactare integritatem ecclesiæ Romanæ uolentium, animam adiecit. Indicto itaque concilio, Carolum literis ac nuncijs adhortatur, ut primo quoque tempore episcopos quosdam Gallie ad hanc rem doctrina & integritate morum idoneos, Romam quam primum mittat. Idem quoque

Constantinus laicus initiatum sa-



cæteris principibus Christiani nominis scribit. Obtemperarunt omnes mandato pontificis. In lateranensi basilica concilium habetur. Multa inter se de componendis ecclesiæ rebus collocuti, Constantinum ad se perduci iubent. Nam cum Desiderij Longobardorum regis subornatione & Pauli cognomento Aphiartæ imperatoris Cōstantinopolitani fraude, crebræ seditiones in populo Romano orirentur, quod Desiderius reuocare animos Romanorum a Carolo ad imperatorem studeret: & interfecti plerique sunt, & Constantinus, cuius causa tot mala committebantur, ab aduersa factione reclamante Stephano & indignante, oculis capitur. Sed ire obuiam populo in furorē uerso non licet. Perductus itaque in medium Cōstantinus & accusatus, quod nullis sacris initiatus, sedem apostolicam occupasset, omne crimen in uim populi & quorundam facinorosorum reijcit, quod se etiam inuitum coegerint pontificatum obire. Cum uero in pauimento pronus & supplex iaceret ueniam petens, commiseratione moti qui aderant, eum e medio duci iubent: atque ita rem integram in sequentem diem reijciunt maturius consulturi, quid in tali re facere oporteret. Verum Constantinus sequenti die in concilium rediens, mutata sententia, ostendit quæ adhuc egerat, maiorum exemplo fecisse: quod & Sergius Rauennatum archiepiscopus, & Stephanus Neapolitanorum, ex laico episcopus creatus sit. Ob hanc uero impudentiam indignati, qui in concilio aderant, eum turpiter eijcetes, ad componendam rempublicam Christianam animum adiecere, abrogatis primo Constantini decretis. Institutum est autem omnium consensu, ne quisquam laicus, nisi per gradus ecclesiasticos ascendens, pontificatum occupare audeat sub anathematis poena. Promulgatum est item, ut qui episcopatus dignitatem Cōstantini tempore consecuti fuerant, magistratu se abdicantes, ad pristinos ordines reciderent. Quod si istorum uita & doctrina a populo probata fuisset, placere, ut ad sedem apostolicam uenientes, denuo consecrarentur. Idem de presbyteris & diaconis adiudicatum est. Veritum tamen est, ne qui istorum maiores gradus attingerent: uetitos credo, ne quid erroris, aut secta aliqua inde oriretur, tanquam ex seminatio quodam discordiæ ac seditionis. Constitutum est præterea, ut quæ Constantinus in re sacra egisset, irrita haberentur, præter baptismum & chrisma. Postremo uero abrogata synodo Constantini, qua decretum inter Græcos fuerat, ut sanctorum simulacra & statuae e templis abraderentur eijcerenturque: constitutum est, ut eadem statuae ubique restituerentur, anathematizantes execrabilem & perniciosam illam synodum, qua dei immortalis conditio peior quam hominum fieret. Referre enim statuas mortalium bene de reipublica meritorum licet, ne ingrati uideamur, utque eorum facta æmulatione imitari cogamur: dei non licet, quem semper ante oculos, si fieri posset, habere deberemus, si eius merita erga humanum genus, si naturæ diuinæ dignitatem inspicimus. His uero ex sententia peractis, decretum est ut sequenti die supplicationes haberentur, quibus & deo gratias agerent, & iram ipsius, si qua ex hominum peccatis concepta esset, placarent. Itum est autem a lateranensi basilica ad sanctum Petrum cum maxima omnium religione nudis pedibus, & a pontifice & ab

*\*omnibus* hominibus qui tum aderant. Nunc uero adeo refrixit pietas & religio, non dico nudis pedibus, sed caligati & cothurnati uix supplicare dignantur. Non flent inter eundem, uel dum sacrificatur, ut illi sancti patres: sed rident, & quidem impudenter, de his etiam loquor, quos purpura insigniores facit: non hymnos canunt, id enim seruire uidetur, sed iocos & fabulas ad risum concitandum inter se narrat. Quid plura? quo quis dicacior est & petulantior, eo maiorem in tam corruptis moribus laudem meretur. Seueros & graues uiros reformidat hic noster clerus. Quid ita? quia in tanta licentia malunt uiuere, quam bene monenti, aut cogenti obtemperare, & ob eam rem Christiana religio quotidie in peius labit. Ad Stephanum uirum sanctissimum redeo, qui peractis supplicationibus, statim quæ in concilio acta erant,

& uoce apocrifarij & scripto promulgauit, poenamque anathematis illis proposuit, qui abrogare auderent, quæ in sancta synodo instituerant. Verum non ita multo post mortuo Sergio Rauennatum archiepiscopo, Michael eiusdem ecclesiæ scriuarius sedem occupat, nullis sacris initiatus, adiuuante Desiderio rege & Mauritio Ariminensium duce, quos Michael pecunia & largitione corruerat, pulso Leone archidiacono, quem potissimum clerus expetebat. Ausi quinetiam missis ad Stephanum legatis eum pecunia subornare, ut eundem Michaelē in ecclesia confirmaret: qui non modo dona reiecit, uerum etiam edictum proposuit, quo ille anathematis poena notaretur, nisi sedem relinqueret, quam contra ius fasque occupauerat. Tandem tamen uir Rauennatum eam obtinuit, quam diu aliquid habuit & profanum & sacrum, quod Desiderio munerum cupientissimo largiretur. Verum cum pontifex eo legatos suos misisset, cum oratoribus Caroli regis ob eam rem in Italiam missis, admonuissentque quid maxime pontifex expeteret, statim eiecto Michaelē Leonem deligunt, quem pontifex confirmauit. At uero cum ob hanc rem a Desiderio clanculum uexaretur, Carolum rogat Desiderium admonere, ut ab iniuria inferenda caueat. Fecit id Carolus, & quidem per diligenter, retinere tamen hominem in officio armis non potuit, quod ei mortuo fratre, qui secum paribus animis biennio regnauerat, multa bella obire necesse fuit. Aquitanos enim, quod bellum pater inchoauerat, in potestatem suam redegit, Guascones domuit in Aquitania positos. Deinde uero transmissis Pyrenæis montibus, fuis ac fugatis Saracenis, usque ad Bætim flumen peruenit, quo nunc in Hispania Saraceni Granatæ se continēt. Interim uero Stephanus pastor quam diligentissimus, & uerus Petri successor, ac Christi imitator, quarto pontificatus sui anno moritur, mense quinto, die vii. & xxx. sepeliturque in basilica Petri. Eius autem ex morte dies nouem sedes tum uacat,

## HADRIANVS .I.

**H**Adrianus primus, patria Romanus, patre Theodoro summæ nobilitatis uir, pontificatum iniens, nequaquam a maioribus suis degenerauit. Nam magnitudine animi, consilio, doctrina, & sanctitate uitæ, cum quouis optimo pontifice comparari potest. Cuius amplitudinem Desiderius Longobardorum rex ueritus, statim de pace ineunda & de amicitia mentionem per legatos fecit. Verum Hadrianus cognita hominis perfidia plusquam punica, in aliud tempus pacem distulit. Interea uero mortuo Carolomanno, Berta eius coniunx Hildegrada Caroli uxori ob amplitudinem mariti inuidens, Adoarij cuiusdam consilio usa, cum filiis ad Desiderium regem in Italiã confugit, qui eam perbenigne suscepit: & quod se tutiorum futurum hac ratione ab impetu Gallorum existimabat, & quod Francos propositis Carolomanni filiis, facilius sumpturos arma in Carolum regem, si quid in se moueret, arbitraretur. Verum cum obtinere ab Hadriano precibus non posset, ut filios Carolomanni reges inungeret, ad uim conuersus, in Rauennates mouens ditiori Romane obtemperantes, Faentiam & Comachum uicem cepit. Præerat tum Rauenne archiepiscopus & tribuni tres, qui primo quoque tempore ab Hadriano auxilium petiere. Pontifex autem primo quidem Desiderium nuncijs & literis adhortatus est, ut suis finibus se contineret, nec ditionem ecclesiæ inuaderet. Deinde uero ubi intellexit eum Urbium, Senogalliam & Eugubium cepisse, tum magis atque magis minari, cum paulo post affuturum deum uindictam uiolati fœderis diceret. Qui quidem in tantis minis nil aliud dicebat, quam pontifici in suas partes tractandum esse. Separare enim hostem ab amicitia Caroli omnino nitentur, & ob hanc rem cum precibus & pollicitationibus id obtinere non posset, minabat se urbem breui obsesurum. Iam enim Spoletum cum Aldagasio Carolomanni filio uenerat, inde tamen ad urbem peruenturus (ut ipse dicebat) pacato agmine uoti gratia. Verum Hadrianus reductis in urbem reliquijs omnium basilicarum, quæ extra urbis mœnia habebantur,

tres episcopos ad Desideriū misit, qui ei sub anathematis poena minaretur, ne ullo modo fines Romanos attingeret. Rex igitur ueritus ne iram dei incurreret, in Cisalpinā statim rediit. Interea uero Carolus ab Hadriano de iniuria sibi illata certior factus, Desiderium per legatos admonet, ac frustra quidem, ut res iniuria ablatas pontifici restitueret: aliter se breui cum exercitu affuturum, ut quod sponte nollet, id ui facere cogeretur. Vtrinque igitur magni parantur exercitus, sed Carolus mira celeritate usus, praemissa parte copiarum quae in transitu alpium Louis montem occuparet, cum reliquo exercitu per montem Cinisium in Italiam descendit, fusoque ac fugato Desiderio obuiam facto, omnia longe ac late populatur & capit. Desiderius autem desperatis rebus tanto accepto incommodo, Papiam se recepit, uxore ac liberis Veronam missis. At Spoletini, Reatini ac Longobardi omnes, qui eas regiones incolebant, audita Desiderij calamitate Romam uenientes, se ac sua omnia Romani pontificis fidei committunt, adhibito iureiurando, deposito capillo & barba, quod apud eam gentem maximū ueræ deditiois signum erat. Horum secuti exemplum Anconitani, Auximates, Firmani, pontifici se ac sua libere dedit. Longobardi autem ad suos redire nolentibus, Vaticanā sedes ad incolendum concessa, quo postea ex tota Italia multi suae gentis confluxere, istorum exemplo permoti. At Carolus relicto Bernardo patruelis suo in obsidione Ticinensis urbis, cum parte copiarum Veronam proficiscitur. Quae quidem ciuitas haud ita multo post inclinate in partes Francorum Berta ac Carolomanni filijs, deditioem fecit. Aldegisius uero Desiderij filius inde abiens, ad imperatorem Constantinopolitanum confugit. Carolus autem acceptis in deditioem omnibus ferme Transpadanae Italiae urbibus, Romam petit, unā cum pontifice resurrectionis festum celebraturus: cui iam urbi appropinquanti ad tria millia iudicum honoris gratia accurrisse, Bibliothecarius scribit: iudices eos uocās, qui nequaquam sordidis artibus impliciti essent. Expectabat hominem Harianus cum clero suo in gradibus sancti Petri: quem quidem accedentem mira beneuolentia complexus est, nec retinere eum potuit, quo minus pedes suos exoscularetur. Inde post datam acceptamque salutem, basilicam ingressi, cum ad altare apostoli simul peruenissent, iurauerunt mutuo Carolus ac pontifex, Romani ac Franci, & perpetuam se amicitiam seruaturus: & communes eorum hostes fore, qui alteram partem lacerassent. Urbem deinde ingressus, omnes basilicas pie admodum & religiose inuisit, ac muneribus quibusdam ornauit. Nudius uero quartus posteaquam urbem ingressus fuerat, quod dono pater Pipinus Gregorio tertio dederat, eadem ipse amplioribus priuilegijs confirmauit iureiurando interposito. Quae quidem (ut Bibliothecarius refert) haec sunt, quicquid in Liguria ab urbe Luna iam pridem euersa usque ad alpes Italiae fines pertinet, huic ditioni additur, & Corsica insula: & quicquid Lucam & Parmam interiacet. Additur & Forumiulij cum hexarchatu Rauennatum, cumque Beneuentano & Spoletino ducatu. His autem rebus ita compositis, Carolus cum bona Hadriani gratia in Transpadanam rediens, sexto mense posteaquam obsideri coepit, Papiam deditioem occupat. In Desiderium autem clementia usus, hominem spoliatum regno, non etiam uita, Lugdunum cum uxore & liberis exulatum mittit. Versus deinde in Arachim Beneuentanum principem Desiderij generum, qui eius furores iuuerat, hominem pacem petere breui coegit, duobus filijs obsidibus datis. At uero dum iter in Cisalpinam facit, ad Cassinum diuertens religionis causa, omnia monasterij dona ab alijs principibus diuo Benedicto data confirmauit. Atque ita sedatis in tota Italia rebus, propositisque Cisalpinæ firmissimis praesidijs, cum magna praeda & gloria in patriam reuertit, Caroli fratris uxorem & liberos secum ducens, quos quidem semper in honore habuit. Paulum quoque Longobardum Aquileiensis patriarchatus diaconum, Desiderio ob doctrinam & ingenium admodum charum, secum in Galliam ducens,

libertate donauit: in precioque aliquandiu habuit. Verum cum postea comperisset hominem Desiderij libertatem quaerere, eum in Diomedis insulam relegauit, unde post aliquot annos aufugiens, & ad Arachim perueniens, rogatu Adelpergae Desiderij filiae & Arachis uxoris, Eutropij historiae duos libros addidit, a Iuliano principe usque ad primi Iustiniani tempora omnia perscribens. Mortuo inde Arachi, Cassinense coenobium ingressus, reliquum uitae sanctissime usque ad mortem ducens, saepe ad Carolum regem literas elegantes, & humanitatis plenas scripsit, ab eodemque a quo fuerat ob literaturam seruatus, uicissim accepit. Longobardi itaque quarto & ducentesimo anno postquam in Italiam uenerant, regnum amisere, anno domini septingentesimo septuagesimo sexto. Carolus autem nulla interposita mora in Saxones idololatrias, qui ob eius in Italiam discessum rebellauerant, mouet, eosdemque, quibus cum ad triginta annos bella gesserat, uincit, & fidem Christi omnino suscipere cogit. Conuersus deinde in Hispanos, a nostra quoque fide alienos, Pampalunam & Augustam ui captas militibus diripiendas concessit. Neque Hispanis pacem & quietem daturus erat, nisi ipsi quoque integre fidem Christi recepissent. In Galliam uero tum quoque rediens, rebus ex sententia gestis, dum Pyrenaeos transiit, in Guasconum insidias incidit: quo in praelio licet se acriter tutatus sit, Anselmum tamen & Egibardum summos in bello duces amisit. Sunt qui eo quoque praelio cecidisse scribant Rolandum Caroli ex sorore nepotem, post editam ingentem hostium caedem & stragem. Perierit ne sit (ut aiunt) an uulnere, haud satis constat. Vascones uero tandem a Carolo superati, defectiois ac perfidiae meritas poenas dedere. Mouet bellum in Francos Taxillo Baouariae dux Desiderij gener, sollicitatis Hunnis, quod quidem celeritate sua prius pene Carolus confecit, quam inchoatum sit: huic quoque pacem non negauit acceptis prius obsidibus. Dum haec in Gallia gererentur, Constantinus in oriente imperator elephantiae morbo, correptus, unde fortasse nata est illa de lepra magni Constantini uana opinio ob similitudinem nominis, moriens Leonem quartum imperatorem reliquit, qui adeo gemmis delectatus est, ut direpto sacrario sanctae Sophiae, coronam magni poderis ac precij sibi constituerit: qua quidem ita frequenter utebatur, ut aut propter pondus, aut ob frigiditatem lapillorum subito morbo correptus sit. Idem quoque accidisse nostra aetate Paulo secundo putauerim, qui adeo his muliebribus delinimentis delectatus est, conquisitis undique magno precio gemmis, & exhausto pene ecclesiae Romanae arario, ut quotiescunque in publicum prodiret, Cybeles quaedam Phrygia ac turrita, non mitrata, uideretur. Hinc ego ortam tum sudore praepinguis corporis, tum gemmarum pondere apoplexiam illam puto, qua correptus subito morbo interiit. Leone itaque mortuo, Irene eius uxor & filius Constantinus sextus imperium accipientes, concilio trecentorum & quinqueaginta episcoporum in Nicea urbe secundo habito instituire, ut qui sacras imagines delendas dicerent, perpetuo anathemate notarentur. Quam quidem constitutionem Constantinus adolescens patris flagitia secutus, quorundam improborum suasu, non ita multo post & abrogauit, & matri omnino administrationem imperij abstulit. Repudiata deinde uxore, Theodoram eius ancillam corona imperij augustiorem redditam, in suos complexus traduxit. Subornauit & duces suos, quos in Italia habebat contra finitimos: hos quidem unico nuncio sua autoritate Carolus in officio continuit, qui tum in Sclauos & Hunnos (quos Ungaros merito dicemus) copias mouerat, quod horum incursionibus circa Danubium uexarentur omnia, quibus certe perdomitis, in Franciam duxit maiorum suorum natale solus: unde Franci nomen sumpserunt. Qua quidem prouincia haud magno negotio in potestatem suam reducta, biennio post Theophylacius & Stephanus episcopi insignes Hadriani nomine synodum Franco- Germanorumque episcoporum habuerunt: in qua & synodus

Synodus  
septima  
abrogat.  
& hære-  
sis Felici-  
ana.

(quam septimam Græci appellabāt) & hæresis Felicianæ de tollendis imaginibus abrogata est. Hadrianus uero opera & autoritate Caroli a terrore bellico securus, ad exornandam urbem sacrarumque basilicas animū adiecit. Nam & corpus beati Pauli laminis argenteis inclusit: & altare Petri, pallio exornauit auro intertexto, in quo depicta historia inerat, quemadmodum angelus beatum Petrum e uinculis liberauerat. Restituit item & strauit marmoribus Pauli apostoli atrium, iam antea uetustate collapsum. Instituit item, ut singulis diebus centum pauperes in atrio Lateranensi pascerentur, in quo etiam discumbentes pauperes pisci cernebantur. Restituit præterea magna impensa aquæ ductus quosdam & uetustate & hostium maleficio collapsos: Alphentinū potissimum ductū, iam antea ab Augusto uia Claudia ex lacu Alphentino duobus ac uiginti millibus passuum in subiacentem trāstiberinam regionem magis ad usum hortorum, naumachiarum, thermarumque, quam ad potum, cum aqua illa insalubris haberetur. Sabatinum uero ex lacu sabatino nomen ducens, quem quidem lacum alio nomine angularem appellant, a tribus angulis, quos præ se fert, uia aurelia in uaticanū duxit, ut eo uterentur sacerdotes beati Petri, tum ad usum basilicæ, tum ad lauandos Christi pauperes, qui in paschate elemosynam accepturi lauabantur ad imitationem apostolicæ doctrinæ & religionis. Molendi quoque usum ea aqua interdum præstabat, e Ianiculo in planum cadens. Sabatinum autem lacum angularem etiam appellatum fuisse declarat emptio Polæ Rutiliæ, quæ fundū hac ratione in ripa lacus sabatini uel angularis emit, ut quicquid agri exhausto lacu desiccaretur, id fundo Polæ adiudicaretur, quaqua uersum fundus tenderet. Restituit & Iuliam a duodecimo lapide uia Latina in urbem ductā, quæ quidem (ut ait Frontinus) Tepulæ ex agro Tusculano ductæ riuum intercipit. Ita uero Claudiam formam reparauit uia sublacensi conceptam ad trigésimum octauum lapidem ex duobus fontibus amplissimis, ut eius aquæ pars in baptisterium saluatoris ad lateranum deriuaret. restituit etiā uirginis formam ab octauo lapide uia collatina in urbem introductam. Tecta quoque multarum basilicarum ob uetustatē ruinam minantia, resarsit. Dum uero his operibus detineretur Hadrianus, adeo in immensum excreuit Tiberis, ut & portam flamineam a fundamentis euerterit, & pontem Antonini Pij, quem olim publicium uocarunt, inter Ianiculum & Auentinum, & multa urbis ædificia demolitus sit, secū & arbores & segetes & urbis ornamenta trahens. In tanta autem calamitate hac diligentia Hadrianus usus est, ut per uicos nauiculas mitteret, unde cibaria ob excreuit aquæ egredi domo nequeuntibus subministrarentur. Eos præterea qui tanta calamitate magis ac magis uexati fuerant, & uerbis & muneribus consolatus est. Turres & urbis muros collapsos restituit, centum auri libris in eo sumptu expensis. Quid plura? nil prætermisit in uita Hadrianus, quod ad bonum principem, & ad optimum pontificem pertineret. Nam & religionem Christianam, & libertatem ciuium suorum & uitam pauperum, pupillorum, uiduarum acerrime tutatus est. Moritur autem pontificatus sui anno tertio & uigesimo, mense decimo, die decimosextimo, sepe liturque magna cum laude in basilica Petri sexto calendis Ianuarij.

### LEO .III.

xcviij. pō  
tifex.

Leo tertius, patria Romanus, patre Azzupio, pontifex creatur, ac merito quidem. Ab ineunte enim ætate ita erat educatus & eruditus disciplina ecclesiastica, ut dignus esset qui cæteris anteferreretur. Fuit præterea uir castus, integer, pudicus, facundus. Doctorum uirorum ita amator, ut eos undiquaque ad se præmijs alliceret, eorumque consuetudine mirum in modum delectaretur. Præterea uero ægroto uisere, eosque ad patientiam adhortari, elemosynas indigentibus præbere, desperatos consolari, errantes in uiam rectam deducere, prædicationibus, admonitionibus, quibus plurimum ob eloquentiam & doctrinam ualebat, ei peculiare fuit,

homo certe ita mitis ingenij, ut omnes diligeret, neminem odio haberet, tardus ad iram, ad miserendum promptus, insignis pietate, fortissimus rerum ecclesiasticarum, honorisque diuini procurator & defensor. Creatur itaque (ut dixi) pontifex uno omnium consensu in nataliis Stephani protomartyris, sequentiq; die acclamantibus omnibus præ favore in sede Petri collocatur. Eisdem uero temporibus Constantini imperatoris mater Irene, filij flagitia nequaquam ferens, impellitibus quibusdam ciuibus Constantinopolim reuertitur, ac Constantinum captum oculis in carcerem coniecit: ubi & merito tanquam sacrilegus minimaque pietatis, quippe qui matrem relegauerat, uitam finiuit. Interim uero cum Carolus multis rebellatibus undique laceraretur, Pipinum filium in Ungaros misit: quos quidem grauib; prælijs superatos, tandem ad deditiōem compulit. Adelphonsus autem Asturiæ & Galliciæ rex, acceptis a Carolo auxiliaribus copijs, superatisque Saracenis, Vlyxibonam uicē cepit. qui uero in presidio Barchinonæ erat, Carolo, audita Adelphonsi uictoria, se confestim dedunt. Superantur & Bauari, qui Foro iulianos uexabant ab Henrico Caroli præfecto. Interea uero Leo tertius dum supplicationes a beato Gregorio institutas, Romæ agit cum populo & clero, Paschalis primicerij & Campuli presbyteri fraudibus apud ædem beati Syluestri captus, ac pontificali amictu priuatus, multisque uerberibus adeo cæsus, ut oculis & lingua captus putaretur, in monasterio sancti Erasmi in uincula coniecit: unde postea Albinus cubicularij industria custodes fallēs, in uaticanum sese proripuit: ibique tandem latuit, quoad Vinigisus Spoletinorum dux clanculum accersitus, eum incolumem Spoletum perduxit, cohortibus militum in itinere stipatum, ne aliqua hostium ui obrueretur. At seditiosi cum sauire in Leonem & Albinum non possent, eorum domos a fundamentis diruunt. Eisdem quoque (adeo audaces erant & temerarij) ad Carolum, qui tum bellum contra Saxones gerebat, quoque Leonem profectum intellexerant, accusandi hominis causa peruenere. Verum Carolus reiecta in aliud tempus disceptatione, pontificem cum egregio comitatu Romam mittit, se eo breui peruenturum pollicitus, componendarum rerum Italicarum gratia. Leoni uero ad pontem miluium honoris & gratulationis causa clerus ac populus Romanus obuiam factus, uirum sanctissimum in urbem introducunt. Carolus autem non diu immoratus per Maguntiacos in Belgis positos, Noricumque montē in Forum iulij descendens, Taruisinos graui supplicio afficit, quod Henricum præfectum occidissent. Creato uero in huius demortui locum altero, Rauennam primo, mox Romam expectatus proficiscitur. Urbem ingredienti omnia certe, & merito quidem honoris genera adhibita sunt. Octauo autem die postea quam urbem ingressus fuerat, in basilica Petri astante populo & clero, episcoporum omnium, qui eo ex tota Italia & Francia conuenerat, sententias de uita & moribus pontificis rogat. uerum ab omnibus una uoce responsum est, sedem apostolicam omnium ecclesiarum caput, a nemine (laico præsertim) iudicari debere. Omissa autem ob tam graue responsum a Carolo quaestione, Leo pontifex qui id iudicium maxime expetebat, suggestum conscendens, ac euangelia in manibus retinens, iureiurando affirmauit se omnium rerum, quæ sibi obijcerentur, in fonte esse. Fuit is dies idibus decembris salutis anno octingentesimo. Dum hæc autem Romæ agerentur, Pipinus mandato patris Beneuentanos duce Grimoaldo finitimos suos uexantes aggressus, magnis cladibus ita perdomuit, ut ægre se mœnibus tuerentur: cui bello Vinigisum Spoletinum ducem præficiens, ad patrem reuertitur imperij coronam breui sumpturum. Nam pontifex Carolo optime de ecclesia dei merito aliquam gratiam relaturus, cum uideret imperatores Constantinopolitanos ægre id nomen tueri, ac ob eam rem urbem & Italiam ipsam magnas calamitates passam, in basilica Petri post solennia sacra, populi Romani scito ac precibus ipsum Carolum magna uoce imperatorem de-

Irene cō  
stantini im-  
peratoris  
mater.

Sedes  
apostoli-  
ca omni ec-  
clesiarum  
caput.



cernit, ac diademate donat, ter acclamate populo Romano: Carolo Augusto a deo coronato magno & pacifico imperatori uita & uictoria. Pontifex item hominem inuixit una cum Pipino filio, quem Italiae regem solenni decreto pronunciauit. Accepta itaque imperii potestate Carolus, Campulum & Paschalem coniurationis reos, capite plectendos censet. At pontifex omni ex parte clemens, a Carolo rege tamen obtriuuit, ut his uita condonaretur, in Franciamque tantummodo relegarentur. Post hoc uero fuere qui Carolo suaderent, ut omnes Longobardos Italia expelleret. Verum cum id nequaquam tutum uideretur, quod multis Italiae populis sanguine & affinitate coniuncti essent, censuere simul & Carolus & Leo, Longobardorum nomen ibi tantummodo remaneret, ubi ea gens praecipue sedem habuisset. Pipinus autem cum in Samnium redisset, frustra per aliquot menses Beneuentum oppugnasset, Theate se conferens, oppidum uicium captum incendit ac diripit. Inde Ortonam & Luceriam mouens, eas ciuitates timore percussas in ditionem statim accipit, ac Grimoaldum Beneuentanum ducem Luceriae capit: qui non ita multo post dolore animi periit. Interea uero Constantinopolitana imperatrix missis in Italiam legatis, cum Carolo pacem & foedus iniit, imperiumque his terminis diuisit, ut Irene ea Italiae parte potiret, quae ad dexteram Neapoli incipiens, ad sinistram Siponto (quae urbs nunc Manfredonia dicitur) infero superoque mari clauditur una cum Sicilia. Reliqua uero Italiae pars Carolo ipsi ex foedere obtigit, ea tamen loca semper excipio, quae ditionis ecclesiasticae habebantur. At Nicephorus patricius aegre ferens Irene mulieris imperium, cum eam dolo captam Lesbum in exilium misisset, foedus iam antea initum per legatos cum Carolo renouat, qui tum Saxones toties deficientes, migrare in Franciam cum uxoribus & liberis compulsi, eos in itinere cum legionibus subsequens, ne quid malefici inter eundem committerent. At Leo cum seditionibus semper uexaretur, ab urbe discedens, Mantua proficiscitur ad uisendum Christi sanguinem, qui tum miraculis magno in precio erat. Is autem a Mantuanis perbenigne susceptus, approbato Christi sanguine ob frequentia miracula, ad Carolum proficiscitur, ut hominem ueritatis cognoscendae cupidum, eius rei certiore faceret: simulque etiam ut de componendis rebus Italicis inuicem colloquerentur. Rediens deinde in Italiam, adiuuante Pipino rege, mandato patris, de coniuratis quibusdam & seditiosis non sine clementia supplicium impit. Carolus autem iam senio grauis, cum intellexisset Pipinum, quem (ut diximus) Italiae regem praefecerat, Mediolani mortuum esse, Lodouicum filium minorem natu, Aquitaniae regem & imperii successorem, Bernardum uero nepotem Italiae regem declarat, eique mandat ut Lodouico rebus in omnibus obtemperet. Finis imperii hos esse uoluit: in Gallia Rhenum ac Ligerim, qui in Celtis oriens, eos a Biturigibus diuidit: in Germania uero Danubium & Saum fluuios: his autem praecipue Aquitania, Gasconiam, magnam partem Hispaniae, cisalpinam Galliam, Saxoniam, utraque Pannoniam, Istriam, Tiburinos addidit: maritima uero Dalmatiae imperio Constantinopolitano subiecta erant. Rebus autem ita compositis, dum Aquisgranum esset ualitudinis causa propter aquas calidas, quae ibi scaturiunt, febre ac dolore laterum moritur, aetatis suae anno secundo & septuagesimo, quinto calendis februarum: salutis uero anno octingentesimo ac quintodecimo. eius autem corpus nullo non genere honoris adhibito, in templo beatae uirginis, quod ipse magnis sumptibus Aquisgranum extruxerat, sepelitur, hoc addito epigrammate:

MAGNI CAROLI REGIS CHRISTIANISSIMI, ROMANORVMQVE IMPERATORIS CORPVS HOC SEPVLCHRO CONDITVM IACE T.

Fuit autem Carolus, si eius res gestas tum domi tum foris inspicis, tantae amplitudinis & integritatis imperator, ut postea neminem superiorem, nedum parem ha-

buerit. adeo autem (cum ei per ocium liceret) studiis literarum delectatus est, ut primus (suadente tamen Albino) gymnasium Parisiense instituerit. Tres autem menfas argenteas habuit, quarum unam (in qua urbs Constantinopolitana insculpta erat) basilicae beati Petri, aliam (ubi imago urbis Romae cernebatur) ecclesiae Raennati dono dedit. Tertiam filius reliquit, ubi inerat orbis terrarum descriptio. Sunt item qui scribant hanc auream fuisse. At uero Leo pontifex restituto sancti Pauli recto, quod terrae motu conciderat, aedificatoque a fundamentis apud sanctum Petrum amplissimo hospitali, quod Graeci xenodochion uocant, necnon institutis trium dierum supplicationibus ante diem ascensionis, quibus prima die ab ecclesia dei genitricis ad Praesepe ad basilicam Constantinianam, secunda ab ecclesia beatae Sabinae martyris ad sanctum Paulum, tertia a sancta cruce in Hierusalem ad Laurentium extra muros ibatur, moritur primo ac uigesimo pontificatus sui anno, quo etiam cometes apparuit (ut nonnulli putant) tantae calamitatis indicium. Sepelitur autem in basilica Petri pridie idus Iunij, eius in morte sedes tum uacat diebus decem.

## STEPHANVS .III.

xcix. p̄.

Stephanus quartus, patria Romanus, patre Iulio, pontificatus sui mense tertio ad Lodouicum imperatorem in Gallias proficiscitur: quam ob rem autem id fecerit, haud satis constat. Sunt tamen qui coniectant, id ab eo factum ad uitandam seditionem & reliquias campulianae coniurationis, quae iam inualecebat mortuo Leone. In aurelianis tunc erat Lodouicus imperator cognomento Pius: qui ubi intellexit pontificem aduentare, statim ei honoratissimum quendam obuiam misit: maxime uero Theodolphum aurelianorum episcopum, cum clero & magna populi parte. Ipse uero ad primum lapidem prodiens, cum hominem uidisset, ex equo descendit: atque eum, data acceptaque salute, cum maxima ueneratione in urbem introducit, praecedente clero, ac saepe carmen repetente, Te deum laudamus. Erat enim Stephanus ex nobili genere ortus, tantae doctrinae & integritatis, ut facile apud omnes sanctitatis nomen nascere: quippe qui sub duobus sanctissimis uiris Hadriano & Leone educatus, rationem bene ac beate uiuendi didicerat. In urbem introductus, sustentante eum imperatore propter impetum multitudinis studio uidendi concurrentis, in regiam diuertit, ubi & saepe cum imperatore de componendis Italiae rebus collocutus est: & ita se mutuo conuiujs exceperit, ut raro alter sine altero conuicium bellis, sese obicere hosti necesse fuisset. Nam & Vascones ab imperio deserant, quos breui in potestatem suam redegit. Britones res nouas molientes, armis in officio continuit, & conuentu Aquisgranum habito, legatis Saracenorum Casarem Augustam incolentium pacem concessit. Abiturus itaque Stephanus ad imitacionem saluatoris nostri, qui etiam inimicis pepercit, a Lodouico impetrauit, ut exulibus omnibus & captiuis, quos sceleris conuictos in Leonem admissi Carolus multauerat, redire ad urbem Romam liceret. Secum quoque detulit crucem magni poderis magnaeque aestimationis, quam Lodouicus sua impensa beato Petro dicauerat. At uero sanctissimus pontifex ad urbem rediens, septimo pontificatus sui mense uita functus, in basilica Petri sepelitur. Sedes autem eius morte dies undecim tum uacat.

## PASCHALIS .I.

c. pont.

Paschalis patria Romanus, patre Bonoso, nulla interposita imperatoris autoritate pontifex creatur. hanc ob rem ubi pontificatum iniit, statim legatos ad Lodouicum misit, qui eius rei culpam omnem in clerum & populum reijcerent, quod ab his uicinctus esset pontificium munus obire. Accepta hac satisfactione Lodouicus respondit populo & clero, maiorum instituta & pacta seruanda esse, caueret

ne deinceps maiestatem laderet. In conuentu autem apud Aquisgranum habito, Lotharium filium maiorem natu, imperij socium sibi diligens, Pipinum secundum a Lothario Aquitaniam, Lodouicum tertium, Bauariae reges appellauit. At uerocum Bernardus Italiae rex, instigatibus quibusdam episcopis & seditiosis ciuibus, ab imperio defecisset, coegissetque ciuitates quasdam & populos in sua uerba iurare, Lodouicum in se concitauit, qui praefectos quosdam copiarum cum satis ualida manu in Italiam misit. Horum uero impetus retardare conatus Bernardus, in alpibus superatur. Seditionis autores statim capti necantur. Ipse uero Bernardus quauis supplex ueniam peteret, Aquisgranum supplicio capitali afficitur. Episcopi autem tanti mali autores, synodali decreto in monasteria quaedam relegantur. Sedato itaque Italico tumultu uerius quam bello, in Saxones qui ab imperio defecerant, copias mouet, eorumque tyrannum Viromarchum regnum affectantem, & secum congregandi ausum, superat atque interficit. Deinceps uero Lotharium filium regem Italiae declaratum, ad pontificem misit, a quo in basilica Petri inungitur, & Augustus appellatur. Interea uero tumultuante Italia, & ad res nouas spectante, cum Lotharius tantis motibus nequaquam se parem cerneret, maiores exercitus paraturus, ad patrem se contulit. Hanc ob rem Theodorus primicerius & Leo nomenclator Romae in lateranensi palatio per seditionem confossis oculis necantur. Fuere qui tantum crimen in Paschalem reuerterent: qui quidem in synodo triginta episcoporum habita, & coniecturis, & rationibus, & iuramento, a tanto se crimine liberauit. Accipit hanc satisfactionem Lodouicus, & ut Bibliothecarius ait, cum Paschali rescriberet, ne deinceps seditio ex re incerta oriretur, ciuitates Hetruriae imperio subiectas literis declarauit: Aretium, Volaterras, Clusum, Florentiam a patre Carolo restitutam & auctam, Pistorium, Lucam, Pisas, Perusiam, & Urbem ueterem; caetera uero ecclesiae Romanae ascribebat. Addidit & Tudertum in Umbria & ultra apenninum Flamineam, ac Rauennae urbis hexarchatum. Idem quoque Bibliothecarius scribit, Lodouicum liberam eligendorum episcoporum potestatem Paschali dedisse, cum antea ea quoque in re imperatores consulerentur: quam potestatem ab Hadriano pontifice Carolo concessam, idem autor refert. Paschalis itaque, quem Stephanus ob eius uirtutem & doctrinam, dum uiueret, monasterio beati Stephani martyris in Vaticano praefecerat, pontificatum iniens, & corpora sanctorum minus religiose iacentia, in urbem cum maxima ueneratione introducta, honestiore loco recondidit. Et captiuos persoluto creditoribus precio, e uinculis liberauit. Idem quoque Praxedis beatissimae Christi martyris templum a fundamentis extruxit, non longe a ueteri, quod iam ob uetustatem & incuriam sacerdotum ruinam minabatur: quo quidem in templo a se dedicato & saepe celebrauit, & multorum corpora sanctorum collocauit, iam ante in coemeterijs passim & sine ueneratione iacentia. Extat & in eadem basilica oratorium beatae Hagneti dedicatum, quod ipse pluribus ornamentis augustius reddidit. Idem quoque beatae Caeciliae templum extruxit, quod carmen in apside notatum, nunc etiam indicat, eo quoque loci & ipsius uirginis & eius sponsi Valeriani, Tiburtii, Maximii martyrum, Urbani, Lucii, pontificum corpora collocauit, multis additis muneribus & ornamentis ex auro, argento & quouis genere marmorum. Restituit praeterea beatae genitricis templum ad praesepe uetustate quassum, eiusque apside in meliorem formam redegit. Qui non ita multo post nullo religionis, pietatis, humanitatis, benignitatis exemplo praetermissis, septimo pontificatus sui anno, mense tertio, die decimoseptimo moritur, sepeliturque in basilica Petri. Vacat tum sedes dies quatuor.

## EUGENIUS .II.

**E**Vgenius secundus, patria Romanus, patre Boemundo, tantae religionis, sanctitatis, doctrinae, humanitatis & eloquentiae fuit, ut omnium consensu pon-

*Liberas eligendorum episcoporum potestatem Paschali dedit.*

*i. pont.*

tifex crearetur, eo maxime tempore quo Lotharius in Italia ueniens, magistratum delegit, qui populo Romano ius diceret. Romani enim imperate Carolo ac filiis, libertate aliqua post longam & grauem seruitutem usi sunt. Interim uero Lodouicus cum quadraginta diebus ferro ac flamma Britanniam uastasset, acceptis obsidibus Rhotomagum petit, ubi Michaelis Constantinopolitani imperatoris oratores audit, eum consulentes, quid de sacris imaginibus faciendum censeret, abolendae ne, an restituendae uideretur. Hos autem ad pontificem reiecit, cuius maxime intererat ea de re decernere. Bulgaros deinde Pannonias inuadentes primo quidem repulsi: uerum cum Haydo Aquitaniae praefectus rebellasset, Abderamanni Saracenorum regis auxilijs fretus, omittere tantum bellum necesse fuit, hanc ob rem Bulgari per medias Pannonias in Dalmatiam infesto agmine penetrarunt. Sed antequam Lodouicus in Haydonem mouisset, magnam Hispaniae partem deficientibus populis iam occupauerat, dimissa circumquaque classe, quae maritimas ciuitates uexaret. Solutus autem Bernardus Barchinonensem comes terra marisque uexatus, in imperatoris fide permansit. At Eugenius dignitate corporis & praestantia animi insignis, spretis rebus omnibus humanis, uel potius fortunae bonis, ad munificentiam & liberalitatem uersus, adeo rem frumentariam curauit, ut nullibi uilius quam Romae annona uenderetur. Praeterea uero pauperum, pupillorum, uiduarum causas & uitam ita rutatus est, ut ab omnibus merito pauperum pater diceretur. Hoc autem genere uiuendi, & ante pontificatum usus est: & dum beatae Sabinae in Auentino presbyter esset, quam pontifex in meliorem postea cultum restituit: & dum basilicae Lateranensis archipresbyter esset, quo ex loco deinceps tantae integritatis & modestiae fuit, ad pontificatum omnium suffragijs tractus est. Huius praeterea opera & precibus captiui omnes & exules ex Gallia tandem ad urbem rediere, quos bonis paternis & fortunis omnibus spoliatos, suis facultatibus sustentauit, & in uita retinuit. Per eum quoque non stetit, quo minus Sico dux Beneuentanus Neapolitanos obsidione solueret, quos tum uehementer premebat: unde beati Ianuarii corpus Beneuentum transtulit, & in maiori basilica cum Desiderio & Festo honorifice collocauit. Siconem nanque mouere in Saracenos pontifex adhortabatur, qui Panhormum in Sicilia iam ceperant. Cum his itaque artibus in pontificatu annis quatuor uixisset, moritur pontifex optimus collachrymantibus omnibus, & suam uicem potius quam mortem sanctissimi uiri dolentibus, cum mors ei ad felicitatem uia optatissima esset, sepelitur autem in basilica Petri apostolorum principis.

## VALENTINVS .I.

**V**alentinus patria Romanus, patre Leontio, tantae uirtutis & sanctitatis fuit, ut nondum presbyter, sed diaconus summum pontificatus gradum meruerit: nec mirum, quippe cum apud Paschalem & Eugenium uiros sanctissimos & doctrinam & rationem bene ac sancte uiuendi a teneris annis usque ad maturam aetatem didicerit. Non ludis, non iocis, aut uoluptatibus intentus, ut plerique omnes adulescentes facere consueuerunt, sed doctrinam & beate uiuendi normam ex lectione ueterum, & exemplo sanctorum pontificum sumens. Fuit praeterea in homine tanta ingenij dexteritas, tanta eloquentia, ut facile quod uellet suaderet & dissuaderet: nil nisi sanum, & quod doctrinam saperet ac modestiam, proponens. Postremo autem pietate, clementia, liberalitate, tum in uita priuata, tum in pontificatu, nulli maiorum secundus est habitus. Has ob res omnium consensu pontifex creatus, meritis hominum qui tum erant id fortasse exigentibus, quadagesimo pontificatus sui die moritur, ac in basilica Petri sepelitur, conuerentibus omnibus eum hominem sibi morte sublatum esse: quo stante labefactari Romana libertas & Christiana religio uix poterat. Vacante autem sede Sicardus dux Beneuentanus, qui patre mortuo tyrannicam uitam ducebat, Deus dedit montis Cassini abbatem a quo pecu-

*cij. pont.*

*k. ij.*

nias expetebat, in carcerem coniecit, quo in loco non sine opinione sanctitatis mortuus est.

ciiij. pont.

GREGORIUS .III.

Saraceni  
Asiam occupauerunt.

Corpus  
S. Marci  
à Venetis  
mercatoribus  
in patriam  
delatum est.

Gregorius quartus, patria Romanus, patre Iohāne, tituli sancti Marci presbyter, eo tempore pontificatum inijt, quo & Saraceni Asiam occupantes, ad sancta Palæstinæ loca Christianis aditum interclusere, & Mauri in Siciliam classe delati, ipsius insulæ magnam partem vastauerunt, occupato (ut dixi) Panhormo: Nec prohibere Veneti potuerunt quo minus id facerent, eo classe rogatu Michaelis imperatoris Constantinopolitani contendentes. Maior enim erat Maurorum classis, maiores etiā nauales copię. Crescebat tum res Veneta, quæ originē a Venetis omnibus habuerat, eo maxime tempore, quo Hunni Attila rege Aquileiam, Concordiam, Altinū, aliasq; Venetiæ prouinciæ urbes ceperunt ac diruerunt, a sæuitie barbarorum solis æstuarijs & paludibus se ipsos tuentes, Dux Venetorum Iustinianus Patricius tum erat, cuius nomen ideo commemorare libuit, quod suis temporibus corpus sancti Marci Alexandria mercatoribus Venetis in patriam delatum est: ubi nunc in maxima ueneratione habetur, extructo egregio templo in celebriori urbis loco, multisq; donarijs in ipso sacello reconditis. Hinc primum Veneti Marci imaginē urbis patroni in uexillis retulere. At uero Gregorius cum intelligeret a Venetis barbaros pelli ex insula non posse, legatos ad Lodouicum & Lotharium misit, qui eos rogarent, ut primo quoq; tempore Siculis auxilium ferrent. Tergiversabantur hi, cum dicerent id bellum ad Michaelem imperatorem Constantinopolitanum pertinere, se tamen paratos esse communi impensa communibusq; copijs rem ipsam gerere. Interea uero cum legati ea de re ultro citroq; mitterentur, Bonifacius Corsicæ comes cum fratre Bertario, & auxilijs quorūdam populorum Herruricæ, classe in Africā delati, inter Uticam & Carthaginem quater cum hostibus congressus, tantam hominum stragem edidit, ut coacti sint Mauri, ut olim a Scipione uexati, suos ex Sicilia reuocare, qui patriæ laboranti auxilium ferret. Hac igitur ratione Sicilia a barbarorum manibus liberata est. Redijt itaq; ex Africā in Corsicam Bonifacius cū classe uictrici ingenti præda onusta. Sunt qui scribant, dum omnia ubiq; in Italia pacata essent, Lotharium ægre ferentem quod Lodouicus Carolo natu minimum, cui postea Caluo cognomen fuit, rebus in omnibus sibi præferret, patri uincula indidisse, nec ita multo post eum liberū dimisisse: eaq; opportunitate barbaros illectos, ex Africā cum ingenti classe in Italiā delatos, Centumcellis applicuisse, urbemq; (quæ nunc ciuitas uetus appellatur) ut quidam uolunt, delesse. Atq; inde Romam mouentes, urbem ipsam cepisse, quod quidem uero dissonum est. De Centumcellis non negauerim. Barbaros uero urbē oppugnare adortos constat: sed Guidone Cisalpinæ Marchione eam acriter defendente, in cæcis suburbij ac basilicis Petri & Pauli uia latina, in saltum Cassinatē mouentes, ubi sancti Germani oppidum & monasterium beati Benedicti in monte positum euertissent, iuxta Lyrim fluuium ad mare descendentes classe ab Hostia eo auecta, Tarentum & Siciliam inuasere: atque (ut dixi) Bonifacij uirtute in patriam a ciuibus bello oppressis reuocati sunt. Crediderim ego tū Bartholomæi apostoli corpus ex Lipari Siciliæ Beneuentum translatum fuisse a Sicardo Beneuentanorum principe, qui tanto bello interfuit, ne sanctissimi apostoli corpus in hostium Christiani nominis manus deueniret. Ad Gregorium redeo, qui tantæ modestiæ fuit, ut electus a clero populoq; Romano, non prius pontificiū munus obire uoluit, q̄ a legatis Lodouici imperatoris ob eam causam Romā missis, qui diligēter tām electionem discusserāt, cōfirmatus est. Fecerat id Lodouicus non superbia motus, sed ne iura imperij amitteret, quippe qui natura clemēs & humanissimus sit habitus, quiq; iura ecclesiæ & dignitatē semper tutatus sit. Instituit enim ne Christi fer-

ut ulli seruituti humanæ subiecti essent: & ut unaquæq; ecclesia suos proventus haberet, unde sacerdotes uiuerēt, ne ob inopiam rerum cultum diuinum desererent: ne ue ob necessitatem quæstui sese dederent. Idem præterea octingentesimo ac trigesimo dominicæ incarnationis anno synodum multorum episcoporum habuit, excogitatum ad honorem dei & utilitatem ecclesiasticæ dignitatis: in qua quidem constitutum est, ne episcopi & clerici cuiusuis gradus, preciosas & exquisitas uestes, utpote sericas & coccinei coloris aut bracteatas ferrent: ne in digitis gemmas, nisi dñi præfules sacrificant: ne in cingulis, calceis, aut crepidis aurū & argentum ferrent, quæ certe procul omni religionē sunt, & magnæ incontinentiæ ac uanitatē signa manifestissima. Utinam nostris temporibus Lodouice uiueres. Indiget nunc ecclesia tuis sanctissimis institutis, tua censura: adeo in omnem luxum & libidinem sese effundit ecclesiasticus ordo, coccinatos & trabeatos nūc inspiceres non homines, quod leue fortasse uideretur, sed equos & iumenta, præcedente dum incedunt magno adolescentum, & altero presbyterorum agmine subsequente, non in asinis, ut Christus nostri dogmatis autor, & bene uiuendi unicum in terris exemplar, sed in equis præferocibus & phaleratis, ac si ex hoste deuicto triumphum ducerent. De argenteis uasis, & egregia eorum supellectile, decq; cibarijs nō attinet dicere, cū & Siculæ dapes, & Atalica ornāmēta, & uasa corinthia, si hæc inspicias, nullius præciū possint. Quid uero ex hac intemperatiā nascatur, dicere prætermittam, ne os (ut ipsi aiunt) in cælum ponam. Ad Lodouicum redeo, qui his artibus & humanis & diuinis rebus consulens, imperij sui anno trigesimo sexto moritur, sepeliturq; meritis in basilica beati Arnulphi. Hunc autem non multo post secutus est Gregorius pontifex, nobilitate insignis, sanctitate clarus, doctrina & eloquentia præcipuus, diligentia ac sollicitudine, tum in rebus diuinis, tum in humanis admiratione dignus. Nam & populi sui commoda mirum in modum curauit: diuites in officio continendo, pauperes pascendo, desperatos solando, errantes sanis admonitionibus in uiam rectam deducendo, ecclesias quoq; multas uetustate collapsas restituit. Electos in sortem domini doctrina, & exemplo, quoad uixit, in officio continuit. Transiit idē sanctissimus pontifex beati Gregorij corpus, atq; eo loci collocauit, ubi nunc iacet magnis adhibitis ornamentis, quo in loco multo temporibus illis, religionis aut uoti causa excubare consueuerant. Ferunt & ab eodem corpora Sebastiani & Tiburtij a cœmiterijs, in quibus ante iacebant, ad basilicam Petri translata fuisse. Sunt qui scribant rogatu Lodouici Gregorium sanctorum omnium celebritatem calendis nouembris instituisse, eamq; rem magno opere a Rabano monacho theologo insigni, carminibus & prosa laudatam fuisse. In his enim duobus dicendi generibus uir doctus, ut illa maxime tempestate, satis ualebat. Commentatus est idem Rabanus & librum Paralipomenon, & Machabæos. Habuit etiam sermones satis elegantes ad populum, sed is potissimum laudatur, quem habuit in celebritate omnium sanctorum. Moritur autem Gregorius pontificatus sui anno decimosexto, sepeliturq; in basilica Petri, ac sedes eius in morte diebus quindecim uacat.

SERGIUS .II.

ciiij. pont.

Sergius secundus, patria Romanus, patre Sergio e regione quarta, eo tempore pontificatum inijt, quo Michael imperator Constantinopolitanus moritur. Sunt qui Sergium primo quidem os porci appellatum fuisse dicant, & ob turpitudinem cognomen, Sergij nomen sumpsisse, eamq; consuetudinem ad nostros manasse, ut qui pontifices crearentur, suo omisso, maiorum nomina sibi inderent, licet ab oibus nō sit obseruati. Vt cunq; est, constat Sergij ex illustri familia ortum, nequaquam a maioribus suis degenerasse, adiuuantibus eius præclarū ingenium, Leone tertio, Stephano quarto, Eugenio secundo, & Gregorio quarto: sub quorum



moribus & doctrina ita uixit, ut solus mortuo Gregorio dignus haberet qui pontificium munus obiret. Exarserat tum inter Lodouici filios tantum odij propter imperij diuisionem, ut in Antifiodorensi agro apud Frontanicum acerrime a Loduico & Carolo contra Lotharium fratrem dimicatum sit, quo quidem multi utrinque cecidere. Lotharius enim tandem uictus, Aquisgranum confugit, atque inde quoque deturbatus instantibus hostibus, Viennam cum coniuge & liberis se contulit. Insecuti & eo cum exercitu fratres, ad quos quidem placandos non solum multi regni ipsius proceres, sed ex Italia quidam iussu Sergij profecti sunt, inter quos Georgius archiepiscopus Rauennas primus est habitus: qui cum secundo praelio apud Lotharium componendae rei causa esset, ac fortuna ad Lodouicum & Carolum inclinasset, totum comitatum in praelio amittens (eo enim cum trecentis equitibus uenerat) uix solus e tanta strage fuga prolapsus est. At uero hi communem totius regni calamitatem & interitum miserati, foedera pacis in hunc modum ineunt, ut pars illa occidentalis regni, quae a Britannico oceano usque ad Mosam flumen pertinet, Carolo obtemperaret, in caeteris etiam Francorum nomen maneret: utque Lodouico Germania contingeret usque ad Rheni fluenta, & trans Rhenum quicquid generis possidisset. Lotharius autem cum imperij titulo urbem Romam obtineret cum Italia & ea parte Galliae, quae olim Narbonensis, nunc Romana provincia uocatur: huic autem addidit eam quoque partem, quae inter Scaldem & Rhodanum fluuios Lotharingiae nomen accepit a Lothario, ut arbitror. Rebus autem ita compositis, Lotharius Lodouicum filium quem regni socium asciuerat, in Italiam cum ingenti exercitu mittit: huic socios addidit Drogonem Metensem episcopum, atque alios uiros ecclesiasticos prudentia & autoritate dignos, quorum consilijs uteretur. Is autem adolescens nimia felicitate elatus, quacunque iter facit, caedibus omnia & rapinis uastat, incendit & diruit. Verum cum urbi appropinquasset, eiusque obuiam honoris causa Romani ciues prodissent, deposita ferocitate illa Gallica, mitior esse coepit, quod ei propter sententiam ingredi urbem pacato agmine liceret. Prodeunt & obuiam ad primum lapidem sacerdores cum crucibus, & hoc cantu, Benedictus qui uenit in nomine domini, osanna in excelsis. Atque eum usque ad gradus sancti Petri comitantem, ibi pontificem offendens, mutuo osculo, mutuaque salute data & accepta, ad argenteas portas simul peruenerunt clausas quidem. Tum pontifex, si pacato magis quam hostili animo ad nos uenisti, sique ad reip. Christianae utilitatem magis respicis quam ad uoluptatem saeuendi praedandive, meo iussu ingredi: sin aliter animatus es, fores ne tetigeris: nam supra caput enses habes scelerum omnium ultorem. Cum autem bono animo esse pontificem iussisset, statim eius iussu fores patuere. Ingressi itaque pariter magna Romanorum ac Francorum multitudine tum praecedente tum sequente, cum ad altare beati Petri peruissent, procidentes simul omnipotenti deo & apostolorum principi gratias egerunt, quod sine ullo maleficio res ex sententia acta esset pentecostes octaua. Verum cum postea a multitudine militum suburbia uasterentur, parumque abesset quin urbem praedandi causa irrumperent, octauo ex quo uenerat die uidentibus omnibus qui aderant, Lodouicum regem oleo sancto inungit, corona donat, Italiae regem decernit. Ad quem Siginolphus dux Beneuentanus salutandi hominis causa statim uenit, qua quidem multitudine & arbores truncatae, & pecora distracta, & segetes (ut fit) in pabulum equorum succisae sunt. His itaque pontifex quicquid petiere, honestum praesertim, facile concessit, quo citius ab urbe discederent. Unde Romani tyrannicae immanitatis metu liberati, sanctissimum pontificem uerum Christi uicarium & unicum patriae parentem praedicabant. Qui quidem ad ornanda templa conuersus, basilicam sanctorum Syluestri & Martini uetustate collapsam restituit, in eaque una cum ipsis confessoribus Fabiani, Stephani, Sotherij, Asterij, Ciriaci, Mauri, Smaragdi, Anastasij,

Lodouic<sup>o</sup>  
Italiere<sup>x</sup>  
decerni  
tur.

Innocentij, Quirini, Leonis, Arthemij, Theodori, Nicadri corpora collocauit. Struxit & a fundamentis ad ipsius basilicam latus, in honore Petri ac Pauli monasterium, ubi continuo res diuina agebatur. Demum uero sanctissimus pontifex re ecclesiastica bene ac integre gubernata, tertio pontificatus sui anno moritur, sepeliturque in basilica Petri. Vacat tum eius in morte Romana sedes mensibus ij. diebus xv.

LEO .IIII.

cv. pont.

Leo quartus, patria Romanus, patre Radulpho, anno incarnationis octingentesimo quadragesimo octauo pontifex omnium consensu decernitur, ac merito quidem. Vir enim fuit in omni uita priuata etiam religione, innocentia, pietate, humanitate, gratia, liberalitate, doctrina ecclesiastica praecipue insignis. Tanta praeterea prudentiae & uirtutis fuit, ut euangelij sententia, serpentis astutia, ubi oportebat, & columbae simplicitatem imitaretur. Tam constanti autem fama impulsus Sergius secundus Romanus pontifex, hominem totius uirtutis exemplar, ex subdiacono presbyterum creat, eundemque titulo sanctorum quatuor coronatorum praeficit. Unde postea mortuo Sergio ad lateranensem basilicam ductus, ac in sede Petri collocatus, ut uerus & dignus pontifex ab omnibus saluatur. Exosculati sunt etiam eius pedes, qui prope aderant, morem antiquum seruantes. Sunt qui arbitrantur huius sanctissimi uiri orationibus deum permotum, Saracenorum rabiem naufragio, dum onusti praeda domum redeunt, compescuisse. Nam superato apud Tarantum nauali praelio Theodotio Michaelis imperatoris duce, Italiam nemine obstante longe ac late populati, captaque Ancona ac direpta, uexatoque item Dalmatico sinu, dum laeti domum redeunt, uolente deo procellis fluctuum obruuntur. Liberatus Saracenorum metu Leo, & sedilia in uestibulo atrij lateranensis posita ex marmore construxit, & solarium a Leone tertio inchoatum perfecit. Instituit iteque pius antistes, ut quotannis a cuncto clero in basilica Pauli, ipsius apostoli natali die hora uespertina celebraretur. Mandauit praeterea ne laicus quispiam presbyterium ingrederetur, dum sacra fierent. Habitae etiam suo iussu eisdem ferme diebus supplicationes ad auertendam iram dei, quam frequentes terrae motus praeseferbant. Crucem quoque quam Carolus Romanorum imperator Constantinianae basilicae donauerat, furto gemmis spoliata, mirum in modum exornauit. Hunc autem tantae sanctitatis fuisse constat, ut & basilicum serpentem (quem latini regulum appellare possunt) suis orationibus e fornice sanctae Luciae uirginis in Orphea expulerit, cuius halitu & ueneno multi mortalium perierant: & incendium illud signo crucis extinxit, quod diu per domos Saxonum & Longobardorum uagatum, diuini Petri basilicae appropinquabat. Hoc autem factum est octaua die ab assumptione beatae dei genitricis, qui dies postea ut festus celebratus est non longe a basilica Laurentij martyris extra mœnia. Eo namque loco ipsius uirginis templum extabat, cui munificentissimus pontifex multa dona ex auro auro obtulit. Praeterea uero opus musium basilicae sancti Martini & Syluestri in montibus, in crustationemque parietum a Sergio inchoatam ipse perfecit, ut epigramma indicat, quod solum superest: nam pictura iam pridem corruit, uel incuria hominum, uel uetustate & situ. Suo quoque iussu crux illa quae ante pontificem a subdiacono fertur ex auro facta, gemmis ornatur, nullum genus ornamentum relinquens, quod ad dignitatem saluatoris nostri pertineret. Restituit quoque urbis mœnia, & portas uetustate collapsas. Ad haec uero xv. turres propugnacula urbis a fundamentis erexit: harum duas permaxime necessarias, hinc dextera, hinc sinistra Tiberis amnis posuit infra Ianiculum & Auentinum, ne subuehi naues hostium ad diripiendam urbem possent. Idem quoque sua diligentia corpora sanctorum quatuor coronatorum inuenit, eorumque templum in splendidiorum formam instaurauit. Sanctos ipsos sub altari collocauit, Sempronianum, Claudium, Nicostratum, Castorium, His addidit & corpora

Seueti, Seueriani, Carpophori, Victorini, Martij, Felicissimi, Agapeti, Hippolyti, Aquilae, Prisci, Aquini, Narcissi, Marcellini, Felicis, Apollinis, Benedicti, Venantij, Diogenis, Liberalis, Festi, Marcelli: Addidit & caput sancti Proti, & Caeciliae, Alexandri, Sixti, Sebastiani, Praxedis. At uero dum his rebus, ut sanctissimum uirum decebat, quam diligentissime uacaret, nunciare et Saracenos cum magna classe diripiendae urbis causa aduentare, & Neapolitanos ac ceteros illius orae maritimae paulo post ipsi urbi auxilio futuros, ipse statim cum quanta potuit manu Hostiam proficiscitur: eoque omnes auxiliares copias conuocat, cum hostibus dimicaturus si copiam pugnandi fecissent. Suos autem sanctissimus pontifex ad communionem primo adhortatus, ubi id obsequentissime fecissent, orationem ad deum his uerbis habuit: Deus, cuius dextera beatum Petrum ambulante in fluctibus ne mergeretur erexit, & coapostolum eius Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberauit, exaudi nos propicius, & concede, ut amborum meritis horum fidelium tuorum brachia contra inimicos ecclesiae tuae sanctae dimicantia, omnipotentis dextera tua corroborentur & conualescant: ut de recepto triumpho nomen sanctum tuum in cunctis gentibus gloriosum appareat. His dictis, statim facto signo crucis pugnandi copiam fecit, qui ita alacriter pugnam inire, ad uictoriam certam sibi propositam uiderent. tandem uero post longum & acre certamen hostes superantur fuganturque: multi in ipso praelio utpote nauali periere: plerique tamen uiui capti, & Romam perducti sunt. Placuit etiam ciuibus Romanis quosdam ad terrorem non longe a portu Romano furca suspendere, aduersante tamen Leone ob mansuetudinem & clementiam, qua potissimum insignis habebatur: sed ire obuiam multitudini, in tanto praesertim furore, non licuit. Eorum uero opera, qui uiui Romam perducti sunt, usus est Leo in restituendis ecclesijs, quas ipsi Agarenii quondam diruerant & incenderant, in extruendis moenibus, quibus uaticanum cinxit, Leoninamque urbem de suo nomine appellauit. Idque potissimum effecit, ne deinceps hostibus liceret ecclesiam beati Petri una uel leui incursione spoliare & incendere, ut ante consueuerant. Non caruere suis precationibus porta. In ea enim quae ad sanctum Peregrinum ducit, haec erant in marmore caesa: Deus qui apostolo tuo Petro collatis clauibus regni caelestis, ligandi atque soluendi pontificis munus tradidisti, concede ut intercessionis eius auxilio a malis nexibus liberemur, & hac ciuitatem quam nouiter te adiuuante fundauimus, fac ab ira tua in perpetuum manere securam, & de hostibus quoque causa constructa est, novos ac multiplices habere triumphos. In secunda uero porta quae apud Hadriani molem ad prata ducit, haec uerba inerant: Deus qui ab ipso huius mundi principio hanc sanctam catholicam & apostolicam Romanam ecclesiam ab hostibus custodire & confirmare dignatus es, iniquitatis nostrae chirographum propiciatus emenda, & urbem hanc quam tuo sancto nomini per apostolorum Petri & Pauli suffragia nouiter dedicauimus, ab omnibus inimicorum insidijs securam permanere concede. Tertia autem precatio erat in frontispicio portae qua ibat ad scholam Saxonum, his uerbis: Praesta quae sumus omnipotens & misericors deus, ut ad te toto corde clamantes, intercedente beato Petro apostolo, tuae pietatis indulgentiam consequamur, ut urbs quam ego famulus tuus Leo quartus episcopus Romanus, te auxiliante meo nomine Leoninam uocaui, nouoque opere dedicaui, ut secura atque illaesa permaneat, apud clementiam tuam iugiter exoramus. Hanc autem urbem primo pontificatus sui anno inchoatam, demum sexto absoluit: eamque Corsis quos Saraceni ex insula depulerant, incolendam dedit, assignatis uiridibus agris unde uiuerent. Sed miror in portis ipsis aliam nunc inscriptionem legi uersibus hexametris ineptis quidem, quos certe Leonis nullo modo esse arbitror, licet sub eius nomine ferantur. Ex manubijs uero Saracenorum dona quaedam, tum ex auro, tum ex argento basilicis Romanis obtulit, Sunt qui scribant eius mandato etiam basilicam sanctae Mariae

Oratio pontificis prima.

Leonina urbs.

Oratio pontificis ante portam prima.

Secunda.

Tertia.

In uia noua aedificatam fuisse, & turrim in uaticano apud sanctum Petrum, quam adhuc cernimus. Fores praeterea sancti Petri ab Agarenis direptas, ex argento restituit. Synodum vii. & xl. episcoporum habuit, in qua ex decretis maiorum suorum Anastasium presbyterum cardinale sancti Marcelli, multis criminibus conuictum damnat, & ab ecclesia reijcit, eo maxime quod parochiam suam per annos quinque contra canonum instituta deseruerit. Colonias praeterea ex Sardinia Corsicamque, quae pulsus Saracenis iam respirare coeperant, Hostiam cultoribus propter insalubritatem aeris & frequentes direptiones uacua, duxit. Lothario postremo egregie satisfecit, qui delatione quorundam impulsus Romam uenerat, quod intellexerat Leonem transferendi imperium ad Constantinopolitanos consilia inisse. De delationibus in mendacio deprehensus (ut par erat) supplicium sumitur, atque amicitia inter utrumque integratur. Sunt qui scribant Iohannem Scotum huius temporibus fuisse, uirum in rebus diuinis doctissimum, qui in Franciam ueniens, regis Ludouici iussu hierarchiam beati Dionysij e graeco in latinum transtulit, nec ita multo post (ut aiunt) a discipulis stylo cofossus perijt. Tanti sceleris causa nusquam traditur. Ferunt item Alidulphum Angliae regem, ob religionem insulam uectigalem ecclesiae Romanae fecisse, singulis nummis argenteis in singulas domos quotannis collatis. Mortuus autem Leo uir sanctissimus, & optime de ecclesia dei, deque urbe Roma ac nomine christiano meritis, consilio, autoritate, diligentia, doctrina, magnificentia praclarorum operum, anno pontificatus sui octauo, mense iij. die sexto, xvi. calendas Augusti, sepeliturque in basilica Petri. Vacat tum sedes mensibus duobus, diebus xv.

IOHANNES .VIII.

cvi. pont.

Iohannes Anglicus, ex Maguntiaci oriundus, malis artibus (ut aiunt) pontificatum adeptus est. Mentitus enim sexum, cum foemina esset, adolescens admodum Athenas cum amatore uiro docto proficiscitur: ibique praepceptores bonarum artium audiendo tantum profecit, ut Romam ueniens, paucos admodum etiam in sacris literis pares haberet, nedum superiores. Legendo autem & disputando docte & acute, tantum beneuolentiae & autoritatis sibi comparauit, ut mortuo Leone in eius locum (ut Martinus ait) omnium consensu pontifex crearetur. Verum postea a seruo compressa, cum aliquandiu occulte uentrem tulisset, tandem dum ad lateranensem basilicam proficisceretur, inter theatrum (quod colosseum uocant) a Neronis colosso, & sanctum Clementem, doloribus circumuenta peperit: eoque loci mortua, pontificatus sui anno secundo, mense uno, diebus quatuor, sine ullo honore sepelitur. Sunt qui ob haec scribant pontificem ipsum quando ad lateranensem basilicam proficiscitur, detestandi facinoris causa, & uiam illam consulto declinare, & eiusdem uitandi erroris causa, dum primo in sede Petri collocatur, ad eam rem perforata, genitalia ab ultimo diacono atrectari. De primo non abnuerim, de secundo ita sentio, sed eam ad id paratam esse, ut qui in tanto magistratu constituitur, sciat se non deum, sed hominem esse: & necessitatibus naturae, utpote egerendi subiectum esse, unde merito stercorearia sedes uocatur. Haec quae dixi uulgo fertur, incertis tamen & obscuris autoribus: quae ideo ponere breuiter & nude institui, ne obstinate nimium & pertinaciter omisisse uidear, quod fere omnes affirmant: erremus etiam nos hac in re cum uulgo, quanquam appareat, ea quae dixi, ex his esse, quae fieri posse creduntur. Sunt qui dicant huius temporibus beati Vincentij corpus e Valentia citerioris Hispaniae ciuitate, a quodam monacho in pagum albiensem ulterius Galliae deportatum. Dicunt praeterea Lotharium iam grandem natu, sumpto monachorum habitu, filium Ludouicum imperatorem reliquisse, qui statim in Germaniam prouinciam rediens, omnes ad arma spectantes sua praesentia in officio continuit.

cviij. pont.

**B**enedictus tertius, patria Romanus, patre Petro, merito Benedictus appellatus est ob sanctitatem uitae & rerum diuinarum gratiam. Sub Gregorio enim militans, cum ab eo subdiaconatus gradum accepisset, ita deinceps uixit, ut mortuo Leone unus benedictus tanti pontificis dignus successor haberetur. Ad hunc itaque concurrentes omnes tanquam ad unicum & benignissimum sidus a deo in terras missum, cum pontificem decernunt. Qui flens, & deum ac sanctos testes faciens, se nequaquam dignum esse qui tantae sedi praesiceretur, dicebat. Acclamantibus itaque omnibus, & electionem approbantibus, inuitus tandem pontificium munus suscipiens, in atrium lateranense perducitur, & in sede Petri collocatur. Inde uero in equo albo sedens, ad ecclesiam sanctae Mariae ad Praesepe ductus, ieiunium triduum & orationibus uacauit, deum rogans ut sibi liceret sancte & integre ecclesiam suam gubernare. Eo autem post diem tertium iterum uenere omnes, & eius pedes de more osculati sunt. Hi potissimum qui Rhodoaldi portuensis episcopi factionem secuti, alium nescio quem: uel (ut quidam uolunt) Anastasium a Leone pontificatu deiectum, hominem ignotum pridie eius diei Benedicto praefere conati fuerant: sed cognito errore (ut dixi) ueniam petentes, in sententiam bonorum tandem uenere, & hominem sanctissimum de more adorarunt. Idem fecere & Lodouici imperatoris legati, ad confirmandam cleri ac populi electionem Romam missi. Sequenti uero die comitante populo ad basilicam Petri deductus uidentibus omnibus ut mos est, & antiqua traditio dicitur, consecratus insignia pontificis suscepit, acclamantibus omnibus & plaudentibus. Tantae enim mansuetudinis fuit, tantae dignitatis corpore & animo, ut tam in magistratu constitutus, quam in uita priuata charus omnibus & gratus uideretur. Hic quidem ad cultum diuinum conuersus, multas ecclesias uetustate collabentes restituit, & dona pleraque in earundem sacraria reposuit. Instituit praeterea ut funeribus episcopi, presbyteri aut diaconi pontifex una cum clero interesset honorandi corporis defuncti, & commendandae animae gratia: mandauitque ut uicissim clerus mortui pontificis funus celebraret. Ipse uero quod instituit dum in uita esset, non uerbis tantum, sed re ipsa comprobauit. Sacerdotum enim funeribus semper interfuit. Aegrotos praeterea inuisit, pauperes aluit, desperatos & calamitosos consolatus est, uiduas & pupillos acerrime tutabatur. His artibus uitam sanctissimam traducens suo magis quam populi Romani tempore, moritur pontificatus sui anno secundo, mense. vi. die ix. Sepultus est autem ante fores basilicae beati Petri apostoli. Interim uero dies xv. episcopatus uacat.

## NICOLAUS .I.

cviij. pont.

**N**icolaus primus, patria Romanus, patre Theodosio bene ac sancte a teneris annis educatus, primo quidem subdiaconus a Sergio, mox uero diaconus a Leone creatur. In quo ordine adhuc constitutus, nullum genus pietatis omittens, Benedicti corpus suis manibus tumulo collocauit non sine multis lachrymis. At uero cum peracto de more funere, creare alterum pontificem necesse esset, cumque ieiunium, uigiliis, orationibus instarent homines, ut talem a deo consequerentur pontificem, qualem amiserant, in basilica sancti Dionysii confessoris atque pontificis (eo namque eius rei causa conuenerant) post longam consultationem Nicolaum absentem pontificem creant: & fugientem in uaticanum, latitantemque uitae honoris causa, conquisitum in atrium lateranense perduxerunt, & nolentem etiam in folio apostolico collocarunt. Deinde uero in basilica Petri consecratus, sumptaque de more pontificia corona, multa cum Lodouico Caesare qui tum aderat, collocutus est, tum ad pontificatum, tum ad imperium pertinencia. Cum uero Lodouicus ipse ab urbe discessisset, cōsedissetque in loco, quem Romani Quintum appellabant, eo profectum Nicolaum ferunt cum proceribus urbis Romae, itaque honorifice susceptum, ut impe-

rator ad mille passus pontifici obuiam factus, ex equo descendens, cum freno manibus attrahato in castra perduxerit. Erat enim tanta uenerationis & maiestatis, tanta eloquentiae & doctrinae, ut ut ab omnibus tanquam numen coleretur. Habito autem simul longo & secreto colloquio post epulas, osculoque inuicem dato & accepto, ad urbem pontifex redijt: quam quidem excrescentia Tiberis ita uexatam inuenit, ut non nisi in tribus de uico ad uicum transire liceret. Nam & ecclesiam sancti Laurentij in Lucina, & monasterium beati Syluestri, & totam illam planitiem, quae a uia lata ad radices tarpeiae rupis, ad uiam argentariam, ad Auentinum ducit, ita occupauerat, ut instare diluuium uulgo putatum sit. Hac inundatione & multa domus euersae sunt, & plures arbores euulsae, & fata passim disiecta. Neque hoc semel eo anno, sed iterum decembri mense Romae accidit. Emendare haec damna uel potius delinire pontifex enixus, nullum genus officij & pietatis in ciues suos omisit. Interim uero Michael Theophili filius, Constantinopolitanae urbis imperator, legatos cum muneribus Romam misit, qui & limina apostolorum & pontificem inuiserent. Haec autem munera fuere, patena aurea, & calix aureus iusti ponderis cum gemmis magnae aestimationis. Hic est ille Michael, quem postea Basilius cōsors imperij factus, dolo necauit, ut solus imperio potiretur. Habiti sunt autem a pontifice perbenigne legati, & domum uicissim cum muneribus missi Nicolaus uero pontificiae dignitati admodum consulens, Iohannem archiepiscopum Raennatensem, ad sedem apostolicam propter obiecta crimina uenire recusantem, dignitate priuauit. Is autem Papiam ad Lodouicum confugiens, ab imperatore literas commendatitias ad pontificem obtinuit, & legatos qui a pontifice impetraret, ut Iohanni archiepiscopo Romam ad causam dicendam tuto proficisci liceret: quod haud grauate pontifex concessit. Iohannes autem facta dicendi copia in magno praesulum conuentu in domo Leonina, nil aliud passus est, quam se maiestatis reum esse, ob eam rem & a pontifice, & ab his qui eo in conuentu aderant, se ueniam petere. Motus hac confessione pontifex, & precibus qui tum aderant, his conditionibus Iohannem in gratiam recipit, ut & se in concilio de haeresi purgaret, utque quotannis Romam se profecturum polliceretur, quoad fieri posset, & ne electos etiam canonice in flaminea episcopos, consecrandi facultatem haberet, nisi id sibi a sede apostolica literis concederetur: ne uel eosdem episcopos Romam proficisci quotiescunque uellent prohiberet, utque ei nullam exactionem quam sacri canones non recipiunt, nullum morem, nullam consuetudinem introducere liceret. Postremo uero ei sub anathematis poena mandatum est, ne de bonis ecclesiae quicquam immutaret aut decerneret inconsulta sede apostolica: ne uel etiam prophana ei recipere liceret, nisi id placere summo pontifici intellexisset. Has autem sanctissimas iustificationes tota synodus ita approbavit, ut ab omnibus ter acclamatum sit, Rectum iudicium summi praesulis, iusta diffinitio pastoris uniuersalis ecclesiae, Salubris institutio Christi discipulis omnibus placet. Omnes autem eadem dicimus, eadem sapimus, eadem iudicamus. Tum uero Iohaunes uidentibus omnibus, eadem se conseruaturum iureiurando & scripto confirmauit. Atque ita soluta synodo, Iohannes Raennam ad suos redijt. liberatus autem hac molestia pontifex, ecclesiam dei genitricis (quae prius antiqua, nunc uulgo noua appellatur) restituit, egregijsque picturis exornauit. Regem Bulgarorum cum omni prouincia ad fidem Christi literis & sanis admonitionibus conuertit, eisdemque Bulgaris episcopos & presbyteros dedit, qui neophytos in fide confirmarent, pulso Photino, cuius fraude in errorem Bulgari dilapsi fuerant. Pacem praeterea inter Lodouicum imperatorem & Andalysum Beneuentanum ducem composuit. Saracenos Beneuentum usque aliquando peruagatos repulit. Postremo uero approbante Lodouico imperatore instituit, ne princeps ullus secularis aut imperator concilijs clericorum interesse auderet.

Tiberis  
excrescentia  
tam  
magna ut  
diluuio in  
stare Ro/  
mani pu-  
tauerat.



nisi de fide ageretur, licere tum ac par esse censuit. Sunt qui scribant beatum Cyrillum ex Gersona Ponti, sancti Clementis corpus Romam tum detulisse: idque in ecclesia his temporibus sancti Clementis appellata, reconditum fuisse, nec ita multo post Cyrillum mortuum eo loci sepultum iacere. Nicolaus autem in omni genere uirtutis unici uiri exemplar, septimo pontificatus sui anno, mense nono, die decimotertio moritur, & ante fores basilicæ beati Petri ex testamento sepelitur. Sunt qui scribant post mortem eius annis octo, mensibus septem, diebus nouem sedem uacasse.

## HADRIANVS .II.

62. pont.

**H**adrianus secundus, patria Romanus, patre Talaro episcopo, Sergio pontifici familiaris fuit: a quo cum aliquando denarios quadraginta dono accepisset, domum rediens dispensatori mandauit, ut eos peregrinis & pauperibus, qui in uestibulo domus suæ stabant, erogaret. Facere ille mandata conatus, cum uideret ne minimæ quidē parti tantutula re satisfieri posse, ad Hadrianum rediens, rem ipsam exponit. Tum Hadrianus accepta pecuniā ad pauperes ueniens, & ternos denarios singulis præstitit, & totidem sibi, rei familiari satisfactoris referuauit, admirante dispensatore miraculo rei. Cui Hadrianus, uidens, inquit, quæ benignus & largus sit dominus, his præsertim, qui liberales & munifici in pauperes sunt: Hæc & alijs uirtutibus tanto in precio apud omnes fuit, ut eum de pontifice creando sermo haberetur, certatim omnes unicum Hadrianum deligerent, quem etiam ab ecclesia sanctæ dei genitricis ad præsepe, ad Lateranensem basilicam nolentem detulere, ac statim pontificem crearunt. Non est habita in tanto tumultu cuiuspiam ratio. Hanc ob rem Lodouici legati, qui eius rei causa aderant, indignati, quod nisi quam (ut par erat) dum hæc agerentur interesse potuissent, & autoritatem imperatoris in creando pontifice interponere. Legatis autem hac ratione satisfactum est, quod diceret multitudinis uoluntatem in tanto tumultu moderari non potuisse, eos tamen recte facturos, si uirum optimum, quem & clerus & populus elegerat, de more pontificæ salutarent. Fecere id legati, quæquam aperte cernerent clerum & populum eligendi pontificis totam autoritatem sibi uedicare, ne deinceps principis cuiuspiam nutus expectaretur: forte etiam ut libertas ecclesiastica tum mollesceret. Superuenerunt a Lodouico imperatore literæ, quibus Romanos admodum laudat, quod summum pontificem sancte & integre creassent, non expectato aliorum uoto, qui forte ea in re ob ignorationem personarum minus iudicij habuissent. Qui enim fieri posse dicebat, ut peregrinus & hospes dignoscere possit in aliena rep. quis potissimum cæteris præferendus sit: Id maxime ad ciues pertinere, & ad eos præsertim qui cum inquilinis familiariter uiuere. Hadrianus autem pontificatum adeptus, omnia quæ ad honorem summi dei pertinerent, diligenter circumspiciebat, uerbis, exemplo, autoritate, tam sua, tum maiorum, unumquemque ad bene beateque uiuendum cohortatus. Circumuentos etiam aliorum iudicij & potentia, acerrime tutatus est. Haberi enim synodum Constantinopoli passus est, quæ & pulsus Photius uir seditiosus, & restitutus Ignatius iam antea iniuria pulsus. Habita etiam in eadem synodo longa contentio est, Bulgari ne (quorum legati tum aderant) sedi Romanæ an Constantinopolitanæ subiecti essent. Tandem uero Basilio contradicente, Romanæ sedi adiudicantur. Quare Hadrianus a Bulgariis rogatus, ut uirum uita & doctrina insignem in prouinciam mitteret, cuius autoritate & exemplo in fide Christi retinerentur: tres sanctissimos uiros eo cum summa potestate misit, qui ecclesias illas ex sententia ad meliorem cultum redigeret. Hi autem fuere, Syluester subdiaconus, Leopardus Anconitanus, Dominicus Taruisinus, qui rem omnem ex sententia pontificis breui composuere. Quanquam Bulgari non ita multo post donis & pollicitationibus a Constantinopolitanis corrupti,

o Alij, ino-  
kejerst.

pulsis Latinis sacerdotibus, Græcos receperint: quæ quidem seditio multorum malorum incēdia inter Græcos & Latinos suscitauit. Hadrianus uero sese omnibus ecclesiæ hostibus quoad fieri poterat obiciens, cum mortuo Lodouico Carolum filium inuncturus esset, mori pontificatus sui anno v. mense ix. die xij. Eius autem ante mortem & tribus diebus sanguine apud Brixiam pluit, & locustæ Galias mirum in modum uastarunt, tam calamitosæ mortis indicia permaxima.

## IOHANNES .IX.

**I**ohannes nonus, patria Romanus, patre Gundo, initio pontificatus sui Carolum, qui tum Romam uenerat, imperatorem decernit. Hanc ob rem indignati duo Caroli, Lodouici regis Germaniæ filij, contractis undique copijs in Italiam descendunt, patrum Carolum imperio simul & uita priuaturi. Is autem tridentinos saltus nepotibus clausurus, cum exercitu Veronam properans, apud Mantuam ualitudine correptus, uenenata potione moritur, quam Zedechias Iudæus quo medico utebatur, curandæ ualitudinis causa (ut creditum est) ei dederat. Ea re cognita, Iohannes pontifex omnibus uiribus annitebatur, ut Lodouicus rex Franciæ Caroli filius, imperator decerneretur. Quo minus autem id faceret, obstiterunt Romani proceres, Carolum tertium Germaniæ regem, qui cum fratre Carolomanno iam partem Italiæ occupauerat, imperatorem esse cupientes. In tanta uero seditione cum non deessent, qui etiam Lodouico fauerent, pontifex capitur, & in uincula conijcitur. Hanc ob rem non ita multo post adiuuantibus quibusdam amicis, e uinculis prolapsus, ad Lodouicum cognomento Balbum, in Franciam confugit: ubi per annum immoratus & regem inunxit, & cōtrouersias quasdam inter ecclesiasticos ortas sustulit. Nam Gibertus Neumanensis episcopus, Leonē abbatē possessione monasterij sui ui priuauerat. Erat enim monasterium sancti Petri, in quo beati Aegidij corpus quiescebat. Situs autem loci Flauianus appellatus est a ualle Flauiana, quam Flauius quondam rex beato Aegidio donauerat: is postea eo loci in honorem Petri & Pauli monasterium condiderat. Multis itaque episcopis & iudicibus astantibus, pontifex cognita causa Leonē monasterium adiudicat, Arelate hæc contentio extincta est. unde Iohannes abiens, annuente Lodouico, apud Trekas ciuitatem concilium habuit: in quo & multa ad fidem pertinētia sunt instituta, & Flandris qui tum primum ex locis nemorosis ad meliorem cultum uenerant, episcopus datus est. Verum cum Italia a Saracenis uastaretur, cumque iam montis Cassini monasterium cepissent ac diripiissent, Iohannes Romam accitus, adiuuantibus principibus Christianis, Agarenorum magnam partem Italia ac Sicilia expulit. Carolum præterea, quo ei liberius in urbe uiuere liceret, imperij corona donauit, tertiusque Carolus appellatus est. Qui postea in Normannos mouens, Franciam & Lotharingiam uastantes, ita eos perdomuit, ut Rhothifredus eorum rex, pacem petere & fidem Christi suscipere coactus sit: quem imperator in gratiam recipiens, e baptismatis fonte leuauit, ut scribit Anastasius, qui tum in precio erat, Romanæ ecclesiæ bibliothecarius, uir sane ita utraque lingua doctus, ut e Græco in latinum & septimam uniuersalem synodum, & hierarchiam Dionysij Areopagitæ, & uitas multorum sanctorum, Caroli gratia in latinum eleganter & docte transtulerit. Sunt qui scribant Carolum ipsum multa monasteria condidisse, ac rem diuinam auxisse. Sed hæc eius præcipua laus, quod multos ad scribendum impulit. Nam & Milo beati Amandi monachus, eiusdem sancti uitam accommodate perscripsit: & Iohannes Scotus quædam nostræ religionis acutissime disputata, grauissime composuit. Non caruit etiam hac laude scribendi Iohannes pontifex dum adhuc priuatus esset. Diaconus enim, primi Gregorij uitam quatuor libris egregie conscripsit. Cum uero in pontificatu annis decem, diebus duobus uiuisset, moritur, & in basilica Petri sepelitur.

Tribus diebus sanguine pluit.

ex. pont.

Carolus imperat.

exi. pont.

**M**artinus secundus, natione Gallus, patre Palumbo, post Iohannem pontificatum inijt. Sunt qui hunc Martinum uocent, quos ego similitudine scriptio- nis deceptos puto. Martinus itaq; cuius uita ideo breuior est, quia breui tempore in pontificatu uixit, imperantibus apud Constantinopolim Leone & Alexandro Basilij filijs, in occidete uero Carolo tertio, que ab Iohanne octauo coronam accepisse scripsimus: quemq; Normannos Galliam infestantes, ita continuis prelijs attri- uisse, ut eos & fidem Christi, & leges uictoris accipere cogeret. Sunt qui scribant Martini fraude, ut in Formoso dicitur, Iohannem pontificem ita seditionibus agi- tatum fuisse, ut ei in uincula coniecto aufugere necesse fuerit. Martinus autem malis artibus pontificatum adeptus, breui moritur. Annum enim & menses quinque tan- tummodo in pontificatu uixit, nil dignum memoria gerens uel ob breuitatem tem- poris, uel quod nil tibi accidit quo nome eius fieret illustrius, uel quod dei nutu ma- lis artibus principatus acquisiti, uera gloria unicum optimi principis cibum, amittit.

## HADRIANVS .III.

exij. pon.

**H**adrianus tertius, patria Romanus, patre Benedicto, tanti animi fuit, ut in- octingentesimo nonagesimo quinto, ne in creando pontifice imperatoris autoris- tas expectaretur utq; libera essent & cleri & populi suffragia: quod quidem insti- tutum a Nicolao primo tentatum potius quam inchoatum diximus. Illectum credo hac opportunitate Hadrianum, quod Carolus imperator ab Italia cum exercitu discedens, in Normannos rebellantes mouerat. Fuerat ei in animo gentem in que- tam omnino delere. At uero cum id difficile uideretur, nec fieri sine magna suo- rum clade posset, partem illam Gallie ad incolendum his concessit, que ultra Sea- quanam flumen est, queq; hodie a gente ipsa, Normandia uocatur. Pendere autem quotannis uectigal regibus Francie sunt iussi, ue ui, sed benignitate imperatoris Caroli loca illa obtinuisse uiderentur. Interea uero Guilielmus cognomento Pius Aquitaniae dux & Aluernie comes, cum stirpe uirili careret, Cluniacense mona- sterium in fundo paterno Burgundie pago Masticensi magnificentissimis operi- bus inchoauit, eidemq; loco Bernonem abbatem preefecit, designatis prouentibus, unde monachi uiuerent. Ante tempus uero Guilielmus moriens, monasterium im- perfectum reliquit, Elbo comite pictauiensi haerede instituto, qui rem ipsam ex- testamento curaret. Hadrianus autem pontifex, de quo clerus populuscq; Romanus magnam spem conceperat ob eius uirtutem & magnitudinem animi, anno pri- mo & mense secundo pontificatus sui moritur, sepeliturq; in basilica Petri, colla- chrymantibus omnibus & ingemiscuntibus tantum parentem iniquo tempore tam repente sibi ablatum esse.

## STEPHANVS .V.

exij. pot.

**S**tephanus quintus, patria Romanus, ex uia lata patre Hadriano, pontificatum inijt eo tempore, quo Normanni adiunctis sibi Dacis omnem ferme Galliam ruptis foederibus uastarunt. Timore uero tantae incursiois beati Martini corpus Turonis Altiſidorum deportatum est, & in ecclesia sancti Germani collocatum. Acci- disse miraculum tum ferunt, orta inter monachos discordia, cui potissimum san- cto nomen ecclesie ascriberetur. Hanc ob rem discutiendae ambiguitatis causa le- profus in medio utriusq; sancti collocatus, ea parte sanatur, qua ad Martinum uer- gebat: conuersus deinde in alteram partem uirtute beati Martini integer omnino redditur. Hoc totum a Germano hospiti suo tributum creditur, ne de sanctitate eius ob translationem quicquam diminutum uideretur. Sunt qui scribant huius pon- tificis tempore Carolum cognomento Crassum, qui iam annis xij. imperauerat, potestate deiectum ab optimatibus suis fuisse ob segnitiam corporis & ingenij tar-

ditatem: in locumq; eius Arnulphum nepotem susceptum fuisse, qui septimus a Carolo Magno imperator est habitus. Hac itaq; perturbatione rerum ille ceteri Hun- ni gens Scythica, ut Vincentius & Martinus scriptores referunt, in Pannoniam iam in- feriolem ad consanguineos Ungaros descendentes, pulsus inde Gepidis & Auari- bus, ipsam occupant; inde in Germaniam hostili agmine mouentes, ad Belgicam usq; Galliam peruenere, ferro ac flamma omnia uastantes. Stephanus uero in ta- ta rerum perturbatione sanctitate Luithpradi Ticinensis ecclesie diaconi, Valdris- di Bauari, Bernardi Pictauiensis, mirifice recreabatur. Quorum uita ac moribus ita Chri- stiana fides inoleuit, ut & monasteria multa & sacella magnis sumptibus in utraq; Gallia sint condita. Moritur autem Stephanus pontificatus sui anno sexto, die xi. Vacat tum sedes diebus quinque.

## FORMOSVS .I.

exiij. pō.

**F**ormosus Portuensis episcopus, post Stephanum pontifex creatur, qui statim inuito magistratu ecclesiam Petri principis apostolorum leui pictura exornauit. Hic aliquando Iohannis pontificis seueritatem ueritus, episcopatum suum dese- rens, in Gallias aufugit. Verum cum reuocatus redire abnueret, anathemate nota- tus, Romam ueniens, omni ecclesiastica dignitate priuatur, prophana indumenta simul cum moribus assumens. Sunt qui arbitrantur hoc ideo Formoso accidisse, quod eius coniurationis conficius & autor fuerit, qua Iohannes captus & in uincula con- iectus est. Hac itaq; contumelia motus Formosus, ab urbe discedens, iureiurando affirmavit, se nunquam postea uel Romam uel ad episcopatum rediturum. At ue- ro Martinus pontifex Iohannis successor, hominem postea iuramento solutum, in patriam & pristinam dignitatem restituit, unde ad pontificatum non ita multo post largitione potius quam uirtute contradicentibus quibusdam assumitur. Ar- nulphus autem quem septimum a Carolo imperatorem diximus, primo quidem strenue sumptis armis Normannos adhuc rebellantes, magnis cladibus perdo- muit. Verum postea nimio successu elatus, ita contumax in omnes, tum uel maxi- me ecclesiasticos factus est, ut dei nutu pediculari morbo breui consumptus sit. Huius in locum postea susceptum Lodouicum imperatorem legitur, quem tamen nus- quam habuisse imperij coronam accepimus. Hic autem (ut Martinus scribit) cum Berregario duce Foroiuliano, a regibus Longobardorum originem ducete, & au- tum paternumq; regnum repetente, armis decernens, cum primo quidem super- rat & uincit. Mox renouato prelio apud Veronam Lodouicus superatus ingenti suorum clade, capitur & oculis priuatur. Atq; ita imperium, quo annis fere centum Franci potiti sunt, demum in Longobardos transfertur, imperante apud Graecos Constantino Leonis filio. Verum nescio quo fato accidisse dicam, ut una cum industria imperatorum, simul etiam pontificum, uirtus & integritas defecerit: quae quidem tempora infelicissima esse arbitror, cum autoritate Platonis tales soleant esse reliqui ciues, quales sunt in republica principes. Ad Formosum redeo, cuius tempora ne omnino infelicissima haberentur, effecit Remigij Altiſiodorensis uir- tus & doctrina. Hic enim multa commentatus est & scripsit, in Matthaeum potissi- mum & Pauli epistolas. Sunt qui scribant huius interpretationis autorem fuisse Remigium Remensem, non autem hunc de quo loquimur: utcunque sit, constat utrunq; Remigium doctissimum fuisse. Formosus autem pontificatus sui anno quinto, mense sexto moritur. Vacat tum sedes diebus duobus.

## BONIFACIUS .VI.

cxv. pon.

**B**onifacius sextus, natione Tuscus, in demortui Formosi locum pontifex crea- tur. Quantum autem in pontificatu uixerit, magna controversia est. Plus enim alij, minus quidam temporis huic ascribunt. Sentio ego cum pluribus, qui affir- mant pontificem hunc diebus tantummodo sex & xx, in pontificatu uixisse. Hoc

ut credam, faciunt historiæ, in quibus nulla uel parua de hoc hoie fit mentio. Quo enim modo fieri posset, ut huius tempora sub silentio præterirentur, si annis duodecim (ut quidam referunt) in sede Petri uixisset? Ponere itaq; hunc hoïem in catalogo summorum pontificu institui, non propter res gestas, quæ nullæ sunt, (Quid enim geri in tanta breuitate temporis potuit?) sed quia legitime & recte pontifex creatus est. Moritur enim (ut dixi) pontificatus sui die sexto & uigesimo, sepeliturq; in basilica Petri.

STEPHANVS .VI.

cxvi. pon.

Stephanus sextus, patria Romanus, Anagninus episcopus, pontifex creatus, tanto odio persecutus est Formosi nomē, ut statim eius decreta abrogauerit, res gestas resciderit, licet quidam scribant ipsum Stephanū episcopatum Anagninæ a Formoso consecutum fuisse. Sed ego arbitror hocodiū ex ambitione ortū fuisse, cum iam eo deuenissent ecclesiastici, ut nō coacti, ut antea, sed sponte & largitionibus pontificiū munus obirēt. Hincodiū ortū est, quo etiā in mortuū Stephanus fauēbat, quod ei antea impedimēto fuisset, quo minus optata sede potiret. Refert Martinus scriptor, Stephanū tanta rabie delauisse, ut habito concilio corpus Formosie tumulo tractū, pontificali habitu spoliatū, induitūq; seculari, sepulturæ laicorū mandauerit, abscissis tū dextræ eius duobus digitis, illis potissimū quibus in consecratione sacerdotes utunt; in Tiberimq; proiectis, q; (ut ipse dicebat) cōtra iura sacramenti Romæ & sacerdotiū reperisset, quō a Iohanne octauo iure spoliatus fuerat. Magna fuit hæc controuersia & pessimi exempli, cū postea fere semp seruata hæc cōsuetudo sit, ut acta priorū pontificū, sequētes, aut infringent, aut oīno tollerēt. Quod hæctenus certe ab optimis illis pontificibus, quorū uitas conscripsimus, alienum fuit. paulū certe absuit, quin nostra tempestate Paulus secundus Venetus Formosi nomen (ut sit) sibi inderet, q; id nomē ei maxime conuenire uideret propter proceritatem corporis & maiestatem. Quo minus aut id faceret, deterruere eū cardinales qdam historiæ non ignari, ne post mortem id accideret, quod olim Formoso. Tulit id ægre Paulus, quia nil ei præter hoc nomen ad summam felicitatem deesse uidebatur. Interim uero ignauia pontificum fretus Constantinopolitanus imperator, Symbaticum patricium protospatarium suum, in Italiam cum exercitu mitit, q; Beneuentum tertio mense postea quā obsideri ceptum est, in potestatem suam redegit, possessum ante a Longobardis annis ccc. & xxx. Verum anno tertio post Guido Longobardus, pulsus Græcis, urbem recuperat, atq; ita denuo ad Longobardos recidit. Ad Stephanum redeo, qui pontificatus sui anno primo, mense tertio moritur. Sedes autem eius ex morte tribus diebus tum uacat.

Martinus historia rum scriptor.

ROMANVS .I.

cxvij. pō.

Romanus patria Romanus, ubi pontificatū inijt, Stephani pontificis decreta & acta statim improbat abrogatq;. Nil enim aliud hi pontificuli cogitabant, quā & nomen & dignitatem maiorum suorum extinguere, quo nihil potest esse peius & angustioris animi. qui enim his artibus nituntur, nulla uirtute muniti, eo deloco abradere bene merentes conantur, quem ipsi ob ignauiam & malitiam attingere nō possunt. Neminem siquidem unquam inuenies alienæ famæ inuidere, nisi qui omnibus probris contaminatus, desperat suum apud posteros celebre nomen aliquando futurum; hi sunt qui fraude, malitia, dolo, maledicentia de humano genere bene meritos mordent, lacerant, accusant, corrodunt, tanquam ignaui canes & inutiles, nec feris sese obijciantes ob timiditatem, sed uinctas & caueis inclusas mordentes. Commemorare tamen huius pontificis nomen libuit, quia de more Petri sedem obtinuit, in qua tertio pontificatus sui mense demoritur.

THEODORVS .II.

cxviij. pō.

Theodorus secundus, patria Romanus, pontifex creatus, uestigia seditiosorum

sequitur. Nam & Formosi acta restituit, & eius sectatores in precio habuit, imperante adhuc in Italia (ut quidam uolunt) Arnulpho, regnante in Fræcia Carolo Simplicio, Constantinoq; Leonis filio orientale imperium gubernante. Quo quidē tempore Saraceni Apuliam ingressi, occupatoq; sancti angeli monte, magnam uim hominum & pecorum cepere. Verum Itali tumultuaria manu comparata, magna ex hostibus edita strage, prædam recuperant. Agebantur hæc in Italia, cum Guilielmus cognomēto Sector ferri, Engolosinæ comes, a Carolo Caluo originem duccens, monasterio carthusiensi reliquias sanctorum, quæ incursionis normanicæ tempore inde ablatae fuerant, restitui mandauit. Videbat enim seditionem inter populos oriturā, quiescētibus iam Normannis, nisi in loco pristino reliquiae collocarentur. Qui fuerint Normanni, haud satis constat, Sunt tamen qui dicant eos ex Noruegia in Galliam descendisse. At Theodorus uigesimo pontificatus sui die moritur, nulla magnopere de se relicta memoria ob breuitatem temporis.

Sector feci Engolosinæ comes.

IOHANNES .X.

cxix. pō.

Iohannes decimus, patria Romanus, pontifex creatus, Formosi causam in integrum statim restituit, aduersante magna populi Romani parte, qua ex te tanta seditio orta est, ut paulum admodum ab iusto prælio abfuerit. Is autem Rauēnam profectus, iij. & lxx. episcopos habito conuentū, & Stephani res gestas improbauit, & Formosi acta restituit, diiudicans perperam a Stephano factum, qui censuit eos iterum ordinandos esse, quos Formosus ad sacros ordines ascierat. Hoc tum accidisse putauerim ego, cum quia pontifices ipsi a Petri uestigijs disceserāt: tum uel maxime, q; a respublica Christiana ignauos & desides principes habebat, quorum maxime intererat nauiculā Petri fluctibus exagitari; ne si gubernator aliquando resipisceret, principes ipsos ut malos nautas e rep. deijceret. Deditus erat uoluptatibus Arnulphus, non multū distabat a suo cognomento Carolus rex Franciæ, quem simplicē uel potius stolidum uocabāt. Hac autem opportunitate illecti Ungari, gens quidem fera & indomita, hostili manu Italiā primo, mox Germaniam & Galliam ita inuadit, nemine prope resistente, ut ferro ac flamma omnia quoquo proficisceretur absumeret, nulli mortalium atati aut sexui parcēs. Præterea uero Aphri Calabriam ingressi, cum iam magnam prouinciæ partem cepissent, oppugnarentq; Cosentiam, eorum rege in oppugnatione ictu fulminis diuinitus mortuo, passim dilabuntur & ad suos redeunt. Deus enim populi sui calamitatem miseratus a principibus terræ derelicti, tum demum telum suum in hostes Christiani nominis direxit; quod nisi fecisset, de nomine Italico, de ecclesia actum profecto tum putabatur: adeo secordes & nullius precij homines in principatibus tum erant. Iohannes autem pontificatus sui anno secundo, die xv. moriens, nil de se dignum memoria reliquit, nisi q; seditiones quasdam prope extinctas reuocauit.

\*respicere.

Ungari Italian, Germaniam et Galliam inuadunt.

BENEDICTVS .III.

cxix. pon.

Benedictus quartus, patria Romanus, pontifex creatur ob eius humanitatem & clementiam. Verum nil suo tempore gestum est, quod magnopere collaudari possit. Acciderat huic atati, quod alijs interdum solet, ut hominum industria in quouis genere uirtutis cōsenesceret, nullis calcaribus adhibitis, quibus hominum ingenia ad laudē excitarentur, quod fieri a bene institutis populis optimisq; principibus consueuit. Constat enim (ut antea dixi) Lodouicum Arnulphi filium imperium paternum repetere conantem, eo tempore Veronæ captū & interfectum a Berégario fuisse, atq; tum primum genus Caroli Magni ignauia posteriorū principum tam Franciæ quā etiam Germaniæ imperij titulos amisisse. Verū est certe quod Crispus ait, quæ orta sunt, occidunt; quæ aucta, senescunt. Imperiū ipsum magnum habuit incrementum: uerū postea principū ac populi Romani ignauia splendor ille Romani nominis in obscuras tenebras cōuersus est: tum uel maxime,



ubi remissa exercitatione uirtutis, uoluptatibus se & thermis ad effeminanda corpora inuentis, tradidere. Idem etiam accidisse pontificali dignitati dicere possumus. Sanctitate enim & doctrina, quæ non nisi magnis laboribus consummataque uirtute comparantur, pontificium decus sine ullis opibus primo quidem auctum est inter tot hostes & obstinatos persecutores Christiani nominis: mox uero ubi cum ipsis opibus lasciuire cœpit ecclesia dei, uersis eius cultoribus a seueritate ad lasciuiam, peperit nobis tanta licentia peccandi, nullo principe flagitia hominum tum coercente, hæc monstra, hæc portenta: a quibus ambitione & largitione sanctissima Petri sedes occupata est potius quam possessa. Hæc tñ Benedicti laus est, quæ in tam corruptis moribus grauius & constanter uitam ducens, pontificatus sui anno tertio, mense quarto moritur. Vacat tum sedes diebus sex.

cxi. pō.

LEO V.

**L**eo quintus, cuius patriam historici non ponunt, pontificatus adeptus, a Christophoro eius familiari dominandi cupidine capitur, & in uincula cōiectus: quod quidem fieri non sine magna seditione & multorum interitu potuit. Quanta enim autoritatis pontificatus tum esset uitio priorum pontificum, ex hoc uel maximo comprehendi potest, quæ a uiro priuato tanta dignitas uel & factione uno fere momento occupata est. Verum est certe quod dici solet, plus autoritatis dignitates ex hominibus capere, quam ex dignitatibus homines, ut in censura Romana apparuit, quæ primo ut exiguus magistratus posthabita est: uerum ubi ciuitatis optimates obire munus illud dignati sunt, tantam ei autoritatem tribuere, ut inter optimates infelix prope haberetur, qui censoria dignitate cōsecutus in uita non fuisset. Christophorus itaque sedem occupat xl. Leonis in pontificatu die: quem ego præ dolore animi paulo post perisse crediderim, quæ ab eo potissimum honore spoliatus fuisset, quæ ipse ut lupum domi auerat, ut illud Theocriti, enutrito lupos qui te comedant.

cxiij. pō.

CHRISTOPHORVS .I.

**C**hristophorus, cuius patria & cognomentum ob ignobilitatem ignorat, pontificatus malis artibus adeptus, male amisit. Septimo enim mense dignitate ac merito quidem eiectus, monasticam uitam, unicum calamitosorum refugium, obire cogitur. In monasteria enim tanquam in insulas clerici male de ecclesia dei meriti, tum relegabatur. Sunt qui scribant Christophorum deiectum pontificatu fuisse, Lodouico tertio imperante: alij hæc tempora Berengario ascribunt, quem diximus e duce Forouliano imperatorem creatum, quæ in Italia oriundus esset stirpe Longobardorum regum: quodque etiam in eo solo spes unica imperij collocatum maxime poterat ob uirtutem & nobilitatem. Vt autem credam Berengarium imperasse, facit & pontificum qui ante fuere breuis uita, quos tanquam monstra quædam e medio breui deus sustulit, & ipsius imperatoris tempus, qui superato Guidone duce Spoletano, interfectoque Ambrosio comite Bergomate, quos primo hostes habuerat, accepta a Formoso imperij corona, annis ix. uixit. Qui uero postea Christophoro acciderit e pontificatu deiecto, in Sergio dicitur.

cxiij. pō.

SERGIVS .III.

**S**ergius tertius, patria Romanus, patre Benedicto, pontificatum iniens, basilicam Lateranensem quæ tum corruerat restituit, Christophorum e monasterio tractum in uincula cōiecit. Rebus deinde cōfirmatis, in Gallias profectus, Lotharij gratia & amicitia fultus, qui tum regnabat, in Italiam rediens, & Christophorum arcione custodia reuinxit, & Formosi acta ita improbauit, ut denuo ad sacros ordines eos admittere necesse fuerit, quos Formosus antea sacerdotali ordine dignos cœsus erat. Neque hæc quidem ignominia mortuo intulisse contentus, eius cadauer e sepulchro tractum, capitali supplicio, ac si uiueret, afficit: corpusque ipsum in Tiberim precipit, tanquam sepultura & honore humano indignum. Ferunt piscatores corpus ipsum

inter piscandum repertum, ad basilicam Petri detulisse, atque dum funus celebratur, sanctorum imagines quæ in templo locatæ erant, corpus ipsum ueneratas fuisse: & ob eam rem creditum esse, Formosum iniuria quidem tali ignominia affectum fuisse. Sed factum ne sit hoc a piscatoribus, haud satis constat, uiuente præsertim Sergio, qui Formosi factionem persequebatur, quæ antea ei impedimento fuerat, quo minus pontificatum consequeretur. Vide quæso quantum isti degenerauerint a maioribus suis. Illi enim, utpote uiri sanctissimi, dignitatem ultro oblatam cōtemnebant, orationi & doctrinæ Christianæ uacantes: hi uero largitione & ambitione pontificatum quærentes, & adepti, posthabito diuino cultu, inimicitias non secus ac sauisissimi quidam tyranni inter sese exercebant: suas uoluptates postea securius expleturi, cum nullibi extarent, qui eorum uitia coercerent. Crediderim ego Sergium hæc facere a Lothario compulsum, quæ Formosi opera a Gallis in alienigenas imperium translatum sit. Sergius autem his artibus uitam ducens, septimo pontificatus sui anno, mense quarto, die xvi. moritur: cum paulo ante igneæ faces in caelo & stellæ micantes, discurrentesque præter cōsuetudinem sint uisæ. Unde non ita multo post Ungari Italiam cum exercitu ingressi, multas uicissim intulere accepereque clades.

ANASTASIVS .III.

cxxiij. pō.

**A**nastasius tertius, patria Romanus, eo tempore pontificatum inijt, quo Landolphus Beneuetanus princeps, graui prælio in Apulia cum Græcis decertauit & uicit. Nam Patricius Leonis Cōstantinopolitani imperatoris dux Italiam ingressus, se omnia breui euerfurum minabat, nisi Leonem prope obtemperarent. Verum (ut dixi) Landolphum uirtute impetum simul cum loquacitate omisit, quam uero a Berengario iam pararentur copiarum, quæ Patricio obuiam fierent, plus terroris quam uirium secum ferenti. Anastasius autem a quo nil memoria dignum gestum est, secundo anno pontificatus sui moritur, & in basilica Petri sepelitur. Hunc tñ pontificem hac una in re laudare possumus, quæ neminem eorum qui ante se in pontificatu fuere, ignominia aliqua notauerit, uel maledictia persecutus sit: modeste enim & integre uixit, nec in se quicquam habuit quo reprehendi possit.

LANDVS .I.

cxxx. pō.

**L**andus patria Romanus, Anastasio successit. Huius autem uita ita obscura fuit, ut etiam sint qui eum inter pontifices non numerent, maxime autem Vincetius historicus. Aliter tñ Martinus & Cusentinus sentiunt, horum de numero & Gothifredus est, qui scribit Landum autoritatem suam interposuisse, quo minus Berengarius & Rodolphus comitis Guidonis filius, inter se decertaret. Sunt qui scribant Rodolphum apud Veronam Berengarium superasse, ac imperio tribus annis potitum esse. Magna enim tum erat inter Italos, Germanos & Francos de possessione imperij concertatio. Unde & grauissima bella orta sunt, nec extincta sine multorum interitu, omnique prouinciæ calamitate. Annitebatur tñ Romani Italique imperij nomen in prouincia retinere, obstantibus barbaris omnibus, licet duce & autore tam præclari facinoris indigerent, extinctis iam non solum illis præclaris luminibus, quæ Italiam quondam per totum orbem terrarum illustrarunt, uerum etiam sublato omnino & exciso illo egregio seminario, unde tam præclaræ radices pullulabant. Landus autem sexto pontificatus sui mense, die xxi. moriens, in basilica Petri sepelitur.

IOHANNES .XI.

cxxvi. pō.

**I**ohannes undecimus, patria Romanus, patre Sergio pontifice, anno dñi nonagesimo nono pontificatum inijt. Præful Rauennas is antea fuerat, episcopatu deiectus populis tumultu. Vegeto Lando mortuo, pontificatum adeptus, spiritibus militares magis quam religioni deditos gessit. Indigebat huiuscemodi pontifice tum quidem & ecclesia & Italia. Nam Græci (ut diximus) Landolphum uirtute superati, Saracenos in Italiam uocant, qui ex Calabria & Apulia in Lucanos & Campanos mouentes,

urbi Romæ exitium se illaturos propediem minabantur. Hoc aut periculo motus Iohannes, Alberico Hetruriæ marchione in auxilium accito, habito delectu cū Saracenis confligens & superans, ab urbis finibus submouit. Verum nil actum ea uictoria existimans, nisi fugientes in sequeretur, eos ad Lirim fluuium nactus (quem Gariglianum uocat) apud Minturnas tanta clade superat, ut de relinquenda omnino Italia cogitauerint, locaque omnia ferme quæ in littore Italico obtinebant, incenderint. Postea tamē mutata sententia, occupato monte Gargano, incursionibus loca circumquaque posita uexabant. Interim uero Iohannes in triumphi modum Romam rediens, cum omnia sibi uendicaret, Alberici odium ita in se cōcitauit, ut ingens seditio sit orta, qua quidem marchio pulsus Ortam proficiscēs, oppido munito & arce, Ungaros præmijs sollicitatos in Italiam uocat: qui certe prouinciam ingressi, plus prope calamitatis Italia intulere quam olim Saraceni. Pueros enim & uirgines abducebant, grandioribus natu necatis: neque ipsis quidē Hetruscis pepercere, quos ex fœdere Alberici intactos esse oportebat: imo uero magis in hos quam in ceteros Italos saeuitum est, incensis & euersis fere omnibus oppidis quæ ipsi occupauerant. Crediderim ego Berengarium, qui tum Cisalpinam tantummodo tuebatur, hostibus iter in Hetruriam dedisse, modo sine ullo suorum maleficio transiret. Hac autem dulcedine prædæ ille, uti Ungari, frequenter deinceps Italiam repetebant. Qua calamitate Romani permoti, cum saeuire in hostem præferocem & potentem non possent, Albericum capiunt & obtruncant. Iohannes quoque seditione militari, maxime uero a militibus Guidonis comitis captus, & in uincula coniectus, cervicali in os coniecto recatur pontificatus sui anno xij. mense secundo, die tertio. Cuius in locum alter Iohannes subrogatur: uerum quia uicem occupauerat, e loco statim deiectus, connumerari inter pontifices non meruit.

## LEO VI.

cxviiij.  
pont.

Leo sextus, patria Romanus, legitimis suffragijs pontifex creatus, nil tyrannicus in uita præ se tulit, integre ac modeste uitam ducens, ac rei diuinæ cōsulens quantum illa tempora in tam corruptis moribus patiebatur. Reuocare enim ciues ad concordiam, temeritate & stultitia priorum pontificum adhuc tumultuantes, componere res Italas, pacare externū hostem, propulsare barbaros a ceruicibus Italiae conatus est: quo certe nil melius aut laudabilius in tā breui magistratu fieri potuit. Septimo enim mense, die xv. pontificatus sui moritur, sepeliturque in basilica Petri magno sui apud Romanos desiderio relicto.

## STEPHANVS VII.

cxviiij.  
pont.

Stephanus septimus, patria Romanus, eo tempore pontificatus inijt (ut quidam describunt) quo Ungari Alemanniam Saxoniamque populantes, ab Henrico Germaniæ rege apud Morespurgam ingenti clade superati sunt. Ferunt tum etiam Rodolphum Burgundiorum regem, in Italiam hostili manu contra Berengarium secundum descendisse, eumque suorum fraude regno spoliatum ad Ungaros confugisse, qui sumptis armis, tertio anno post pulsum Berengarium in Italiam cum magno exercitu duce Salardo uenientes, Papiam uicem captam, ferro & igne magna ex parte uastarunt. At uero Itali cum non satis uirum in Rodolpho cernerent, Vgonem Arelatensem comitem in Italiam uocant. Huic autem non sine contentione tamen Rodolphus cedens, cum hostes acriter instaret, in Burgundiam sese recepit. Vgo uero non satis his fidens, qui se uocauerant, multos in exilium pepulit: qui quidem ad Arnoldum Bauarorum ducem confugientes, hominem regnandi cupidum mouere copias in Italiam propellunt. Descendentem itaque ex alpibus Veronenses statim intra mœnia benigne ac comiter recipiunt: Verum Vgo in eum mouens, commisso prælio hominem superat, Veronamque statim recipit. Mortuo autem apud Bauaros Berengario, ut alij uolunt, apud Ungaros, Berengarius tertius pri-

mi Berengarii ex filia nepos, in Italiam ueniens, anno salutis nonagesimo trigesimo quinto imperio potitur. Sunt autem qui hæc quæ scripsi, huius pontificis temporibus ascribant. Ego uero & priorum quorundam & sequentium temporibus assignanda crediderim, cum ea quæ breuiter scripsi, non sine diuturnitate geri potuerint. Sed fatius fuit in tanta scriptorum uarietate & tempore, omnino aliquid scribere, quam quæ sunt aliquando gesta, ob incertos autores omittere. Cōsulimus posteritati, nec ita superstitiosi sumus, ut nolimus ea credere, quæ uarij autores sparsim cōscripserunt. Huius quoque pontificis temporibus merito ascripserim sanctum Vgibertum nobilem Lotharingiæ principem, qui Gemaltense cœnobium propria impensa magnis operibus breui extruxit. Ferunt & hac tempestate Spirenum Bohemiæ ducem, fidem Christi tum primum recepisse. Nam duces antea qui Bohemiæ præerant, nunc demum reges appellatur auctis opibus & copijs. At Stephanus, cuius uita mansuetudinē & religionis plena fuit, secundo pontificatus sui anno, mense uno, die duodecimo moritur, inque Petri basilica sepelitur.

## IOHANNES XII.

cxix. pō.

Iohannes duodecimus, patria Romanus, patre Sergio pontifice, ut quidam uolunt, eo tempore pontificatus inijt, quo sanguinis fons (ut Martinus & Viti centius aiunt) Genue largissime effluxit, futuræ magis calamitatis indicium. Nam & Genua a Saracenis ex Africa uenientibus tum capitur ac diripitur, & Ungari Italiam ingressi, longe omnia ac late populati sunt. Verū dum onusti prædæ Pelignorum fines attingissent, a Maris qui repente arma ceperant, opprimuntur, atque ita prædā omnem cum uita amiserunt. Scripsit tum multa Racherius ex monacho Veronensis episcopus factus, in exiliumque Papiam ab Vgone rege missus, quæ aperte nimium in eius mores inueheretur. Iohannes autem pontificatus sui anno quarto, mense decimo, die xv. moritur. Vacat tum sedes diebus duodecim.

## LEO VII.

Racherius  
epi  
opus  
Veronensis.

cxxx. pō.

Leo septimus, natione Romanus, Vgone & Lothario in Italia imperantibus, pontificatus adeptus, nil dignum memoria gessit. Huius autem tempora illustriora fecere Spireneus Bohemiæ dux (ut Martinus refert) iustitia & religione insignis, & eius filius Vincesus, nequaquam a patre degenerans, a fratre Boleslao interemptus ob regni cupiditatem: qui quidem Vincesus postea in sanctos referri meruit, comprobata eius uita, approbatisque miraculis in uita & post mortem editis. Leo autem pontificatus sui anno tertio, mense sexto, die decimo moritur, & in basilica Petri sepelitur. Vacat tum sedes dies tres.

## STEPHANVS VIII.

cxxxij. pō.

Stephanus octauus, natione Germanus, pontificatus iniens, ita a Romanis seditionibus uexatus est, ut nil memoria dignū ab eo geri potuerit, imo uero (ut Martinus refert) in tanta seditione mutilatus turpiter aliquandiu uita duxit, cum ob inhonestam uulnera prodire in publicum erubesceret. Parabat quidem rex Vgo tantam iniuriam ulcisci, sed in ipso apparatu moritur: cui quidem Lotharius filius in regno succedens, hac de re nullam mentionem fecit: uel quod populi Romani amicus esset, uel quod breui regnauit: biennio enim tantum post mortem patris superuixit. Otho autem Germanorum rex, Vincesai Bohemiæ regis mortem ulturus, in Boleslao qui fratrem per scelus interfecerat, copias mouens, hominem tandem post multas illatas acceptasque clades, in potestate suā redegit. Stephanus uero pontificatus sui anno tertio, mense quarto, diebus xij. moritur. Vacat tum sedes diebus x.

## MARTINVS .III.

cxxxij. pō.

Martinus tertius, patria Romanus, mansuetudinē & placabilitatem Stephanus septimi imitatus est: pontificatus enim adeptus, bella omittens, religioni sese totum addixit, templa uetustate collapsa instaurans, pauperes elemosinis

pascens. Non caruit tamē huius temporibus Europa ipsa bellica rabie. Nam cum Otho anniteretur Italiam ingredi aduersante Lothario, magnæ cædes utrinq; commissæ sunt. Adhortante tamē eos Martino pontifice, ut ab armis discederent, tum uel maxime, cum ubiq; fame & penuria rerum omnium laboraretur, succisis undiq; que arboribus, prostratis segetibus, & abductis grauissimo bello colonis ac pecoribus: apud Constantinopolim quoq; tumultuatum uehementer est. Nam ciues ipsi Cōstantinum imperatorem captum, abrafo capite, in insulam relegarūt. Verum non ita multo post Constantinus Leonis filius imperium adeptus, seditiosos ciues eadem turpitudine tantum affectos, qua ipsi Constantinum notauerāt, in eandem insulam exulatum mittit. Martinus autem tertio pontificatus sui anno, mēse sexto, die decimo moritur, & in basilica Petri sepelitur. Eius autem in morte sedes Romana diebus duodecim tum uacat.

exxxiiij.  
pontifex.

AGAPETVS .II.

Henricus  
Bauariæ  
dux.

**A**gapetus secundus, natione Romanus, ardente tumultu bellico in Italia pontifex creatur. Ungari enim tum etiam hostili manu Italiam ingressi, iam fere omnem oram Transpadanam occupauerāt, cum Henricus Bauariæ dux, sumptis prope armis, comparatoq; exercitu in prouinciā mouens, non sine magno incolarum incommodo duobus grauissimis prælijs eos superat, ac prouinciā oēm ab Aquileia Papiam usq; occupat. Unde nō ita multo post prope in Austria discessit, q; iam aduētare Berengarium cum magno exercitu intellexerat. Potius autem Italia Berengarius, imperatoris nomen sibi indit, filiumq; Albertum regem Italiae nuncupat, coniecta in carcerem Alunda Lotharij fratris filia, ne Papiam urbem dotalem repeteret. Interim uero Agapetus pontifex, Italiaq; proceres, cognita Berengarij superbia, q; omnia sibi contra ius fasq; uēdicaret, Othonem Germaniæ regem in Italiam uocant; qui quidem per Forumiulij prouinciā cum quinquaginta millibus hominū in gressus, deturbatis statim e regno Berengario & Alberto, Alundam Lotharij filiam e carcere ductam in uxorem accepit, ex qua postea filium suscepit, cui Othoni secundo nomen fuit. Otho tamen Italia decedens, hac moderatione usus est, ut Berengario & Alberto gubernadæ prouinciæ arbitrium permiserit, compositis inter pontificem & Berengarium rebus. Idem quoq; Otho Lodouicum regem Franciæ magnis eo prope deductis copijs iuuat, quem proceres prouinciæ adiuuante Vgone Parisiorum comite, ipsius Othonis sororio, prope e regno depulerāt. At uero Albertus Berengarij filius, qui tum Rauēnæ præerat, Comaclensium classe & auxilijs fretus, mercatores Venetos aduersante Agapeto pontifice infestabat, unde Veneti ira incēsi, comparatis prope quibusdam nauigijs, Comaclum expugnatum incendunt. Dum hæc itaq; hoc modo agerent, Agapetus pontifex uir innocens, & reip. Christianæ amator, pontificatus sui anno nono, mense septimo, die decimo moritur, eo fere tempore, quo Oddo Cluniacensis monasterij abbas in domino quieuit. Cuius quidē discipulus habitus est Domasielus uir miræ sanctitatis & monasticæ disciplinæ restitutor.

IOHANNES XIII.

exxxiiij.  
pontifex.

Rome  
duo an  
nui consu  
les.

**I**ohannes decimustertius, patria Romanus, de uia lata patris Albrici potētia fretus, pontificatum occupat. Octavianus is quidem primo uocabatur, homo sane ab adolescentia omnibus probris ac turpitudine contaminatus, uerationibus magis si quid temporis a libidinibus supererat, quam orationi deditus. Erāt tum Romæ duo annui cōsules, ex nobilitate præfectus unus, qui ius populo diceret: ex plebe autem decarchones xij. creabantur, qui uicem senatus gererent. Non carebant aliqua ditioe Romani. Nam & uicina Hetruriæ oppida intra urbeuetanū tuderantimq; agrū, & quicquid a Neapoli Beneuentoq; a Maris, a Reatinis ad urbem spectat, Romanæ ciuitati obtēperabat. Vteriora partim Græci, partim Saraceni

occupauerāt. Quis tum picenum spoletinumq; agrum obtineret, incertū est. Octavianus itaq; patris potentia in satis libera ciuitate fretus, pontificium munus humeris suis nequaquam conueniens, sibi defumit. Hac quidē indignitate moti duo cardinales, literis Othonem obsecrant, ut clerum populumq; Romanum e manibus Berengarij Iohannisq; duodecimi uendicare conetur, aliter Christianā fidem unā cum imperio perituram. Otho em̄ tum magno in precio erat, domito Bodeslao (ut dixi) Bohemiæ rege, superatisq; tribus grauissimis prælijs Ungari Germaniam uastantibus, ac captis tribus eorum regulis, quos Germani contradicente imperatore uitam finire laqueo coegere. Interim uero dū Otho expectaretur, re per indices patefacta, Iohannes pontifex cardinales ipsos capit, & huic nasum, illi uero manum abscindit. Hanc ob rem Otho in Italiam mouens, primo quidem Berengarium & Albertum filium in potestatem suam redigit: alterumq; Constantinopolim, alterum in Austriam relegat. Mox urbem ingrediens, ab ipso Iohanne honorificentissime suscipitur, coronaturq; (ut quidam tradunt) accepto Germaniæ Pannoniæq; titulo, quod reliqui imperatores deinceps obseruarunt, translato tum primum ad Germanos imperio. Alij uero a Leone octauo, de quo paulopost dicemus, hoc factum existimāt: quorum opinionem Gratianus in decreto secutus est. priorem sententiam Richardus & Cusentinus non improbant. Lateranensis autem bibliothecarius Othonem Iohannis tempore Romam uenisse scribens, de coronatione eius nullam mentionem facit, adeo confusa sunt & perturbata hæc tempora scriptorum negligentia & incuria. Otho autem composito aliquantulum statu ciuitatis, cum Iohanne secreto collocutus, hominem primo blande appellando a flagitijs deterrēs, ad uirtutem adhortabat: uerum cum nequaquam moueri a sententia uerbis eum cerneret, ad minas cōuersus, concilium indicit, conuocatis episcopis Italiae, quorum iudicio uita sceleratissimi hominis dī iudicaretur. Is itaq; iudicium bene sentientium reformidans, in Hemicos aufugit, in syluisq; more feræ aliquandū delituit. Hanc ob rem Otho persuadente clero, Leonem Romanum ciuem lateranensis ecclesiæ scriuariū pontificem creat. Verum abeunte imperatore, Iohannis cognati & clientes, pulso Leone, Iohannē ipsum reuocāt: quem quidem diuinitus eisdem ferme diebus perisse creditum est, ne ecclesia dei perniciose seditione iam glifcescente labefactaret. Sunt qui scribant hunc sceleratissimum hominem, uel hoc monstrum potius, in adulterio deprehensum & confossum interisse. Verum non ita quoq; leuata seditio est. Nam Romani mortuo Iohanne in eius locum Benedictum subrogant, idq; ab imperatore qui tum Spoleti erat, confirmari contendunt. At imperator iratus, non solum Romanos utpote iniqua postulantes, a se repulit, uerum etiam eosdem armis (ut postea dicitur) coegit abrogato Benedicto Leonem suscipere. Ferunt multa prodigia tum in Italia apparuisse. Nam & lapis de celo miræ magnitudinis cecidit, fauente uentorum atq; imbris um procella, & in uestibus multorum signum crucis, ac quidem cruētæ, diuinitus apparuit. Quæ quidem portenta indicare magnas clades & calamitatem ecclesiæ multi interpretabantur. Iohannes autem uir omnium qui unquam ante se in pontificatu fuere, perniciosior & sceleratior, pontificatus sui anno ix. mense iij. die quinto moritur. Eius uero in morte sedes in seditione dies duodecim tum uacat.

BENEDICTVS V.

exxxv.  
pontifex.

**B**enedictus quintus, patria Romanus, ex diacono in seditione pontifex creatur. Ab his potissimū qui Iohanni cognatione factioneq; coniuncti fuerant, ægre ferentes Leonem ab Othone Iohanni antelatum. Verum cum imperator hanc electionem nequaquam probaret, Romanos id maxime expetentes a se repulit, eosq; ferro & flamma omnia circa urbem posita uastans, compulit, pulso Benedicto uel dedito potius, Leonem suscipere, adactos sacramento, nil se earum rerum immu-



ratturos, quas ipse imperator in re pontificia constituisset. Cōpositis autē hoc modo rebus, Otho in Germaniam rediens, secum Benedictum ipsum duxit, qui nō multo post dolore animi apud Hayspurgam moritur, ubi relegatus erat. Vixit autē in pontificatu mēsis sex, diebus quinq;. Sedesq; deinceps diebus \* xxx. uacauit.

## LEO VIII.

**L**eo octauus (ut ante dixi) ptoſcriniarius, a clero populōq; Romano, pulſo lo-  
hanne, pontifex creatur. Nam cum Iohānes flagitioſe nimium & intemperan-  
ter uiueret, inſtarentq; Romani apud imperatorem, ut alterum pontificem abro-  
gato Iohanne crearet, reſpondit electionem ad populum & clerum pertinere:  
Eligerent quem maxime idoneum putarent, ſe eum ſtatim approbaturum. Vnde  
cum Leonem elegiſſent, quem ipſe confirmauerat, deinde mutata ſententia abro-  
gato eodem, Benedictum ſuffeciſſent, iratus Otho, eos ui & armis compulſit, dedi-  
to etiam Benedicto Leonem ſuſcipere, qui ſtatim Romanorum in conſtantiam p-  
taſus, autoritatem omnem eligendi pontificis a clero populōq; Romano ad impe-  
ratorem tranſtulit. Verum Leo in pontificatu non diu uiuit. Anno enim primo,  
menſe quarto moritur.

## IOHANNES XIII.

**I**ohannes decimusquartus, Narnienſis epiſcopus, patria Romanus, patre Iohan-  
ne epiſcopo, Leoni ſucceſſit. Verū Romani in ita iam conſuetudine pellendi pō-  
tifices, hunc quoq; ſeditionibus fatigāt. Accerſito enim Iofredo Campaniæ comi-  
te, lateranenſes ædes ui irrumpētes, Iohannem capiunt, captumq; primo in Ha-  
driani molem perducunt; mox inde hominem in Campaniam exulatum mittunt.  
Verum interfecto Iofredo eiusq; unico filio a Iohāne Campano principe, pōtifex  
undecimo menſe ſui exiliū Romam propere rediit. Otho præterea cognita ponti-  
ficis calamitate, cum Othone filio in gētibusq; copijs magnis itineribus Romam  
perueniens, conſules & præfectum cum decarchonibus captos in uincola cōiicit,  
ſciturus coniurationis capita. Quæſtionibus autem re cognita, conſules in Germa-  
niam mittuntur; Decarchones uero laqueo ſuſpenſi, pœnas ſtatim dedere. Petrus  
autem urbis præfectus, malorum omnium fons & origo, diu cum ignominia per  
publica urbis loca tractus ac uirgis caſus, in Germaniam uinctus mittitur. Sunt qui  
ſcribant Petrum ipſum excarnificandum pontifici traditum abraſa barba, capillis  
ſuſpenſum ad caput equi Conſtantiniani aliquandiu ſteriſſe, ut eius exemplo talia  
facinora malefici declinarēt. Inde autem ablatum, aſinoq; ſuperimpoſitum, uerſo  
ad clunes uultu, & manibus ſub cauda ligatis, atq; ita per urbem ductum, & uirgis  
caſum fere uſq; ad interitū fuiſſe; poſtea uero in Germaniam exulatum miſſum. Hac  
etiam ſeueritate (exempli gratia) in Iofredum a Iohāne principe Campano (ut di-  
ximus) caſum, imperator uſus eſt, ut eius ac filij cadauera e loco ſacro tracta, in p-  
phanum proijci iuſſerit. Interea uero Sclauī qui Hadriani tertij pontificis, & Sue-  
ropyli principis Dalmatiæ tempore fidem Chriſti ſuſceperāt, in Italiam tranſcien-  
tes, Saracenos ingenti clade ſuperatos e monte Gargano deiecerunt. Horum autē  
exemplum & uirtutem imitati Vngari, reliquias Saracenorum ita attriuere, recu-  
perata Conſtantiniam ab hoſtibus capta, ut Othoni magni Othonis filio eo cū ex-  
ercitibus miſſo, haud difficile fuerit reliquias belloꝝ abſoluere. Nec contentus Sa-  
racenos cedere, Græcos quoq; qui cum Mauris fœdera inierant, grauiffimis præ-  
lijs ita perdomuit, ut eos fere omni Calabria & Apulia eiecerit. Sunt qui ſcribant  
idcirco Othonem Græcos perſecutum fuiſſe, quia Nicephorus Conſtantinopolita-  
nus imperator filiam iam ei pactam, in matrimonium daturum ſe negabat. Con-  
ſtat tamen Othonem ipſum adoleſcentem egregium, pulſo Nicephoro, & Iohan-  
nem filium in imperio confirmari, & Theophaniam ſororem in uxorē accepiffe,  
quam quidem Iohannes tertius decimus unā cum marito apud Lateranenſem baſi-

licam corona imperij exornauit, annuente Othone ſene, qui filium conſortem im-  
perij creauerat. In tāta autē & tam publica lætitia, campana eccleſiæ metropolitanæ  
nomē a Iohāne pōtifice cōſecuta eſt. Otho uero in Germaniam proficiſcēs, ſenio cō-  
ſectus, Viennæ mori: quem nō ita multo poſt Iohānes pōtifex ſexto pontificatus  
ſui anno, mēſe xi. die v. ſubſecutus eſt. Eius in morte dies xij. ſedes tum uacat.

## BENEDICTVS VI.

**B**enedictus ſextus, patria Romanus, Iohāni in pontificatu & calamitatibus ſuc-  
ceſſit: a Cynthio enim Romano ciue & quidem præpotenti captus, in Hadri-  
anam molem (quam ſancti angeli arcem nūc uocāt) cuſtodiam noxiorum, uel po-  
tius innocentium includitur, eodemq; in loco non multo poſt ſtrangulatur: uel (ut  
Cuſentinus refert) fame moritur. De tāta iniuria nullam ſumptā eſſe uindictam,  
uel a ciuibus Romanis aduerſæ factionis, uel ob Othone imperatore, nō poſſum  
ego non admirari, præſertim cū Otho ipſe uir optimus ſit habitus, & eccleſiæ Ro-  
manæ deſenſor acerrimus. Sed uereor ne talia fuerint Bñdicti merita, quale præ-  
mium a Cynthio conſecutus eſt. Male tamen a Cynthio actum eſt: neq; enim ad ſe  
pertinebat, etiam ſi Benedictus grauiter deliquiſſet, pontifici manus iniicere. Sed  
heus ut rerum omnium uiciſſitudo eſt. Nam Romani pontifices noſtra ætate Ro-  
manos ciues, aut delinquentes, aut ob potētiam ſuſpectos, eo loci tanquam in Tul-  
lianum carcerem includunt & macerant. Crediderim ego Othonem alijs negocijs  
implicatum, Romano pontifici præſtare auxilium nequiſſe, ob eamq; rem anno  
primo, menſe ſexto, pontificatus ſui mortuum eſſe.

## DONVS .II.

**D**onus ſecundus, patria Romanus, tantæ modeſtiæ fuit, ut ſi nihil in pontifi-  
catu geſſerit quo magnopere laudaretur, non tamen uel aliqua iniuria affe-  
ctus, uel ignominia notatus eſt. Huius autem tempora, ne omnino obſcura eſſent,  
effecere res quædam, tum a principibus quibuſdā, tum a ſanctis uiris geſtæ. Nam  
Baſianus artis magicæ peritus Bulgarorum princeps, ita Baſilium & filium Con-  
ſtantinum Byzantinos principes bello uexabat, ut paulum ab capienda urbe regia  
abeffet, negligentia Græcorum prope derelicta. In ita tamen ſunt inter eos fœdes  
ra, licet non æqua, & pax compoſita eſt. Adalbertus autem Bohemus Pragēſis epi-  
ſcopus, tāta ſanctitatis tum habitus eſt, ut diuino ſpiritu impellente in Pannoni-  
am deſcendens, & regem Vngarorum baptizauerit, & omnes prouinciæ epiſcopos  
ad bene de deo promerēdum exemplo & uita inſtruxerit. Profectus deinde in  
Pruſiam, dum fidem Chriſti quam diligentiffime prædicat, martyrio coronat. Fe-  
runt & beatum Eduardum Angliæ regem, ſanctitate in precio tum habitū fuiſſe,  
quem certe noueræ dolis & fraude interfectum conſtat. His addit & Richardus  
ſcriptor ſanctum Maiolum abbatem, qui in Cluniaco magnum ſui apud poſteros  
uita & miraculis exemplum reliquit. Donus autem anno pontificatus ſui primo  
moritur, & in baſilica Petri ſepelitur: diebus tantūmodo duobus ſedes tum uacat.

## BONIFACIUS VII.

**B**onifacius ſeptimus, cuius cognomen & patria ob ignobilitatem credo retice-  
tur, pontificatum malis artibus adeptus, male etiam amiſit. Nam in ito magi-  
ſtratu cōſpirantibus ſimul bonis ciuibus, relinquere urbem coactus, precioſiſſima  
quæq; e baſilica Petri ſubtrahens, Conſtantinopolim confugit: ubi tandiu ſubſtitit,  
quoad diuenditis quæ ſacrilegio abſtulerat, magnam uim pecuniarum comparaf-  
ſet, quibus tanquam adminiculis occupandæ tyrannidis fretus, urbem repetit, ci-  
ues Romanos largitione corrupturus. Obſtabāt conatibus ſuis uiri boni, maxime  
uero Iohannes diaconus cardinalis, quem captum adiuuantibus quibuſdam per-  
niciioſis hominibus, oculis ſtatim priuauit. Atq; ipſe tātorum malorū autor & gliſce-  
ſcente maiorem in modum ſeditione, ſiue timore, ſiue pœnitentia patratū ſceleris,

turpiter uitam finiuit. Vide quæſo quantum degenerauerint hi pontifices a maioribus ſuis, qui hanc rem publicam Chriſtianam tam amplam tamq̃ magnificam ſuo ſanguine nobis reliquere. Pōtifex Romanus factorum pater & rex, ſacra ipſa furto abſtulit: & qui uindicare ſacrilegia debuerat, tanti ſacrilegij factus eſt autor. Hoc autem cōtingere in quauis rep. cōſueuit, quādo plus malorū ambitio & auaritia ualet, quā bonorum uirtus & grauitas. In clerū igitur deligēdi eſſent, quorum uita & doctrina probata ſit: non autem hi qui cum nil uirtutis & religiōis habeant, ambitione & largitione ſibi potentiam quærūt. Vixit autem Bonifacius in pontificatu menſibus ſeptem, diebus quinq̃. Vacat tum ſedes dies uiginti.

## BENEDICTVS VII.

cxli. pon.

**B**enedictus ſeptimus, patria Romanus, ſtatim inīto pontificatu, Arnulphum Episcopum Remenſem ſeditione quorundam pulſum, habita ſynodo in integrum reſtituit, eo maxime tempore, quo Otho ſecūndus & Henricum Bauarorū ducem rerum nouarum cupidum perdomuit, & in Lotharium mouit, qui Lotharingiam Romani imperij prouinciam occupauerat, A quiſ granē ſemq̃ agrum populatus fuerat. Otho autem ſuperato Lothario, uaſtatisq̃ Sueſſionum agris, ac in cenſis Pariſiorum ſuburbij, dum in patriam copias reducit, apud Auxonam fluuium non nihil incommodi accipit. Deinde uero comparato maiore exercitu in Italiam contra Baſilium & Conſtantinum imperatores Græcorum ueniens, qui iam Calabriam & eam partem Italiae occupauerant, quæ ad Siciliam uergit, apud Baſentellum ſuperatus, ſcapham conſcendens, ſalutem ſibi fuga quærebat. A piratis autem forte fortuna captus, in Siciliam deſertur. Verum Siculi redempto homine, ac Romam miſſo, de piratis ſupplicium ſumpſere. Otho deinde comparato ſatis iuſto exercitu, animaduertere in Romanos & Beneuentanos cōſtituerat, a quibus inītium fugiendi factum fuerat, dum ad Baſentellum contra Græcos pugnetur. agere id in Romanos minus tutum uiſum eſt. In Beneuentanos itaq̃ conuerſus, urbem capit & incendit, tranſlato inde ſancti Bartholomæi corpore, Romæq̃ in inſula tiberina collocato, eo loci maxime, qui olim Iouis hoſtia Lycaonia dicebatur, quicq̃ trirēmis puppim præ ſe fert. Nā inſula ut adhuc ex tiburino lapide cernitur, trirēmis formam habuit, ad ſimilitudinē illius credo, qua Aefculapius Romā aduectus eſt. uiſitur adhuc ſerpēs lapidi inſculptus, uiſuntur tranſtra. adeo uiri illi excellentes ſtudioſi erant uel naturam in artem redigere, uel artem ad naturam. Ad Othonem redeo, qui non multo poſt tranſlatū ſancti Bartholomæi corpus Romæ moritur, & in ueſtibus beati Petri (paradiſum uocant) labro porphyretico, quod adhuc introeuntibus ad læuam apparet, honorificiſſime ſepelitur. Cum autem de creando nouo imperatore conſultatio haberetur, & alij Othonem tertium ſecūdi filium, alij uero Henricum Bauariæ ducem, primi Othonis ex fra- tre nepotem expoſcerent, inſtarentq̃ Itali quidam, ut Creſcentio nomētano uiro clariffimo res committeretur, Germani ſtatim, qui tum frequentes Romæ aderāt, Othonem tertium delegere. Inſtabat Benedictus uir optimus unūquenq̃ rogando, ut in creando imperatore reip. Chriſtianæ conſulerent, quæ tū maxime perito & ſolerti gubernatore indigebat. Tandem uero ne ſeditio aliqua oriret, Germanorū ſententiam approbat. Moritur & ipſe pontificatus ſui anno octauo, menſe ſexto. Vacatq̃ ſedes diebus quinq̃, Valderico Amburgēſi epifcopo tum maxime in precio exiſtente doctrina, moribus & ſanctitate uitæ.

## IOHANNES XV.

cxliij. pōt.

**I**ohannes decimusquintus, patria Romanus: uel (ut nonnulli uolunt) Papiēſis, poſt adeptum pontificatum menſe tertio a Romanis capitur, & in mole Hadriani, ut in publica cuſtodia inſuſus, ibi tādū pedore carceris, inedia & moleſtia animi maceratur, quoad uitam turpiter finiuit. Sunt qui ſcribant eum ui mortuum

fuiſſe a Ferrucio Bonifacij ſeptimi parente, magnæ potentia: uiro, ob eam rem credo, quod filio in pontificatu aduerſatus fuiſſet. Vt cunq̃ eſt, conſtat eum in carcere mortuum, & in baſilica Petri ſepultum. Deiectus ne pontificatu fuerit, uel ob impotentiam & tyrannidem, ut quidam coniectant, uel ob inuidiam maleuolorum & ſeditioſorum quorundam, haud ſatis conſtat: adeo ſunt cōfuſæ iſtorum temporum hitoria. fuiſſe tamen in precio hac tempeſtate conſtat & Odilum abbatē Cluniacenſem, & Berengariū Turonēſem, uiros ſanctitate & doctrina inſignes, quam ſint qui dicant Berengarium amplitudine doctrinae conſiſum, primo in fide erraſſe, cum de ſacramento euchariftia male opinaretur, erroremq̃ ſuum poſtea publico concilio Romæ habito emendaſſe, ac ſtatim omiſſo ſtudio ſophiſticae diſciplinæ cum eſſet archidiaconus Andegauenſis, omnia pauperibus erogans, labore manuum ſuarum uictum ſibi quæſuiſſe.

## IOHANNES XVI.

cxliij. pō.

**I**ohannes decimuxeſtus, patria Romanus, patre Leone preſbytero, e regioe Gallicinae albæ, pōtificali adeptus, miro odio in clericos exarſit, unde merito ab ipſis clericis odio habitus eſt, maxime uero q̃ diuina humanaq̃ omnia cognatis & affinitibus ſuis elargiebatur, poſthabito dei honore & Romanæ ſedis dignitate, quem certe errorem ita poſteris tradidit, ut ad noſtrā quoq̃ ætatem peruenerit. Qua quidem conſuetudine nil certe dici pernicioſius poteſt, cum non ob religionem & dei cultum appetere pontificatum noſtri ſacerdotes uideantur, ſed ut fratrum uel nepotum uel familiarium ingluuiem & auaritiam expleāt. Apparuiſſe cometē tum ferunt futuræ calamitatis indiciū: nam & fame & peſte diu laboratum eſt, & terræ motu Beneuentum ac Capua concuſſa, eaq̃ mala ob ſuperbiam & rapacitatem pōtificalis, contemptumq̃ dei & hominum accidiſſe putatum eſt. Moritur autē deo uolente octauo pontificatus ſui menſe, ſepeliturq̃ in baſilica Petri.

## IOHANNES XVII.

cxliij.

**I**ohannes decimuxeptimus, patria Romanus, pontificatum inijt Othone imperante, ſed nondum coronam imperij adeptus. Fuit autem Iohannes uir tantæ doctrinae, ut multa quidem eleganter ediderit, quemadmodum Martinus ſcribit. Agitatus deinde ſeditionibus a Creſcentio cōſule Romano, imperium urbis ſibi uendicare conante, cupiditati hominis cedens, exulatum in Hetruriā abiit. At uero Creſcētius cognita Iohannis indignatione, qua percitus Othone cōtra ſe cum exercitu in Italiam uocabat, ipſius pōtificalis cognatos & amicos qui in urbe remanferāt, ad hominem mittit rogatum, ut omiſſa accerſendi Othonis cura, ad urbem cum poteſtate redeat, polliceturq̃ ſeci rebus in omnibus obtemperaturum. Precibus autem ſuorum motus Iohannes, ueritus etiam ne ſi Otho cum exercitu Italiam ingrederetur, plus maleficij quā beneficij ſecum afferret, ad urbem ueniens, prodeunte obuiam Creſcentio cum omnibus magiſtratibus, & urbana multitudine, in ædes Lateranenſes magno comitatu introducitur: quarum in ueſtibus eius pedes Creſcentius & omnes ſeditionis autores, petita uenia, exoſculati ſunt. atq̃ ita in cōcordiam redacti, uitam ſimul quiete traduxere. Ferunt tum Henricum abbatem Lobienſem in Lotharingia, & Adeboldum epifcopum Ultraiactenſem, qui multa in laudem beatæ uirginis, ſanctæq̃ crucis ſcripſit, & Albonem abbatem Floriacenſem (qui poſtea in Vaſconia ob fidem Chriſti martyrium paſſus eſt) doctrina, religione, ſanctitate, magno in precio habitos. Moritur autem Iohannes pontificatus ſui anno decimo, menſe ſexto, die decimo. Vacat tum ſedes diebus ſex.

## GREGORIVS V.

cxlv. pon  
tifex.

**G**regorius quintus, natione Saxo, patre Othone, Bruno ante uocatus, Othonis tertij autoritate ob affinitatem pontifex creatur. Verum abeunte in Germaniam Othone, ſeditionibus Romanorum exagitatus, in Hetruriā primo, mox

in Germaniam ad imperatorē confugit. Interim uero Romani Crescentiū denuo cum summa potestate consulē decernunt, q̄ statim Iohannē quendā natione Græcum, episcopū Placentinum, non minus pecuniosum quā doctū, pōtificem creatum; alij uero xviij. hunc uocant, q̄ populi cleriq; Romani consensu, ad quos electio spectabat, pontificatum iniisset. At Crescentius cognito Othonis cum magno exercitu ad urbē aduentu, urbīs moenia & portas quam diligentissime firmat, molem Hadriani munit, positis in unaquaq; statione firmissimis praesidijs. Hinc est q̄ postea moles Hadriani, Crescentij arx appellata est, sumpto nomine ab ipso munitorē Crescentio. Superueniente deinde imperatore, urbemq; oppugnare adorto, populus Romanus cū nequaq; tantis copijs par esse posset, clementia Othonis fretus, Germanis portas aperit. Tum Crescentius & Iohānes cōsiliij & auxiliij inopes, in arcē Hadriani cōfugientes, sese acriter cōtra hostes tuebant. Verū proposita spe ueniā, dū ex arce ad imperatorē se cōferūt, multis uulneribus a multitudine Crescentius confodit. Iohānes autē, effossis prius oculis, pōtificatu simul & uita priuat, in pristinaq; sedē Gregorius, xi. mēse posteaq; pulsus fuerat, restituit. Is autē cognita imperij imbecillitate uarietateq; fortunæ, quo diutius apud Germanos summa potestas remaneret, illeq; ceteris p̄fesset q̄ uirtute & dignitate ceteris p̄staret, sanctionē retulit haud abnuente Othone de imperatore eligendo anno Christi M. ac secundo, quā usq; ad tēpora nostra seruata uidemus, Videlicet solis Germanis licere principē deligere, q̄ Caesar & Romanorū rex appellatus, tum demū imperator & Augustus haberet, si eum Romanus pōtifex confirmasset. Hos autē imperatoris eligendi autoritatē primo habuisse Ptolemæus refert, archiepiscopū Maguntinū Germaniæ, archiepiscopū Treuirensem Galliæ, archiepiscopū Coloniensem Italiæ noīe. His additi & iij. principes, Marchio Brandenburgēsis, imperatoris post electionē camerarius, comes Palatinus qui dapes, dux Saxoniae q̄ ensē fert. Sūt qui scribāt Boemiæ regē viij. electorē, imperatoris p̄ncernā esse: hisq; in eligendo additū esse ad tollendam discordiā partium: ad utros em̄ inclinasset, ea pars certe potior habebat. Tulisse hoc iniquo animo Francos aiūt. Verū quia in Lodouico Lotharij filio genus Caroli Magni defecerat, regnumq; illud ad Hugonē ducem cognomento Caputiū uenerat (nam a regibus ad duces res aliquādiu trāslata est) res petere imperiū desistere: maxime uero q̄ ipsi duces noui homines, illa fortuna uē cōtenti, moliri maiora nō sunt ausi: quippe qui nondū bene regni fundamenta iecerāt. Laudat tñ, & merito quidē Robertus magni Hugonis filius, regnū a patre accipiēs fortitudine, iustitia, modestia & religione. Hic em̄ etiā rei militaris admodū studiosus erat, tñ ubi per ocium licebat, ita dei tēpla frequentabat, diuināq; officia celebrabat, ac si sacrorū oīm inītiatus fuisset. Ferunt cantū illum eius inuentū fuisse, Sancti sp̄s affit nobis gratia. His artibus autē non minus q̄ armis crediderim ego Robertū cōciliasse sibi animos uulgi, eosq; a prima illa Caroli Magni stirpe, ad genus suū nouum transtulisse. Ferunt tum quoq; magno in precio fuisse Robertum quendā Carnotānum episcopum doctrina & sanctitate uitæ. Multa em̄ scripsit, & canendū modum in sacris meliusculum reddidit. Gregorius autē secundo pontificatus sui anno, mēse quinto moritur. Vacat tum sedes diebus quindecim.

IOHANNES XVIII.

cxlvi. pō.

Iohannes decimus octauus, Placentinus episcopus, ut diximus, potētia Crescentij Romani cōsulis fretus, quem pecunia corrupisse creditum est, tēpore Gregorij quinti per factionem pontificatum occupat. Tñ enim pecuniarū ex Constantiānopolī ad urbem secum detulerat, ut constantes etiam sua largitione ad maleficium impelli potuissent, nedū Crescentius homo auarissimus & regnandi cupidus,

Miror ego historicos Iohannem ipsum inter pontifices numerasse, cum uiuēte adhuc Gregorio sedem occupasset, nisi forte in conscribendis pontificum uitis ita faciendum censent, ut in perpetua historia sit. Nam & tyrannorum peruersa facta, optimorū principum rebus gestis annumeratur, ut quantum inter se boni & mali dissideant, a legentibus cognosci possit, quo malorum exemplo a uitijs deterreantur: & bonorū exēplo ad uirtutē impulsī, uitā ducant in terris felicē & beatam: quā quidem beatitudine Iohannes caruit, fur certe in pontificatu & latro: non enim ut par fuerat, per ostium intrauit. Moritur autem, atque cū ignominia quidem, decimo usurpati pontificatus mēse. Vacat tum sedes dies uiginti.

SYLVESTER .II.

cxliij. pō.

Syluester secundus, Gilbertus antea uocatus, natione Gallicus, malis artibus (ut Saiunt) pontificatum adeptus est. Adolecens em̄ & Floriacensi cōenobio in Aureliana dicecesi posito dedicatus monachus & addictus, relicto monasterio, diabolum secutus, cui se totum tradiderat, Hispalim ciuitatem Hispaniæ bonarum artium causa peruenit. Erat enim admodū doctrinæ & literaturæ cupidus. quā in re tñ profecit, ut breuī ex discipulo optimus p̄ceptor sit habitus. Discipulos autē eius hos fuisse Martinus testatur, Othonem imperatorem, Robertum Franciæ regem, Lotharium uirum nobilitate & doctrina insignem, qui postea Senonensis archiepiscopus creatus fuit. Gilbertus igitur ambitione & diabolica dominandi cupiditate impulsus, largitione primo quidem archiepiscopatum Remensem, inde Rauennatem adeptus, pontificatum postremo, maiore conatu adiuuante diabolo, consecutus est, hac tamen lege, ut post mortem totus illius esset, cuius fraudibus tantam dignitatem adeptus erat. Nam cum Gilbertus regnandi cupidus, diabolum sciscitaretur, quamdiu in pontificatu uicturus esset, respondit humani generis hostis ambigue, ut solet: si non attigeris Hierusalem, diu uiues. Dum itaq; pontificatus sui anno quarto, mēse uno, die decimo in basilica sanctæ crucis in Hierusalem Romæ sacrificaret, fato moriturum se statim cognouit. unde p̄nitētia motus, & errorem suum coram populo fassus, omnes primo posthabita ambitione & diabolicis fraudibus, ad bene & sancte uiuēdū adhortatus est: deinde uero unumquemque rogauit, ut post mortem truncum corporis sui laceri & dissecti, quemadmodum merebatur, bigæ superimponeret, eoq; loci sepelirent, quo spōte ab equis uectum foret. Ferunt itaque dei nutu & prouidentia, ut scelerati sciant apud deum locum ueniā sibi relictum esse, si in uita aliquando p̄nituerint, equos ipsos spon te ad lateranensem basilicam peruenisse, eoq; loci sepulchrum eius corpus fuisse. Scribit idem Martinus tam ex collisione ossium, quā ex sudore ipsius sepulchri, uel humectatione potius, deinceps morituri pontificis signa, & quidem manifestissima colligi, idq; ipsius sepulchri epitaphium indicare. Verum ne sit an fecus, ipsi pontifices uiderint ad quos pertinet.

IOHANNES .XIX.

cxliij. pō.

Iohannes decimus nonus, cuius cognomentum & patria ob ignobilitatem ignoscitur, quarto mēse, die xx. post initum pontificatum moritur. Vnde ob breuitatem pontificatus nil ab eo, uel a quopiam alio gestum memoria dignum scribitur, nisi q̄ illi quinque mēstri pōtificio multa prodigia apparuere, futura mala indicantia: uisus & cometes, & terræ motu multæ urbes cōcussæ. In his autem malis unicum leuamen Hugo p̄fectus Othonis in Italia, & Hetruriæ gubernator est habitus. adeo em̄ iuste & integre prouinciam sibi creditam rexit, ut optimi principis desiderium nemini prouincialium reliquerit. Quē postea Pistorij mortuū Hetrurici oēs nō secus ac publicū parentē luxere, nullo nō gñe honoris funeri eius adhibito. Placuit hoc loco Hugonis laudes cōmemorare, ut gubernatores prouinciæ intelligant, satius esse bene & integre uiuendo laudē & gloriam, quā male agere.

m iij

Germanis solis electio imperatoris permissa.

Principes electores.

Syluester diabolo adiuuante pontificatus adeptus.

Satius est bene uiuēdo laudē & gloriā quam male agendo diuitias cū ignominia reponere.



do diuitias male partas cum ignominia & nota sempiterna reportate.

IOHANNES .XX.

cxlix. pō.

Robertus  
rex Fran-  
ciae.

Princeps  
illiterat⁹

**I**ohannes xx. patria Romanus, e regione portæ metropolitanae, pōtificatum in-  
liens, ad ocium conuersus, nil dignum memoria gessit. Laudari uel maxime Ro-  
bertus rex Franciæ potest, qui ea tempestate non minus piam quàm regalem ui-  
tam ducebat. Nam & doctrina & sanctitate omnes reges Christianos ita anteibat,  
ut disputationibus nulli secundus haberetur: longe aliter sentiens, quàm quod no-  
strorum temporum reguli arbitrantur, nequaquam principe dignū esse dictitan-  
tes, scire litteras, cum eos maxime deceat, qui populos regunt, bene gubernandi  
rationem ex aliorum præceptis colligere: quod fieri sine doctrina & lectione non  
potest. Quid enim aliud est princeps illiteratus, quàm imago leonis cæteris feris  
imperantis? Sedent affectus tum suos, tum populorum necesse est, qui digni habe-  
ri uolunt ut alijs imperent. Merito igitur Robertū laudamus, cuius præterea tan-  
ta fuit religio, ut quoties sibi per occupationes bellicas liceret, horas canonicas  
una cum sacerdotibus caneret. Hac autem pietate hoc meritum ferunt, ut cum op-  
pidū quoddam ex hostibus obsideret, neq; horas suas intermitteret, incenia hosti-  
um diuinitus corruerent, statimq; irruentibus suis oppidū caperet. Iohannes uero  
(ut quidam autores ferunt) pontificatus sui anno quarto, mense item quarto mor-  
ritur, sepeliturq; in basilica Petri. Vacat tum sedes diebus undeuiginti.

SERGIUS .IIII.

el. pont.

**S**ergius quartus, patria Romanus, patre Martino, uir sanctissimæ uitæ grataq;  
scōsuetudinis, & ante pontificatum & in ipso magistratu fuit. In pauperes libe-  
ralis, in amicos & familiares iucundus, in delinquentes clemens, in cōtumaces mo-  
destus. Tantæ præterea prudentiæ fuit, ut toto suo pontificatu nil commissum sit,  
quo merito reprehendi gubernantis negligentia posset. In deum enim omnem  
mentem conuertens (quod facere pontifices omnes deberent) iuste atq; integre  
omnia ex animi sui sententiā bene natura & moribus instituti, gubernabat. Interea  
uero huius consilio & monitionibus principes Italiæ composito foedere cōsilia in-  
eunt pellendi Saracenos e Sicilia, Idq; moliri paribus animis & copijs instituunt,  
Erant tum in Italia Tancredi magni Normandiæ ducis filij pleriq; quorum de nu-  
mero Guilielmus cognomēto Ferrebach, tanti animi fuit, ut assumpto in societas  
tem expeditionis Molacho Michaelis Catalaici Constantinopolitani imperatoris  
copiarum duce, Saracenos e Sicilia breui expulerit, adiuuantibus etiam Campa-  
no & Salernitano principibus. Verum cū postea Malochus prædam maligne di-  
uideret, Guilielmus dissimulandum esse ad tempus ratus, in Italiam rediens cum  
quadraginta millibus Normannorum militum, qui tum ab expeditione Hieroso-  
lymitana redierant, Apuliam Græcis obtemperantem occupat: ad Melphiam Ma-  
lochū cū exercitu occurrētem fundit fugatq;. Atq; ita uirtute Guilielmi a Græcis  
ad Normannos regnum Apuliæ transit. Verū postea mortuo sine hæredibus Gui-  
lielmo Drogo frater, Drogo autem Hunfredus iunior successit, unde postea Ro-  
bertus Guiscardi & Rogerius frater originem habuere. Dum hæc autem in Apu-  
lia agerentur, laborante Italia ac fere toto orbe terrarum fame ac peste, Sergius uir  
sanctissimus secundo pontificatus sui anno, die quintodecimo moritur, sepeli-  
turq; in basilica Petri. Vacat tum sedes diebus octo.

BENEDICTVS .VIII.

eli. pont.

**B**enedictus octauus, patria Tusculanus, patre Gregorio, in isto pontificatu in de-  
mortui Othonis tertij locum Henricum primū e gēte Bauara imperatorem,  
secundum institutionem Gregorij quinti creatum, corona imperij donat. Sūt qui  
scribāt Othonem ipsum Romæ mortuū, eiusq; corpus in Germaniam delatum  
fuisse: alij autē in basilica Petri sepultum affirmant. Vt cunq; est, constat Henricum

Bauarorum ducem uirum optimum ac sanctissimum imperatorem creatum, ha-  
buissetq; uxorem quæ nequaquam mariti laudibus, pietate, religione, humanitate  
cederet. Verū dum is res Germaniæ componit, Saraceni Italia ingressi, Capuam  
occupant, Barum obsident. Barenibus autem fame laborantibus, Veneti anno-  
nam classe important. At uero dum nihilominus ciuitas ipsa obsideretur, idē Ve-  
neti adiuuantibus Græcis Saracenos aggressi, multis interfectis, Barum obsidione  
liberant, anno salutis octauo & millesimo: quo quidem tempore Turci Hierosoly-  
mis captis, non tamen sepulchrum domini ecclesiasq; montis Sion aut Bethleem  
uiolauere. Laborantibus Hierosolymis succurrere Venetis erat in animo, nisi Hia-  
drenses hostes eos distinuisent. Quos quidem Veneti apud Lauretum tanta clade  
perdomuere, ut nunquam postea inferre bellum finitimis sint ausi. Henricus autē  
compositis Germaniæ rebus Romā ueniens, accepta imperij corona Capuam mo-  
uens, Saracenos inde expulit, ac Bubaganum Græcorum ducem, qui Mauris faue-  
rat, acerrimo bello adeo persecutus est, ut eū quoq; e Troia eiecerit, quæ in finibus  
Apuliæ a se eo loci cōdita fuerat, ubi olim Hannibalis castra sunt habita. Sunt autē  
qui scribant Henricum cum uxore Cunegunda ita caste ac sancte uixisse, ut uterq;  
in morte miraculis claruerit. In uita enim nil prætermisere quod ad honorem dei  
pertineret. Nam & Bambergensem fundauit episcopatum, & sororem suam re-  
gi Vngarorum in uxorem collocauit, cuius opera rex ipse & populi omnes impe-  
rio eius subiecti, integram Christi fidem acceperunt. Moritur autē Henricus octauo  
imperij sui anno, magno de se relicto apud suos desiderio. Benedictus uero mor-  
tuo Henrico, quo defensore rebus in omnibus utebatur, per seditionem alio in lo-  
cum eius successore pellitur. Verum postea in ita cum inimicis suis concordia, pulso  
adulterino pontifice, in urbem cum dignitate rediens, undecimo pontificatus sui  
anno, mense uno, die xij. moritur, sepeliturq; in basilica Petri. Sunt etiam qui refe-  
rant episcopum quendam die in solitudine uidisse Benedictum equo nigro insi-  
dentem, eumq; interrogasse, quid causæ esset, cur mortuus equo nigro ueheretur.  
Tum Benedictum hominem rogasse, ut pecunias quas occultauerat (locum indi-  
cat) pauperibus suo nomine erogaret: quæ antea data fuerant elemosynarum no-  
mine, nil ei profuisse, quia ex rapinis partas constabat. Facit mandata episcopus, ac  
statim episcopatu se abdicat, & uitam monasticam amplectitur. Scribit Vincētius  
Gerardum canadensem episcopum, doctrina & moribus eisdem temporibus  
magno in precio fuisse: huic addit Cuthet episcopum Pragensem, doctrina & fan-  
ctitate uitæ tum præcellētem, & obeam rem ab hostibus orthodoxæ fidei marty-  
rio coronatum. Tanta præterea eodem tempore peste laboratū est, ut plures mor-  
tui quàm superstitēs sint habitī. Quam quidem calamitatem in Lotharingia fons  
saluberrimæ aquæ indicauit, in sanguinem tum uersus.

IOHANNES .XXI.

elij. pont.

**I**ohannes uigesimus primus, patria Romanus, patre Gregorio, episcopus Portu-  
lensis, ut quidam uolunt: ut alijs placet, nullis sacris ante initiatus, pontificiū mu-  
nus suscepit, eo tempore quo Conradus Sueuus in demortui Henrici locum trien-  
nio post legitimis suffragijs imperator creatur. Hoc autē interregno crediderim  
ego multas Italiæ ciuitates spe libertatis erectas, ab imperio defecisse. Hæc ob rem  
Conradus uir in re militari præstans, quippe qui apud Henricum diu ordinū dux  
fuerat, coactis propere copijs in Italiam descendēs, primo in Mediolanenses ducit  
tātā defectionis autores, eos obsidet, suburbia incēdit, excidiumq; & interitū urbi  
minat. Mutata dein de sententiā obsidionē soluit, Colonienſi antistite id ei suadēte,  
q; diceret beatū Ambrosiū ei inter missas solēnia apparuisse, exitiūq; oibus minis  
tātē nisi ab urbe discederēt, cuius patrocinii ipse sumpserat. Romā itaq; Cōradus  
proficiscēs, accepta a Iohanne pōtifice impj corona, in Sclauos & Vngaros ducit,

qui rebellantibus Italicis auxilia præstiterant, eosq; breui perdomuit. At uero Rodolphus Burgundionum dux, suorum seditionibus uexatus, Conradi fidei & patrociniio se commisit. Quamobrem Burgundia deinceps imperialis prouincia aliqua ex parte habita est. Ferunt Conradum ipsum leges multas ac peruites quidem tulisse, hæc præcipue, ut cuius principi capitale esset pacem & quietem prouinciarum turbare. Hac itaque ratione motus, Lapuldum comitem Germaniæ acerrime persecutus est, quod ab eo turbandi ocij & quietis initium ortum fuerat. Nuncios præterea misit, qui Græcis & Normannis inter se de regno Apuliæ con certantibus imperarēt, ut ab armis discederēt. Romanis quoque exitium interminatus est, si diutius quemadmodum cœperant, pontificem seditionibus uexas sent, cuius tempore quorundam abbatum sanctitate & uita monastica religio in Gallia præcipue floruit, & Himericus beati Stephani Vngarorum regis filius, sanctissimus ob miracula est habitus. Iohannes autem, cuius uita mirifice laudatur, un decimo pontificatus sui anno, die nono moritur. Vacat tum sedes diebus octo.

## BENEDICTVS .IX.

clij. pont.

**B**enedictus nonus, ut quidam uolunt, Iohannis nepos, patria Tusculanus, patri & religionis gratia Romam uenit, qui uoti compos factus, in patriam rediens, filiam suam Henrico Conradi filio in matrimonium locat. Verum non ita multo post Conrado uita functo, Henricus filius eiusdem nominis secundus, patri succedens, comparato statim exercitu, cum Olderico Boemorum rege dubio Marte decertat. Repetito deinde certamine Oldericum superat & capit, uectigalemq; factum incolumem dimittit. Mouens deinde in Vngaros de regno inter se dissidentes, Petrum ab Alboino pulsum, in regnum restituit. Interim uero Romani Benedictum hominem ignauum, & nullius precij perosi, e sede deiciunt, in eiusq; locum sufficiunt Iohannem Sabinum episcopum, Syluestrum tertium appellantes, quo post nouem & quadraginta dies pulso, denuo Benedictus restituitur. Is autem cum cerneret se iterum subiturum eadem discrimina, Iohanni archidiacono sancti Iohannis ad portam latinam, qui postea Gregorius sextus appellatus est, pontificium munus libere cessit; uel (ut quidam affirmant) uen didit. Hanc ob rem merito ab omnibus Benedictus ipse accusatus est, & iudicio diuino damnatus. Constat enim simulacrum eius admodum monstruosum post mortem cuidam apparuisse; interrogatumq; quid ille horrida imago præ se ferret, cum antea pontifex fuisset, Quia (inquit) in uita sine lege & ratione uixi, ideo uolente deo & Petro, cuius sedem omnibus probris scœdauit, simulacrum meum plus feritatis quam humanitatis in se habet. Nam cum annis decem, mēsis quatuor, diebus nouem per interualla sedem Petri occupasset, tandem moritur. Nec uacasse tum sedes dici potest, cum pontificatum uendiderit. Sunt qui scribant hoc tempore Gerardum Venetum Vngarorum episcopum, uirum optimum & doctissimum, ab hostibus christianæ fidei martyrum æquissimo animo passum. Ad currum enim ligatus, ex altissimo monte in præceps demittitur ac laceratur.

## SYLVESTER .III.

cliiij. pot.

**S**yluester tertius, patria Romanus, patre Laurentio, in locum pulsi Benedicti subrogatus, non diu in pontificatu mansit. Nono enim & quadagesimo die factione suorum Benedictus restituitur. Eo enim tum pontificatus deuenerat, ut qui plus largitione & ambitione, non dico sanctitate uitæ & doctrina ualeret, is tantummodo dignitatis gradum bonis oppressis & reiectis obtineret, quem morem utinam aliquando non retinuissent nostra tempora. Sed hoc parum est, peiora (ni deus caueat) uisuri aliquando sumus. Ad Syluestrum redeo cardinalem Sabinum pontificem creatum, non dico a collegio patrum, quod tolerabilius fuisset,

Quò deue  
nerit pon  
tificatus.

sed largitione, ut quidam tradunt; quo quidem pulso ac merito, cū nō per ostium, sed per posticum intrasset ut fur & latro, Benedictus denuo restituitur tumultuante urbe, & nunc unum nunc alium appetente, quod fieri ab his populis consueuit, qui duce & rectore carent, quiq; malos pluris quam bonos faciunt.

## GREGORIUS .VI.

clv. pont.

**G**regorius sextus, sancti Iohannis ad portam latinam archidiaconus, pontificatum (ut diximus) a Benedicto nono accepit. Has ob res Henricus secundus in Italiam cum magno exercitu ueniens, habita synodo, cum Benedictum nonum, Syluestrum tertium, Gregorium sextum tanquam tria terribilia monstra abdicare se magistratu coegisset, Syndegerum bambergensem episcopum, cui Clementi secundo appellatio fuit, pontificem creat. Gilbertus tamen historiarum scriptor, asserit Gregorium bene de ecclesia dei meritum esse, cum sedis apostolicæ dignitatem negligentia priorum pontificum labefactatam, sua auctoritate & animi magnitudine breui restituerit. Nam & ditionem ecclesiæ recuperauit, & latrones circa urbem positos, quorum sacuitia peregrini ad urbem religionis causa accedentes necabantur, e medio sustulit, prius execrationibus & interdictionibus admonitos, deinde ui & armis domitos. Hanc ob rem ferunt a perniciosis hominibus uulgo homicidam, simoniacum & sanguinis humani appetentissimum habitum, idq; a cardinalibus etiam quibusdam prædicari solitum. Motum itaque Gregorium ipsum in ea ægritudine, qua postea mori, cardinales ad se uocatos uerbis castigasse, quodq; iuste & sancte fecisset, ipsi liuore moti reprehenderent. & ut, inquit, scire possitis, ubi mortuus fuero, recte an perperam fecero, corpus meum ante fores ecclesiæ sistite uetibus obseratas: si diuino nutu aperientur, censetote me dignum Christianum sepultura: sin secus, corpus meum una cum anima damnatum, quo uolueritis eijcitate. Fecere mandata Cardinales, atq; ita portæ coorto graui uento apertæ sunt, & corpus cum admiratione omnium & opinione magnæ sanctitatis introlatum est. Hæc fere sunt quæ a uarijs autoribus de Gregorio scribuntur: quem quidem constat in pontificatu sedisse annis duobus, mensibus septem, durante schismate.

## CLEMENS .II.

clvi. pont.

**C**lemens secundus, Syndegerus antea uocatus, Bambergensis episcopus in synodo pontifex creatur, annuente Henrico secundo, uel imperate & cogente potius. Verū Henricus accepta a Clemēte imperij corona, Romanos in uerba sua iurare coegit, pontificum electioni se nequaquam interfuturos, nisi iussu imperatoris id facere cogentur. Videbat enim imperator eo licentiæ factiosum quemq; & potentem, quanuis ignobilem deuenisse, ut corruptis suffragijs tantam dignitatem consequeretur: quæ certe nisi sanctitate & doctrina bene meritis uolente deo demandari cuiquam non deberet. Inde uero Capuam profectus, rebus in prouincia bene dispositis, conductisq; eo loci militibus, qui Saracenis hostibus resisterēt, Roma deinceps in Germaniam iter facit. Abeunte itaque imperatore, ut quidam scribunt, Romani pontificem iniussu suo creatum, ueneno e medio sustulere, pontificatus sui mense nono. Scribunt autores uenenum ipsum in hos usus a Stephano paratū, qui ei pontificatu successit, Damasusq; secundus appellatus est, eo maxime tempore, quo Odiloni abbati cluniacensi in magna sanctitate mortuo Hugo abbas substituitur, uir genere, pietate, religione, clementia, doctrina insignis, regnante altero Henrico in Francia, Alphonso in Hispania, Michaelē cū filio Constantino Byzantijs: quod quidem imperium iam tum maxime labefactatum erat.

## DAMASVS .II.

clvij. pont.

**D**amasus secundus, natione Bauarus, cognomento Bagnarius, uel Pepon, ut quidam uolunt, pontificatum per uim occupat, nullo cleri populiq; consensu. Adeo em̄ inoleuerat hic mos, ut iam cuique ambitioso liceret Petri sedem

inuadere. Sed obstitit deus iustus uin dex, ut is cæteris exēplo esset, ne quod uirtus dare consuevit, ambitione & largitione quæreretur. Nam tertio & xx. pontificatus sui die moritur. Censent nonnulli hunc inter pōtīfices nequaquam numerandum esse, cum non recte pontificatum adeptus sit. Miranturq; cur Romani tanta rei indignitate moti contra iusiurandum Henrici iussu habitum abdicare se magistratu hominem statim nō coegerint. Sed cum breui admodum tempore uixerit, cumq; uix sui colligendi Romanis facultas data sit, nequaquam eos aliqua censura dignos putauerim. Ad Leonem deinceps transeamus.

## LEO .IX.

civij. pō.

**L**eo nonus, natione Alemannus, anno domini millesimo quadagesimo nono pontificatum hac ratione inijt. Nam cum Romani legatos ad imperatorem misissent oratum, ut optimum pontificem sibi daret, is statim Baunonem episcopum Tublensem, uirum bonum & simplicis ingenij, legatis & ecclesie Romanæ obtulit. Cui quidem Romam pontificio habitu petenti, abbas cluniacensis & Ildebrandus monachus Soana oriundus, obuiam facti persuasere, ut deposito pōtīficali ornatu, Romam priuatus ingrederetur, quod dicerēt Henricum nullam creādi pontificis potestatem a deo habere, sed ad clerum populūq; Romanū id pertinere. Motus his uerbis Leo, cum etiam uocem e cælo inter eundē audiuiisset, Ego cogito pacis cogitationes, non afflictionis, deposito pontificio apparatu, priuatus urbem ingreditur, seipsum accusans, quod imperatori maluerit quam deo obtemperare. At uero Romanus clerus suadente Ildebrando eundem Baunonem in pontificem eligunt, eo libentius quod omnem autoritatem eligendorum pontificum ab imperatore (ut par erat) ad clerum transfulisset. Fecerant tamen uitia quorundam pontificum, quemadmodum scripsimus, ut merito ipsi clero sublata potestas uideretur dei iudicio, quo in melius eorum mentes flagitijs contaminatæ aliquando uerterentur, ne christiana resp. malis rectoribus commissa pessundaretur. Pontificatum itaq; hoc modo Baunon adeptus, ac mutato nomine Leo nonus appellatus, Ildebrandum ipsum statim sanctæ Romanæ ecclesie diaconum cardinalem creat: eidemq; sancti Pauli ecclesiam gubernandā committit, ut quasi confors pontificij muneris secum uideretur, cum alter Petri, alter Pauli templum tueretur & regeret. Interim uero Drogone Normannorum comite in Apulia mortuo, Gisulphus frater regnum adeptus, Beneuentum urbem Romano pōtīfici deditam per uim occupat. Nam cum Hēricus imperator in honorem beati Georgij templum Bambergæ condidisset, cuperetq; id in cathedralē ecclesiam consecrari, annuente Benedicto octauo quotannis census nomine daturam ecclesiam ipsam Romano pontifici, centum argenti marcas cum equo albo ac phalerato, Leo nonus dono Beneuentum ab imperatore accipiens, Bambergensis ecclesie tributum remisit. Hanc itaq; ob rem Leo suo iure & copijs imperatoris fretus, cum in Gisulphum incompósito agmine mouisset, ab eo superatur & capitur. Nec ita multo post Romam incolumis cum magno comitatu remittitur. Sunt qui scribant Robertum Guiscardi e Gallia in Italiam cum exercitu profectum, fugatis Græcis & Aphis, Apuliam occupasse, statumq; reperisse circa caput æneum circulum habentem, his literis notatum, Calendis Maij oriēte sole aureum caput habebō. Vnde Saracenus quidam magicæ obseruationis peritus, a Roberto Guiscardi captus, notato termino umbræ ipsius statuæ, calendis Maij oriente solē effosso loco thesaurum inuenit, quo se a Roberti manibus liberauit. Ad Leonem redeo, uirum certe pietate, innocentia, benignitate, gratia, hospitalitate adeo insignem, ut eius domus peregrinis & pauperibus semper patuerit. Nam cum semel ante fores suas leprosum pauperem inuenisset, cumq; præ misericordia collocari in lecto suo mandasset, apertis mane a sanitore foribus, nusquam pauper inuētus est, Christum pauperis nomine

eo loci recubuisse creditum. In rebus præterea ad religionem pertinentibus tanta diligentia & solertia usus est, ut & in concilio Vercellenfi Berengarium hæreseos autorem damnauerit, & Constantinopolitanum imperatorem suis monitionibus impulerit sepulchrum domini Hierosolymis a barbaris diruptum restituere, eo maxime tempore, quo & Theobaldus nobilis Francus sanctitate uitæ apud Vicentinos in precio fuit, & Vincentius Franco Leodiensis episcopus doctrina & moribus insignis, ad Hermannum præstantis ingenij uirum de quadratura circuli docte multa & acute scripsit. Moritur autem Leo pontificatus sui anno quinto, mense secundo, die sexto.

## VICTOR .II.

clix. pon.

**V**ictor secundus, Glebardus antea uocatus, natione Alemannus ex Bauaria, pontificalem dignitatē post Leonē adeptus est, magis Henrici gratia quam liberis suffragijs. Verebatur enim clerus populūq; Romanus Henrici potētiam, quem in creandis nouis pontificibus aliquando læserant. Ne itaq; contra iusiurandum moliri aliquid uiderentur, Victorem proponunt, legato Ildebrando ad Henricum ob eam rem misso, qui omnia ex sententia Romani cleri imperatorisq; perfecit. At Victor in sede omnium consensu confirmatus, magnam synodum abnuente imperatore Florentiæ habuit. in qua quidem multos episcopos, tum simoniæ, tum fornicationis causa episcopatu priuauit, clerūq; admonuit quid maxime ad se pertineret, proposita poena his qui leges canonicas transgrederentur. Sunt qui scribant Victorem ad Henricum profectum, magnificentissimēq; ab eo habitum. Sed ego solum Ildebrandum eo profectum puto, qui autoritate legationis fretus, Henricum tertium Henrici filium, Cæsarem creat. Interim uero dum Capua a Saracenis obsideretur, trepidaretq; omnes finitimæ ciuitates, Robertus Guiscardi sumptis armis, fugatis Saracenis, & Campanos obsidione, & finitimos omni formidine uno impetu liberat. Vnde autem originem habuerit Robertus ipse, haud satis constat, cū alij Normannum, alij Francū fuisse existiment. Vt cunq; sit, constat eū magni animi excellentisq; ingenij fuisse, & ob eam rem merito Apulie regnum adeptum. Victor autē pontifex, de quo nunc sermo fit, secundo pontificatus sui anno, mense tertio, die quartodecimo morit. Vacat tum sedes diebus xi.

## STEPHANVS .IX.

clx. pont.

**S**tephanus nonus, Fredericus antea uocatus, natione Lotharingus, Cassinensis Sabbas, pontificatum adeptus, statim curauit ut Mediolanensis ecclesia quæ a Romana ducentis fere annis se subtraxerat, nunc demum eidē obtemperaret, ut ueræ omnium ecclesiarum parenti & altrici, quam postea non secus obseruauit, ac ueræ filie pietissimam matrem facere consueuerunt. Hoc fere tempore & Henricus tertius in locum Henrici patris demortui sufficitur: & Alexius Nicephoro imperatori Constantinopolitano succedit. Et Robertus Guiscardi Græcos magno prælio superatos, e Calabria omnino expulit, relictis tantummodo Græcis sacerdotibus, qui usque ad nostram ætatem linguam seruant cum moribus. Adeo enim Constantinopolitanum imperium iam erat imminutū a Saracenis, ut ægre Thraciam, Galatiam, Pontum, Thessaliam, Macedoniam, Achaiam obtineret, e quibus prouincijs nunc Turci, nunc Saraceni quotidie aliquid subtrahebant. Stephanus autem septimo pontificatus sui mense, die octauo Florentiæ moritur, eo quoque in loco honorifice sepelitur, ut Martinus scribit. Sunt qui dicant Stephanum pontificem in Henricum imperatorem hæreseos nomine inuectum esse, quod summorum pontificum autoritatem diminueret, contempta religione, spretoq; immortalī deo.

## BENEDICTVS .X.

clxi. pon.

**B**enedictus decimus, natione Campanus, qui prius Nuncius dicebat, Veliter



nus episcopus, factione quorundam nobilium eo maxime tempore pontifex creatur, quo Hagnes Henrici tertij mater, Gibertum Parmensem uirum insignem, regni Italici gubernatorem instituit. Erat & tum in Italia Gothifredus Mathildis comitissa femina nobilissima maritus, uir sane potens. Nam Mathildis mater Beatrix, Henrici secundi imperatoris soror fuerat, nupseratq; Bonifacio cuidam uiro potentissimo ac nobili Luca urbe Hetruria oriundo: quo mortuo, omnis potentia primo ad Beatricem, postea ad Mathildim & maritum Gothifredum peruenit. Nam & Lucam & Parmam & Rhegium Lepidi & Mantuam & eam partem Hetruria possidebant, quam nunc patrimonium sancti Petri uocamus. Ad Benedictum redeo, ab Ildebrando pontificatu pulsum, quod non per ostium quemadmodum decebat, sed per uim & largitionem intrasset. Fidem enim dederant clerici omnes Ildebrando archidiacono, non prius se habituros suffragia noui pontificis creandi, quam ipse Florentia, quo tum proficiscebatur, ad urbem reueteret. Rediens itaq; cum Gerardo episcopo Florentino, in omnes acerbissime inuectus est, tum uel maxime in eos, qui fidem dederant se eius aduentum expectaturos. At uero cum hac de re magna contentio esset, probarentq; nonnulli Benedictum ipsum ut uirum optimum & sapientissimum, contra autem eam electionem plerique magnis clamoribus improbant, utpote minus canonicè & legitime factam, tandem plurimorum consensu Ildebrando instate, Gerardus uir tanto magistratu dignus, electo Benedicto, pontifex creatur. Sunt tñ qui scribant hanc electionem Senis factam, cū libera suffragia Romae ob factionem quorundam potentium haberi non possent, Benedictus itaq; mēse ix. die xx. pontificatu deiectus, Velitras exulatū abiit.

## NICOLAUS .II.

*elxij. pō.* Nicolaus secundus, natione Allobrogus, Gerardus antea uocatus, episcopus Florentinus, ob uirtutem & animi praestantiam abrogato Benedicto, haud legitime creato, pontifex maximus Senis decernitur, qui statim inito pontificatu Sutrium concessit: ibiq; anno domini millesimo quinquagesimo nono concilio habito, cui non solum episcopi, uerum multi Italiae proceres interfuere, Benedictum abdicare se pontificio munere & habitu coegit, & Velitras exulatū abire. Inde uero Romam proficiscens, secundo apud Lateranum concilio habito legem tulit, ut in decretis legitur, Romanae ecclesiae admodum salubrem, quae talis est: Si quis pecunia uel gratia humana aut populari militariue tumultu sine concordia & canonica electione cardinalium fuerit in throno Petri collocatus, is non apostolicus, sed apostaticus, id est, a ratione deficiens merito uocetur: liceatq; cardinalibus, clericis & laicis deum colentibus, illum ut praedonem anathematizare, & quouis humano auxilio a sede apostolica propellere: atque quouis in loco, si in urbe non liceat, catholicos huiusce rei causa congregare. In eodem quoque concilio reuocatum ab errore suo Berengarium diaconum Andegauensis ecclesiae ferunt, qui arbitrabatur in sacramento eucharistiae & calicis non esse uerum Christi corpus, integrumq; sanguinem, nisi ut in signo & figura mysterio: quem quidem errorem instante & urgente Nicolao & Alberico diacono uiro doctissimo, publice confessus est, affirmans illud esse uerum Christi corpus, integrumq; sanguinem. Scripsimus hunc errorem a Leone nono damnatum, non tamē emendatum fuisse. Quae certe laus tota Nicolai est, ut Lafrancus scribit, uir ea tempestate doctissimus, qui errores eiusdem Berengarii praclaro opusculo notauit. Dum haec a pontifice Nicolao Romanae agerent, Gothifredus Normannus qui Drogoni fratri in Apulia Calabriaq; comitatum successerat, moriens Bagelardum filium comitatus heredem instituit, uerum Robertus Guiscardi frater (ut quidam uolunt) hoc aegre ferens, pulso nepote, Apuliam & Calabriam occupat, adiecta Troia, quae pontificibus Romanis parere consueuerat. Hanc autem ob rem indignatus pontifex, non nihil Roberto

succensuit. Is uero cum postea rogatu Roberti in Apuliam profectus fuisset, receptis quae de ecclesia amiserat, non solum hominem in gratiam accepit, uertetiam eundem uectigalem ecclesiae factum, Calabriae & Apuliae prouincias Romanae ecclesiae censuarias ducē creat. Accepto deinde magno a Roberto exercitu, ad urbem rediens, Praenestinos, Tusculanos, Nomentanos Romanae ecclesiae rebelles perdomuit. Tiberim quoque trañciens, direpta Gallera, alijsq; Gerardi comitis Sutrium usque castellis expugnatis, dittonem Romanam tutiorem reddidit. Sūt qui scribant Henricum tertium a Nicolao secundo coronam imperij accepisse, totoq; tempore pontificatus sui ob beneficium acceptum, nil contra ecclesiasticos molitum esse. Nicolaus autem uir omni uita probatus, tertio pontificatus sui anno, mense sexto, die vi. & xx. moritur. Vacat tum sedes diebus xij.

## ALEXANDER .II.

*elxij. pō.*

Alexander secundus, Anselmus antea uocatus, patria Mediolanensis, episcopus Lucensis, mortuo Nicolao, ob humanitatem, benignitatem & doctrinam ab sens etiam pontifex creatur. At uero Cisalpini episcopi arbitrati ob dignitatem prouinciae suae, par esse ut e suo numero aliquis eligeretur, Giberto Parmensi uiro potentissimo admodum annitente, ab Henrico imperatore obtinere, reclamante eius uxore Hagnete, ut alter quoque pontifex eligeretur. Quare episcopi ipsi habito concilio, Cadolum Parmensem episcopum pontificem creant. Cui statim cisalpini omnes obtemperauere, praeter Mathildim optimam feminam, & cum ecclesia Romana bene sentientem. Superueniente deinde Cadolo ab his qui Alexandro aduersabantur accito, in pratis neronianis sub radicibus aurei montis graue praedium committitur: in quo multi utringq; cecidere, Alexandro & Gothifredo Mathildis uiro sese ad aedes lateranensium continentibus. Incerti enim erant quibus potissimum se tuto committerent, adeo omnia infida & fluxa uidebantur. Sunt qui scribant Alexandrum ante praedium commissum, Lucam profectum uitandae caedis causa, eoq; loci quiete aliquandiu uixisse. Neq; ingratum tantae erga se Lucensium beneuolentiae, ecclesiam & ciuitatem multis priuilegijs, ut in eorum annualibus apparet, insigniorem reddidisse. Repulsus tandem ab urbe Cadolus, non diu in prouincia quieuit: accitus enim a Romanis quibusdam, quorum maxime intererat omnia Romae perturbare explendarum uoluptatum causa, comparato maiore exercitu quam antea Romam uenit, ac urbem Leoninam ecclesiamq; beati Petri ui occupat. At uero erumpentibus Romanis cum Gothifredi copijs, tantus terror repente hostes inuasit, ut & effusa fuga omnes abierint, & paulum abfuerit, quin Cadolus caperetur a suis derelictus, quem Cincius Romani praefecti filius, facto cum suis cuneo, per media ciuium agmina aegre in arcem Hadriani perduxit, ubi aliquandiu obsessus, cum nullam libere abeundi subesse spem uideret, trecentis argenti libris ab his se redimens, qui arcem obsidebant, consensu stigmatissimo equo inde solus aufugit. At uero Otho Colonienis archiepiscopus, apud Henricum adolescentem Hagnetem criminatus, quod contra maiestatem imperij Christiana resp. mulieris nutu gubernaretur, accepta potestate componendae ex arbitrio ecclesiae dei Romam ueniens, Alexandrum primo quidem grauissimis uerbis increpat, quod sedem Romanam iniussu Caesaris, & contra atq; consuetudo & lex ipsa iubeat occupasset. Tum Ildebrandus archidiaconus, qui forte tū aderat, partes pontificis acerrime tutatus, quod diceret electionem ad clerum pertinere, si ius, si antiquam consuetudinem uellet inspicere, facile Othonem in sententiam traxit. Quare Henricus cognito errore ad se postremo rediens, Alexandrum rogat, ut concilium quo se peruenturum pollicetur, indicat. Urbs Mantua ad eam rem potissimum idonea uisa est, eo proficiscuntur omnes, ad quos pertinere uidebatur ecclesiae salus & tutela, Vbi compositis rebus omnibus, imperator ipse non solum

in gratiam pontificis redijt, uerum etiam precibus ab eo impetrauit, ut & Cadolo ueniam petenti ignosceret, & Gibertum tanti mali (ut diximus) autorem, Rauennatis ecclesie archiepiscopum crearet. primum haud grauate fecit, saluatoris nostri exemplum imitatus, qui nouit etiã pro persecutoribus exorare. secundum inuitus concessit, & nõ nisi precibus Henrici fatigatus: quod uerebatur, sicuti postea accidit, ne ea res ecclesie Romanæ magnas calamitates afferret. Abiens Mantua pontifex, ac Luca iter faciens, ecclesiam maiorem, cuius episcopus antea fuerat, sacris solennibus adhibitis consecrat, tamdiu ibi immoraturus, quoad ab Ildebrando archidiacono res in Apulia pacatiores redderentur. Is enim acceptis a Mathildi comitissa auxiliariis copijs, non solum Richardi & Guilielmi impetus repressit, uerum etiam eos coegit, quæ de ecclesia cepissent restituere. Veniens itaq; ad urbem Alexander pontificatus sui anno undecimo, mense sexto moritur, in basilicaq; Lateranensi sepelitur, nullo genere honoris, quod impendi summo pontifici potest, non adhibito, & a clero & a populo. Ferunt tum magno in precio fuisse Iohannem Gualbertum monachum uallis umbrosæ, & illius ordinis autorem uirum sanctissimum ac miraculis insignem.

slxiiij. pō.

## GREGORIUS .VII.

Verba q-  
bus in pō-  
tificib. eli-  
gēdis ute-  
bantur.

Gregorius septimus, Ildebrandus antea uocatus, natione Hetruscus, patria Soanenſis, patre Bonicio, omnium bonorum consensu pontifex creatur. Ipsius autem electionis uerba ita annotata sunt, Nos sanctæ Romanæ ecclesie cardinales, clerici, acolyti, subdiaconi, presbyteri, presentibus episcopis, abbatibus, multisq; tum ecclesiastici tum laici ordinis, eligimus hodie decimo calendis Maij in basilica sancti Petri ad uincula, anno salutis m. lxxij. in uerum Christi uicarium Ildebrandum archidiaconum uirum multæ doctrinæ, magnæ pietatis, prudentiæ, iustitiæ, constantiæ, religionis, modestum, sobrium, continentem, domum suam gubernantem, pauperibus hospitem, in gremio sanctæ matris ecclesie libere a teneris annis usq; ad hanc ætatem educatum, doctum; quem quidem cum ea potestate ecclesie dei præesse uolumus, qua Petrus dei mādato quondam præfuit. Adeptus pontificatum Gregorius, statim Henricum imperatorem admonet, ne deinceps largitione corruptus, episcopatus & beneficia alicui per simoniacam cupiditatem committat, aliter se usurum in se & delinquentes censuris ecclesiasticis. His admonitionibus & quidem sanis non modo non obtemperauit Henricus, uerum etiam Hagnetem imperatricem bene admonentem, quid fieri cum religione oporteret, omni administratione depulit. quæ Romam profecta, non diu superuixit, dolore animi uitam cum morte permutans. Tandem uero multis legationibus ultro citroq; missis, imperator in gratiam cum Gregorio redijt, eundemq; in pontificatu confirmauit, ut tum imperatorum mos erat. At uero cum Henricus in bono leuis, in malo pertinax, simoniam nequaquam ommitteret, sapius admonitus: omnes illos anathematis censura pontifex notauit, qui episcopatus & beneficia largitione adepti erant. Et ne id temere fecisse uideretur, concilium apud Lateranum habito, in quo multi episcopi interfuere, maxime uero Gibertus Parmensis archiepiscopus Rauennas, rationem reddidit, quamobrem censuris ecclesiasticis simoniacos notasset: facturum quoque id in imperatorem crebro dicebat, nisi sententiam mutaret. Tum uero Gibertus soluto concilio, & criminandi Gregorij occasionem nactus, ad pontificatum uiam quærens, Cincium Romanum ciuem Stephani præfecti urbis filium, hominem temerarium & seditiosum, in pontificem animar, magna ei pollicitus imperatoris nomine, si tantum facinus ex sententia confecisset. Structis itaq; insidijs Cincius, dum pontifex media nocte natalis domini nostri celebrat in templo beatæ Mariæ ad Præsepe, quæ maior nunc dicitur, irrumpēs cum satellitibus & coniuratis, dum hostiæ sacrificij cōminuit, hominē capit, & in regio-

nem Parionis secum trahens, in turri quadam munitissima eum collocat. Sequenti uero die populus Romanus, cognito facinore, in Cincium arma suscipit, pontificem liberat, ædes ac turrim scelerati hois a fundamentis euertit, familiamq; eius nares mutilatã ab urbe pellit. Ipse uero Cincius tanti mali autor, fuga salutē quærens, in Germaniã uarijs tramitibus ad imperatorem tandē puenit. Gibertus autē tanti delicti machinator, cum insidiæ ex uoto nõ successissent, simulata bñuolentiã a pōtifice dimissus, Rauennã peiora moliturus se contulit. Nam & Theobaldū Mediolanensem archiepiscopū, & plerosq; alios Cisalpinæ antistites cōiurare in Gregorium pollicitationibus ppulerat. His addidit Hugonē Candidū sanctæ Romanæ ecclesie cardinalem: qui & si ante idem fecerat, in gratiamq; simulato anio redierat, nũc malum animum, & malam mentem præ se tulit. Is em̄ uiribus oibus annexus est imperatorem & Normannos inter se de impio dissidentes, cōposita pace, initisq; foederibus, in pontificem cōcitare. Quod ubi Gregorius rescieuit, congregata ad Lateranū synodo, propositis rationibus quare id faceret, Gibertum & Hugonē dignitatibus priuatos anathemate notat. Dum hæc Romæ agerent, Henricus cum Saxo nibus hostibus feliciter pugnans, adeo felicitate illa elatus est, ut habito conuentu apud Vuormatiã, Sigifredo archiepiscopo Maguntino negocium procurante, interdicere oibus ausus sit, ne ulla in re pōtifici Romano obtēperarent. ex illo autem conuentu mandato Henrici Romanus clericus Parmensis Romã ueniēs, & Gregorio publice interdixit, ne qd ageret deinceps quod ad magistratū pōtificis pertineret: & cardinalibus ipsis mandauit, ut relicto Gregorio, alium habituri pontificē, ad se proficiscerent. Tum Gregorius tantam iniuriã diuinæ maiestatis causa non diutius ferens, & Sigifredum aliosq; clericos cum Henrico sentientes, dignitatibus ac beneficijs priuauit, & impatorem ipsum anathemate notauit, priuatum prius omni regia administratione. Abrogationis autē pontificiæ habita fere hæc formula est: Beate Petre apostoloz princeps, inclina quæso aures tuas, & me seruum tuum exaudi, quem & ab infantia educaſti, & usq; ad hunc diem ab iniquoz manibus uēdicasti, q me pro mea in te fide oderunt & persecuti sunt, tu mihi testis es optimus, & pia Iesu Christi mater, & frater tuus Paulus tecū martyrij particeps, me non sponte, sed inuitum pontificatus gubernacula suscepisse. Non quod rapinam arbitratus sim sedem tuã legitime conscendere, sed mallebam uitam meam in peregrinatione degere, quã locum tuū pro fama & gloria tm̄ occupare. Fateor ego, ac merito quidem, mihi tua gratia, nõ meritis meis, populi Christiani curã demandatam esse, concessamq; ligandi & soluendi potestati. Hac itaq; fiducia fretus, pro dignitate & tutela ecclesie suæ sanctæ, oipotētis dei nomie patris, filij, & spiritus sancti, & Henricum regem Henrici quondam impatoris filium, qui audacter nimum & temerarie in ecclesiam tuam manus iniecit, imperatoria administratione regiaq; deijcio: & Christianos omnes imperio subiectos, iuramento illo absoluo, quo fidem ueris regibus præstare consueuerunt. Dignum est enim, ut is dignitate careat, qui maiestatem ecclesie imminuere cōatur. Præterea uero quia monita mea, imo tua ad sui ipsius populozq; salutē pertinentia contempsit, & se ab ecclesia dei, quam seditionibus pessundare cupit, separauit, eū anathematis uinculo colligo, certo sciens te esse Petrum, in cuius petra, ut in uero fundamento rex noster Christus ædificauit ecclesiam suam. Fuere tum multi post execrationem, qui pacis mentionem facerent: Quibus ita Gregorius respondit, se pacis conditiones non abnue-re, modo Henricus ipse primo cum deo pacem ineat. Non ignoratis, inquit, quando diu & quantis malis Romanam affecerit ecclesiam, quotiesq; a me sit admonitus, ut meliorem uitam moresq; probatiores indueret. Hoc tribuimus beneuolentiæ & charitati, qua Henrico patri cōiuncti olim fuimus. Sed nil profecimus, adeo mores a patre auersos imbibit. Instabant tamen ex his qui aderant nõnulli, regem non ita cito anathematizandum esse. Quibus ita pontifex respondit: Quando, inquit,

Abrogationis pō-  
tificiæ for-  
mula.

Christus ecclesiam suam Petro commisit, & dixit, *Pasce oues meas, exceptis ne reges*. Nam cum eidem ligandi & soluendi potestatem daret, nullum excepit, uel neminem eius potentiae subtraxit. Hanc ob rem, qui dicit se uinculo ecclesiae ligari non posse, restat etiam ut fateatur se absolui ab eius potestate nullo modo posse: & qui hoc impudenter negat, a Christo & ecclesia eius se omnino se iungit. At Henricus cognita Gregorii censura, multas literas ad gentes & nationes conscripsit, quibus se contra ius fasque damnatum a pontifice ostendebat. Gregorius autem id a se iure factum non uerbis tantum & literis, uerum etiam ratione & testibus comprobabat, re ipsa ante oculos omnium proposita. Interim uero cum pars regni ab Henrico defecisset, & iam Saxones bellum contra Henricum quam diligentissime pararet, Alemanni principes ueriti, ne quid mali in prouincia nasceretur, conuentu habito decernunt, ut si Gregorius in Alemanniam pergat, Henricus supplicem ueniam errati petat. Quod se facturum rex ipse interposito iuramento pollicitus est. Motus itaque pontifex his pollicitationibus & precibus Treuirensis archiepiscopi Henrici oratoris, Augustam praetoriam petiturus, Vercellas usque iam peruenerat, ubi ab episcopo loci ipsius regni Italiae cancellario, clam rescituit Henricum hostili in se animo cum exercitu aduentare. Tum uero pontifex omissa itinere, Canossum se recepit, oppidum agrum rhegiensis, ditioni Mathildis comitissae subiectum. Venit & eo prope cum omnibus copiis Henricus, qui statim deposito regali ornamento, nudis pedibus, ut oppidanos ad misericordiam commoueret, portae oppidi appropinquans, suppliciter intromittiti petebat. Denegatum ingressum aequo animo tulit, aut tulisse dissimulauit, quanuis aspera esset hyems & gelu cuncta rigescerent. In suburbio quidem oppidi triduo immoratus, continuo ueniam petens, tandem rogatu Mathildis, & Adelai Sabaudienensis comitis, & Cluniacensis abbatis introductus absoluitur, & ecclesiae reconciliatur, pace iure iurando confirmata, obedientia promissa. Regii autem iurifurandi haec formula est, Rex Henricus composita pace ex sententia domini nostri Gregorii septimi, affirmo me pacta & foedera conseruaturum, curaturumque, ut quoquo uoluerit idem pontifex sine ullo discrimine sui ipsius & comitatus proficisci possit, maxime autem per loca imperio nostro subiecta, neque per me statutum quo minus libere pontificio munere ubique locorum uti possit, & haec obseruaturum me iure iurando addico. Actum Canossi quinto calendas februarii, indictione decima quinta. Tum uero rebus ita ex sententia peractis, dilabentibus inde omnibus uariis itineribus, dum Henricus Papia iter facit, Cincium amittit subita febre correptum, non tamen mortuo tam pernicioso homine, Henricus rebus nouis studere destitit. Pacis enim foedera abrumpens, eo Alemannos principes indignitate rei motos perpulit, ut Rodolphum Saxoniae ducem, regem prouinciae crearent posthabito Henrico. Petijt primo quidem Henricus a pontifice, ut Rodolphum execrationibus ab occupatio ne regni depelleret. Id uero cum impetrare nequisset, sumptis armis, magna clade & incerta uictoria utrinque dimicatum est. Missi tum quidem ab utroque legati ad pontificem rogatum, ut in partes suorum declinaret: quibus nil aliud ipse respondit, quam ut ab armis discederent. Pugnarunt iterum simul aequo Marte Henricus & Rodolphus. Verum cum tertio praelium inisset, magna caede utrinque commissa, ac superior aliquantulum Henricus uideretur, Rodolphi legatos pacem petentes audire noluit, ad pontificemque denuo scripsit, ut Rodolphum regnum occupare conatem, execratione anathematis notaret. Quod cum facere Gregorius recusaret, tanta ira percitus Henricus est, ut die noctuque nil aliud cogitaret, quam quod ad pontificis praesentiam & exitum uergeret. Interea uero ne quid in orbe Christiano deesset, quod seditionibus non agitare, Michael cum Andronico filio a Nicephoro cognomento Bucamor, uel ab impio Constantinopolitano deiectus, ad Gregorium

Regii iurifurandi formula.

confugit, qui & Nicephorum excommunicauit, & Rogerio Romanae ecclesiae feudatario negocium dedit, ut Michaelum quo cum Ceperani locutus est, in imperium restitueret. Is itaque mandato pontificis comparata classe, Rogerio minore natu in Italia dimisso, Boemundum alterum filium secum ducens, Aulcon primo ad nauigat, & ad Dyrrachium castra facit, urbem tanto bello per necessarium primo occupaturus. Sed Dominicus Syluius dux Venetus cum Nicephoro sentiens, Rogerium ab obsidione repellit, magno illato acceptoque incommodo. Verum non ita multo post Nicephorus ab Alexio cognomento Mega copiarum suarum duce deceptus, libertate simul & ciuitate priuatur, quam triduo Alexius militibus diripiendam ex pacto concessit. Captus ipse Nicephorus in templo sanctae Sophiae, uita donatur, hac conditione tamen, ut monachi habitum cum uita susciperet. At uero Gregorius cum uideret Henricum contra ecclesiam dei a quibusdam seditiosis episcopis concitari, habita ingenti synodo, Giberto Raennati archiepiscopo ob superbiam & malitiam interdicare sub anathematis poena, ne episcopali & sacerdotio munere fungatur. Vocatus praeterea ad sedem apostolicam, scelerum suorum conscius patere desierat, qua ex re tantummodo poena anathematis merebatur. Rolandumque Taruisinum censura notauit, quod legatus ad res componendas inter Henricum & se factus, consequendi episcopatus causa semina discordiarum, non pacis seuerat. Nec Hugoni quidem tituli sancti Clementis cardinali pepercit, quod cum Cadolo Parmensi episcopo in seditionibus & haeresi sensisset. In eodem postremo conuentu in. legatos delegit, Bernardum diaconum, aliter Bernardum Massiliensem abbatem, Odonem Treuirem archiepiscopum, qui de latere sedis apostolicae ad componendas res inter Henricum & Rodolphum proficiscerentur. Videbat enim sapientissimus pontifex eam discordiam, nisi sedata foret, magnas aliquando calamitates populo Christiano parituram. Verum quia certo sciebat non defuturos perniciosos quosdam, qui id quo minus fieret, impedire conarentur, quod eorum maxime intererat discordias augeri, non tolli, Literas apostolicas in hunc modum conscriptas, legatis ad principes & nationem dedit: Cognita imbecillitate, cupiditate, & ambitione humani generis, mandamus ne quisquam cuiusuis conditionis sit, uel rex, uel archiepiscopus, episcopus, dux, comes, marchio, siue miles aliqua elatione temerario uel ausu, fraude, dolo, cupiditate ductus, legatis nostris resistere audeat, ne pacem & concordiam ex aequo & bono componere possint: Quicumque autem temeritate ductus, quod non optamus, huiusce nostrae constitutionis uiolator extiterit, legatisque nostris impedimento fuerit quo minus pacem componant, cum anathematis uinculo alligamus: & non solum in spiritu, uerum etiam in corpore, atque in omnibus fortunae bonis apostolica potestate colligamus, uictoriamque in armis partam ei auferimus, ut saltem confundatur, ac duplici poenitentia conuertatur. Mandatum praeterea legatis est, ut in Alemannia conuentu habito, mature decernant, utri duorum regum ex aequo & bono ius competat, eidemque consensu bonorum regnum decernant, cuius causa iustior & potior uidebitur: se uero postea re cognita, quod egerint, confirmaturum, interposita omnipotentis dei & beati Petri autoritate, qua nulla potest esse maior. Interea uero Gregorius, ne Romana ecclesia ob largitionem & simoniacam cupiditatem aliquid incommodi caperet, conuentu habito, maiorum decreta ad rescindendam hanc labem pertinentia confirmauit, his uerbis: Sanctorum patrum instituta nunc sequentes, quemadmodum in prioribus concilijs fecimus, autoritate omnipotentis dei decernimus ac confirmamus, ut qui deinceps episcopatum uel coenobium, uel aliquod aliud ecclesiasticum beneficium a laico acceperit, nullo modo in numero episcoporum, abbatum, uel clericorum is censeatur: ne uel idem sub censura anathematis limina apostolorum attingat, priusquam locum ambie

Literae ponti.

Pontificis decreta.



tionem & contumacia conquistum, quod est idololatriæ scelus, respicēdo commutauerit. Eisdem quoque censuris teneri uolumus & alligari reges, duces & principes, qui episcopatus ecclesiasticasve dignitates, quod contra ius fasque est, demandare alicui fuerint ausi. Confirmamus præterea anathematis sententiã merito latam in Theobaldum Mediolanensem, Gibertum Rauennatem archiepiscopum, in Rodulphum Taruisinum præfulem, & Petrum olim Redonensem episcopum, nunc autem inuasorem Narbonensis ecclesiæ, pari censura damnamus. Præterea uero gratiam sancti Petri & ingressum ecclesiæ his interdiciamus, quousque pœnituerint satisfecerintque, siue Normanni sint, siue Itali, uel cuiusuis nationis, qui aliqua ex parte læserint, aliquove incommodo affecerint Marchiam Firmanã in Picentibus, ducatum spoletinum, Campaniam in Hernicis, agrum Sabinum, Tiburtinum, Prænestinum, Tusculanum, Albanum: & quicquid in Volscis & Hetruscis ad mare uergit. His addo monasterium sancti Benedicti: & quicquid in Cassinatim agro positum est, nec Beneuentum in Samnitibus excipio. At si quis istorum auferendi res repetitas & non redditas habere iustam causam se dixerit, prius a nobis uel a magistratibus nostris iustitiam requirat: quod si eis non fuerit factum abunde satis, cōcedimus ut ad res suas recuperandas inde tantum auferant, quantum sat est: nec more prædonum modum excedant, sed agant ut Christianos decet, & eos maxime quos sua magis res petunt quam aliena percipiunt: quibus & iram dei & execrationem beati Petri reformidant ac timent. Præterea uero execrationem in Henricum his uerbis denuo confirmauit: Beate Petre apostolorum princeps, & tu Paule gentium doctor, uestras quas aures mihi paululum præbete, meque clemēter exaudite: nam ueritatis discipuli estis & amatores: quæ dicam, uera sunt. Hanc causam suscipio ueritatis gratia, ut fratres mei quorum salutem exopto, mihi obsequentius acquiescant, sciunt, intelligant quod uestro auxilio fretus post Christum & matrem eius semper uirginem, flagitiosus & iniquus resisto: fidelibus autem præsto adsum & auxiliū fero. Non enim uolens & libens hanc sedē conscendi, sed inuitus & lachrymans, quod me indignum iudicabam qui in tam excelso throno sederem. Hæc autem dico, quia non ego uos, sed uos me elegistis, & grauissimum pondus humeris nostris imposuistis. In me autem uestro iussu montem ipsum conscendentem, clamantē & annunciantem populis eorum scelera, & filijs ecclesiæ peccata, membra diaboli consurrexere, & ad sanguinem usque manus suas in me coniecere. Astiterunt enim reges terræ & principes seculi, cum his coniurauerunt ecclesiastici quidam & uulgares in dñm & nos christos eius, dicentes: Dirumpamus uincula eorum, & proiciamus a nobis iugum ipsorum: hoc autem fecere, ut me uel morte uel exilio mulctarent: quorum de numero fuit Henricus, quem regem uocant. Henricus inquam Henrici imperatoris filius, qui cornua & calcem contra ecclesiam dei superbe nimium erexit, facta cōiuratione cum multis episcopis Italici, Gallici, Germanicique nominis, cuius supbiæ uestra adhuc restitit autoritas, qui fractus potius quam ad sanitatem reductus, ad me in Cisalpinam perueniens, absolutionem anathematis suppliciter quæsiuit. Hūc ego quæ ad pœnitentiam uenisse credideram, in gratiam recepi: huicque tantummodo communione reddidit, non tamē in regnum e quo eum in Romana synodo merito depuleram, restitui, nec uectigalibus regni, ut ad fidem rediret, concessi. Hoc ideo feci, ut si redire in gratiã cum finitimis suis, quos semper uexauerat, differret, redderetque res tum ecclesiasticas tum prophanas ex fœdere abnueret, cogi ad officium execrationibus & armis posset. Hac opportunitate adiuti quidam Germaniæ episcopi, & principes ab hac fera bestia diu uexati, in locum Henrici suis flagitijs e regno cadentis, ducem suum & regem Rodulphum deligunt. Qui regia modestia & integritate usus, statim nuncios ad me misit, a quibus intelligerem, se coactum regni gubernacula suscipere, non esse tamen adeo regnandi cupidum, ut non malit nobis quam regnum pollicentibus obtemperare: futurum se in dei potestate semper ac nostra,

Execra-  
tio pōtifi-  
cis in He-  
ricum.

idque ut arbitremur nos facturos, filios obfides pollicitus est. Stomachari tum Henricus cepit, & nos primo quidem precari, ut Rodulphum ab occupatione regni execrationibus propelleremus. Dixi me uelle uidere, cui ius cōpeteret, & eo missurum nuncios, qui rem omnem rescicerent, meque deinceps iudicaturum uter ipsorum in causa potior habendus esset. Venuit Henricus quo minus res a legatis nostris decerneretur, multosque tum seculares tum ecclesiasticos interfecit, ecclesias diripuit & prophanauit, atque hoc modo sese anathematis uinculis illigauit. Hæc obrem fidens in dei iudicio & misericordia, inque patrociniò beatæ uirginis, fultus etiã auctoritate uestra, ipsum Henricum eiusque fautores uinculo anathematis colligo: atque iterum regiam ei potestatem adimo, interdicoque Christianis omnibus illo iuramento absolutis, quo fides regibus dari consueuit, ne Henrico ulla in re obtemperet, Rodulphum in regem suscipiant, quæ multi prouinciæ principes abrogato Henrico in regem optimum sibi delegere. Etenim par est, ut sicuti Henricus ob superbiam & contumaciam facultatibus suis priuatur, ita Rodulphus omnibus gratus, pro sua pietate & religione regia dignitate & potestate donetur. Agite igitur apostolorum sanctissimi principes, & quod dixi uestra auctoritate interposita confirmate, ut oēs nunc demum intelligant, si potestis in celo ligare & soluere, in terra quoque imperia, regna, principatus, & quicquid habere mortales possunt, auferre & dare nos posse. Si enim quæ ad deum pertinent, iudicare potestis, quid de his inferioribus & prophanis censendum est? Etsi angelos dominantes superbis principibus uestrum est iudicare, quid in seruos illorum facere uos decet? Ediscant nunc reges huius exemplo & oēs seculi principes, quid in celo possitis: quatenus apud deum sitis, ac deinceps timeant sanctæ ecclesiæ madata contēnere. Hoc autem iudiciū cito in Henricum exercete, ut intelligat oēs iniquitatis filium non fortuito, sed uestra opera e regno cadere. Hoc tamen a uobis optauerim, ut pœnitentiã ductus, in die iudicij uestro rogatu gratiam a dño cōsequatur. Actum Romæ nonis Martij indictione tertia. Ad hoc uero Gibertum discordiæ oīum & hæresum quæ tunc erant, autorem, ab ecclesia Rauennate deiiciens, sacerdotibus omnibus eidem ecclesiæ obtemperantibus mandauit, ne Giberto facinorum oīm auctori, & ob eam rem execrationis uinculo illigato ulla in re obedirent. & ne populi illi gubernatore indigerent, Petrum imitatus qui Apollinarem quasi supplementum mittere consueuerat, ubi oportebat, eo altero archiepiscopum proficisci iubet cum integra potestate, qui & hæresim Giberti aucleret, & mentes hominum in fide confirmaret. Tum uero Henricus irritatus magis his censuris quam monitus, capto hosti si episcopo e legatione redeunte, habitoque episcoporum secum male sentientium cōuentu, Gibertum olim Rauennatem archiepiscopum, pontificem creat, Clementemque appellat. Verum cum a Saxonibus premeretur, relicto ad tempus nouo pontifice, in eos mouet, ac commisso prælio magno suorum incommodo superatur. Victor Rodulphus accepto uulnere paululum abcedens, mortuus inuentus est. Ferunt Henricum ea clade adeo perterritum fuisse, ut uix decimo septimo die repertus sit, quo quidem tempore Germani Henricum eius filium eiusdem nominis quartum, in locum patris successerant. Qui simul postea coniunctis copijs in Italiam uenientes, Clementem suum in pontificatum collocaturi, pulso Gregorio, Mathildim obuia cum exercitu facta leui prælio superant. Quæ quidem mulier primo marito mortuo, paulo ante Azonem marchionem Estensem prioris uiri consanguineam, ac tertio gradu affinitatis sibi coniunctum, in coniugem accepit. Verum re postea cognita, suadente Gregorio, diuortium cum Azone fecit. Henricus itaque superata apud Parmam Mathildi eiusque marito Azone, Romam hostili animo proficiscens, in pratibus ueronianis castra collocat, urbem Leoninam ingreditur, sancti Petri basilicam cum suo Clemēte prophanat, porticusque demolitur. Idem quoque factum de basilica Pauli constat. At uero cum urbem ingredi non posset,

Tibur concedens, inde tanq̄ ex arce belli in Romanos quotidie incursiones faciēs, vastatis rebus omnibus, eo inopia eos redēgit, ut pacem quauis conditione expeterent. Admotis itaq̄ copijs Henricus re per trāsugas cognita, urbem ingreditur. Tum pontifex haud satis populo fidēs, in molem Hadriani se confestim recepit, ubi aliquandiu obsessus est, acriter qui in praesidio erant, arcē ipsam defendētibus. Non est usus ea fortuna Gregorij nepos ex fratre, qui eo tumultu ad septem solia Seueri Aphri opus confugiens, cum ferre oppugnationē non posset, deditiōnem turpiter fecit. At uero Henricus, cognito Guiscardi aduentu Apuliae ducis in auxilium Gregorij, non amplius immorandum ratus, ad dolos conuersus, cluniacensem episcopum ad Gregorium in arcem mittit, qui diceret se in Germaniā prope re cum exercitu rediturum, si ab eo in laterano coronaret: populus quoq̄ Romanus, ut idem fieret, precibus instabat. Facturū se id Gregorius dicebat, si errata sua Henricus corrigeret, ueniamq̄ peteret: quod cum facere recusaret, & iam aduentare cum exercitu Guiscardum sentiret, Clementem antipapam in lateranensi basilica corona pontificia publice donat, eam rem procurantibus Bononiēsi, Ceruensi, Mutinēsi episcopis. Quo facto, statim Senas proficiscitur Clemente secū ducto. Guiscardus autem per portam flamineam irrumpens, resistentibus ciuibus usq̄ ad triumphalem Domitiani arcem urbem incendio consumpsit. Munierant capitoliū ciues, & se acriter contra Guiscardum defendebant, qui lateranum iam ceperat. Vnde cum multa crebro utriq̄ committerentur certamina, & illa pars urbis euerfa esset, quae lateranum & capitoliū interiaceret, & ipsum capitoliū postremo uel captum, fere usq̄ ad solū aequatur. Inde uero superata iam & capta Roma, fortunisq̄ ciuium militibus in praedam datis, ad molem Hadriani profectus, ubi pontifex obsidebatur, hominem multis calamitatibus uexatum, tandem e manibus hostium liberat, secumq̄ Cassinum ac Salernum perducit. Vbi non ita multo post pontificatus anno xij. mense uno, diebus tribus sancte & pie morit̄. Vir certe deo gratus, prudens, iustus, clemēs, pauperum, pupillorum, uiduarum patronus; atq̄ unicus ecclesiae Romanae fortissimus & acerrimus defensor contra haereticos improbitatē, & malorum principū potentia res ecclesiasticas p̄ uim occupare conātū.

VICTOR .III.

clxxv. pon.

**V**ictor tertius, Desiderius antea uocatus, montis Cassini abbas, pontifex creatus, statim Gregorij partes suscepit. Hanc ob rem crediderim eū quoq̄ Henricum regem hostē habuisse, cuius fraude (ut Martinus scribit) ueneno in calicem iniecto dum sacrificat, necatur. Vincentius tamen longe aliter sentit, cum dysenteria perisse hominem dicat, quod a suspitione dati ueneni nequaquam alienum est, unde in dysenteriam ueneno petiti interdum uertuntur, corruptis & labefactatis intestinis. Vindicasset autem tantam iniuriam Guiscardus, nī ei mori prope re nimium cōtigisset. Superatis enim Graecis, in Cassiopam insulam delatus moritur, cui absente Boemundo Rogerius natus minor in Apuliae ducatu successit. Ferunt & eodem tempore in toto fere orbe terrarum fame laboratum esse, qua quidem occasione Auful Galliae rex, Tolletum multis annis obsessum de Saracenis cepit, eandemq̄ urbem Christianis incolendam tradidit. Henricus praeterea in Germania sinistro Marte cum Saxonibus dimicās, quatuor millia militum amisit deo uolente, ut tandem desisteret ecclesiam suam persequi, & calamitatibus uexare. Sunt qui hoc tempore multa prodigia apparuisse scribant, q̄ & aues domesticae, utpote gallinae, anseres, columbi, pauones, ad loca montana confugerint, syluestresq̄ sint factae; & pisces tum fluuiales tum marini magna ex parte perierint. Terrae motu etiam quaedam urbes adeo concussae sunt, ut Syracusis maior basilica corruens, dum uesperae celebrarentur, omnes qui tum in templo aderant, contriuerit, duobus tantum diuinitus superstitibus, diacono scilicet & subdiacono.

Sunt qui dicant hoc tempore corpus sancti Nicolai Barum translatum a mercatoribus esse, ibiq̄ in precio habitum, ut Martinus Scotus uir magnae doctrinae singularisq̄ uitae, in sua historia conscribit. Victor autē, cuius gratia Deus dedit librum canonum in ordinem redēgit, anno uno, mense quarto pontificatus sui nō sine suspitione dati ueneni moritur.

VRBANVS .II.

clxxvi. pō.

**V**Rbanus secundus, Otho uel Oddo antea uocatus, monachus Ebomacensis primo, deinde cardinalis Hostiensis, postremo quinto mense post mortē Victoris pontifex creatur, ac merito quidem. Doctrina enim & sanctitate uitae quouis grandi magistratu dignus erat. Tum uero Rogerius opportunitatem nactus, q̄ mortuo Gregorio res ad Urbanū nouum hominem deuenisset, Capuā urbem & quicquid inde usq̄ ad Tiberim pertinet, de Romanis & pontifice uel cepit. Hanc ob rem Urbanus parum etiam Romanis iam pridē rebus nouis studentibus fidēs, Melphim se contulit, ibi uero synodum habiturus, quo tutius eo proficisci liceret: Rogerio & Boemundo inter se de ducatu Apuliae contendentibus imperat, ut ab armis discedant, hac tñ conditione, ut Rogerius permittat Boemundo Apuliae parte, ipse reliquam patris ditionem haberet. Tum pontifex ex sententiā animi sedatis rebus Italicis, compositisq̄ rei ecclesiasticae statu, quantum in tanta perturbatione licuit, Troiam proficiscitur, recogniturus quid maxime clerus eo loci ageret, correcturusq̄ errores quorundam male uiuentium. Interim uero Boemundus fratre Rogerio in Sicilia contra Saracenos bellū gerente, Melphim furto occupat. Hanc autē ob rem Rogerius e Sicilia rediēs, uiginti millibus Saracenorum bello ductis fratrem Boemundum Melphi obsidet, acriter ciuitatem qui in praesidio erāt defendentibus. Pontifex itaq̄ cum in Italia nullibi quietis locū cerneret, in Gallias profecturus, Placentiae synodum habuit, in qua licentiam quorundam ecclesiasticorum mirifice compefcuit. Inde uero in Gallias abiens, rem memoratu dignā aggressus est. Concilio enim apud Clarum montem habito, ita principes Galliae ad recuperandam Hierosolymam a Saracenis iam diu occupatam animauit, ut anno salutis millesimo & octogesimo quarto trecenta millia hominum nomē in militiam Christi dederint, signumq̄ crucis susceperint: quo facto Romam statim rediit, ut compositis in Italia rebus, Italos ad eam quoq̄ rem animaret. Nō desistit interim Henricus rex homo perniciosus, Robertum Flandriae comitem praelio laceffere, quo eum a sancta expeditione auerteret. Multi tñ Petrum quendam eremitam uirum incomparabilis sanctitatis secuti, per Germaniam & Pannonias iter facientes, Constantinopolim communem belli sedem peruenere, quos non ita multo post secuti duo fratres sunt, Gothifredus, Eustathius & Balduinus cognomento Bolioni, Galatiae comites, uiri & animi cōstantia & corporis robore insignes. Praeterea uero & Podiensis episcopus & Raymundus sancti Aegidij comes, & Hugo Magnus Philippi regis Francoꝝ frater, & duo Roberti: quorum alter Normandiae, alter Flandriae comes erat, & Stephanus Carnoti comes, trāmissis alpiibus magnis copijs iter per Italiam faciētes, primo Romam peruenere. Vnde recognitis prius sanctoꝝ locis, facilliq̄ inuisis, accepta a pontifice bñdictione, Brundisium peruenere, inde in Epirum traiecturi. Verū quia non oēs idem portus capiebat (tanta erat multitudo) pars Barum, pars Idruntum petiit. Boemundus autē (quem diximus Melphim occupasse) cupiditate gloriae incensus, relicta Melphi, cū duodecim millibus delectoꝝ hoīm Italicæ iuuentutis in eandem expeditionem proficiscit̄. Huius autē uirtus & animi praestantia adeo fratrem Rogerium pmouit, ut positis armis dixerit sibi omnia cum fratre communia deinceps fore, ac statim Tancredum filium pugnantis cupidum, belli comitem fratri tradidit. Peruenerat iam Constantinopolim Petrus eremita, & in suburbij castrametatus, tot mala ciuibus inferebat, non sponte, sed militum.

licentia, ut omnium interitū Græci peroptarent. Per mortus itaq; suorum malis Alexius imperator, Petrum compulit negato comœatu, ante tempus Bosphorum transire: qui Nicomediam primo, mox Niccam peruenientes, ciuitatem ipsam natura & præsidio Saracenorum munitam, oppugnare adorti sunt. Verum cum obsidentibus comœatus deficeret, dilabereturq; passim milites Christiani, eius rei causa a Saracenis insidijs oppressi, ac relinquere obsidionem coacti, tantum in fuga detrimentum accepere, ut & Reynaldus dux Alemannorum abnegata Christi fide, cum aliquot militibus deditiōem fecerit, & Petrus legationis nomine sine militibus Constantinopolim redierit. Quæ res Alexio grata admodum fuit, q; speraret Christianos tanto accepto incommodo, eam expeditionem omisso. Interea uero superuenientibus alijs copijs, cum eos aperto Marte repellere Alexius non posset, clam noctu in suburbij Constantinopolitanis castrametantes aggredit, sed nil est actū, acriter qui in statione erant castra defendentibus, donec reliqui milites somno excitati, arma caperent. Pugnatū est item sequenti die paruo utriusq; accepto incommodo. Tum Boemundus exercitus nomine ad Alexium missus, hominem partim minis, tum pollicitationibus ad pacem ineundā compulit his fœderibus, ut & iter tutum per Ibea imperio eius subiecta facere liceret, & comœatum ac supplementa præberet, utq; quod e Saracenis caperetur, eius imperio subijceretur excepta Hierosolyma. Peractis his rebus ex sententia transmissiq; Bosphoro, primo Nicomediam, inde Niccam uentum est, a Turcis qui in præsidio erat acriter defensam. Saraceni enim & Turci paribus copijs auspicijsq; bellū contra Christianos tum gerebant. Ad sexaginta enim Turcorum millia qui proximos mōtes insederant, signa eruptionis oppidanis præbentes, Christianorum castra adorti, magno accepto incommodo, ad mōtes ipsos, re infecta, rediere. Difficile tñ erat urbem oppugnare, quia comœatus & supplementa militum submitti per lacum urbis adiacentem continuo poterat. Verum superuenientibus e Constantinopoli lembis non paucis, in lacumq; missis rerum omnium inopia oppidani pressi, dies post duos & quinquaginta ab initio obsidionis deditiōem fecere, Turcis, qui in præsidio erant, cum rebus suis & armis abire permissis. At uero Christiani munita Nicca, inde abeuntes, cum iter per loca deserta facere necesse esset, bifariam copias diuisere. Cum autem Boemundus herbidum solum ad riuum quendam inuenisset, castris positus reficere militem labore itineris fessum instituerat, cum subito eum Saraceni & Turci Solimanno duce adorti sunt: quem certe oppressissent abundante undiq; multitudine, ni Hugo & Gothifredus cum quadraginta millibus equitum, & confestim re per nuncios cognita opem tulissent. Pugnatum est utriusque acriter & diu, nec dirimi nisi noctis interuentu certamen potuit. Eo autem præliquo Medi, Turci, Syrii, Chaldaei, Saraceni, Arabes interfuere, ad quadraginta millia hominū cecidisse sequenti die cognitū est. Solimannus autē effusa fuga inde abiens, ac ubiq; prædicans se uictorem fuisse, decem millia Arabum ad exercitum uenientium obuā habuit, quos statim secum in Lycaoniā duxit, Christianis eo proficiscentibus comœatus & iter intercepturus. At Christiani segetibus iam mature scētibus adiuti, sine ullo incommodo Iconium \* primum Lycaoniæ ciuitatē peruenere: qua in potestatem deditibus ciuibus redacta, pari felicitate Heracleam, Tarsumq; cepere. Tum Balduinus præstatis animi & ingenij uir, primus oīm in Asia dominatum adeptus est, Tarso donatus, & quicquid in ea regione caperet: qui quidem paulo post Edeffa & Manissa urbibus potitus est. Flexit inde in Ciliciam maior exercitus, quæ nunc minor Armenia uocatur. Quam quidem primo impetu captam, Palinuro Armenio cum nostris militare solito, regēdam commisere. Capta deinde Cæsarea Cappadociæ, in Antiochiā mouere, transmissis altissimis montibus, Antiochiæ uero Cassianus rex tum præerat, quæ urbs antea Reblata appella-

lata est. Hanc autem duplici muro circumdatam, de fure Asiae dñator appellauit, ductis circunquaq; quadrin. Hæc item quondam Petri apostoli sedes fuit. Hierophilus originem duxerunt, ad quem Lucas euarbit. Hic tñ primū baptismatis fonte renati, Christiano imperio mille annis florere. Circa Antiocheno fuisse constat ante urbem 19. ecclesias fuisse legimus. Anno igitur 1140, urbs Antiochia magnis operibus banus maximis seditiōibus exagitat. Anno 1140, ennio se continuit, apud ecclesiam tuam Iohanne pagano seditiosissimo clesie statum animum adijcit magistratu pulsum, q; ab uero erat, in gratiam recepit, ci ac sanctissime uixisset, & te transmisit, his uerbis: Iohanne fraternitati tuæ r senti concessum est. I de more in uerba p demq; totius Hisp cecesi sancti Iacol cerem, inaudita scopus Roman rat, libere se abe tas prouinciæ rando. His tñ sede deince eor, qui ero: & insti ob re t



## TINA DE VITIS

dit, si reliqui Christiani eidem cū imperio præesse Boe  
urbem Christiani, omnibus fere pepercere, in præsi  
fauitū est. Cassianus autē rex ad loca montana con  
Sola arx supererat: quam dum Boemundus acer  
citur: & adeo grauiter, ut p aliquot dies ab op  
ueniēti \* Corbane Persarū regis militia: prin  
tiochiā recuperaturis, Boemundus iam ex  
tus, statim pugnandi copiā facit. In mon  
tamen ullo modo poterant. Quare Boe  
decertare omīno instituit etiam iniquo  
otimo, qua Christi latus trāsfixum  
ntiochiā reperta, hostes primo  
ro ad centū millia perisse con  
lia camelorum capta tradun  
summam rerum omnium  
uorū calamitate, & arcem  
& his q in p̄sidio erat, ut si  
quo uellent. Magna de  
est, cum Boemundus si  
ratori Constantinopo  
Sacerdotes autē qui  
m statim adiudicāt.  
rum causa Cōstan  
Cappadocia obfi  
n simul conueni  
us frustra con  
cōmeatu, ar  
caperentur,  
sareā Pa  
n arduo  
exerc  
erci  
p̄

## PONTIFICVM

Qui regni quidem titulum non abnuit, coronam ue  
arbitratus illic aureo diademate hominem uti, ubi  
ronā pro redemptione humani generis tulisset  
ter patriarcha creatus, ab episcopis qui tum ac  
hac uictoria Neapolitanæ urbis Assyriæ c  
qui se ac sua omnia illi dederent. Verum  
Solimanni Babylonis regis ingentem  
uiginti millibus passū ab Hierosol  
semper infensam, occurrere hosti C  
dam urbem relicto; reuocatoq; E  
bus legionibus miserat. In hoste  
mentem esse regis Babylonio  
quaginta millia hominum r  
chinis onustam, decertare  
pos, ad xxx, millia homin  
ui fugiens, salutem sibi q  
statim Gothifredo trad  
tum alio unquam in l  
cōpotes facti, redire  
densiq; comites sur  
riæ usus, & loppe  
to Christianis er  
Obsedit & Cai  
& quatuor mil  
ne, Tiberias C  
pta. Sed nihil  
no enim uno  
ptus moritv  
Balduinur  
millesime  
tutem &  
clerus in  
pe qui  
dicer  
elig  
m  
t

## TINA DE VITIS

urum Albertus Alatrinus episcopus aliquando diuise  
 rogaretur, quem Urbano successurum putaret, Rai-  
 constantiam deus eligeret. Ferunt & eundem Alber-  
 tu uicturus erat, prædixisse. At uero Paschalis  
 in seditionibus cōsulturus, copias suas in Gi-  
 nium caput. Ut autem tanto bello suffice-  
 re ei turmas aliquot, & mille auri uncias  
 mo perniciosus tum degebat. Qui ubi  
 nis fidens, a Richardo Campano co-  
 tana, quæ nunc Aquilanorum mu-  
 nio multo post subita morte corre-  
 lei non statim, tam pernicioso  
 nus Giberto copijs & opibus  
 t Attelanum ciuem, quæ urbs  
 qui statim a bene sententi-  
 utem agri Prænestini in-  
 ricum quendam ponti-  
 & cetero die e ponti-  
 um ducere priuatam.  
 iam pontificatus tra-  
 ctarunt, & Rauera  
 ra autem hoc mo-  
 litione ad arma  
 ab hostibus oc-  
 mpellente Ri-  
 distrahere, Ca-  
 um mouens,  
 ternæ hære-  
 duxisse cer-  
 ut appella-  
 s, ab Hen-  
 anus ei-  
 m eo lo-  
 mani-  
 ope-  
 q-  
 a-

## PONTIFICVM

los faceret, non ita integre, ut decebat, uitam ducere  
 conuentu habito, redactis ad laudabiliorem cultum  
 partim pulis, partim castigatione emendatis, in  
 xerat omnia seditiosorum quorundam factio-  
 Corsus montem altum & Ponticulum de ea r-  
 apostolorum patrimonium uocant, ceper-  
 ti incurfione omnia circunquaq; uexabat, q-  
 deiecit: alterum uic capere non potuit, na-  
 rebat. Iturus itaq; in Apuliam compo-  
 no episcopo ecclesiam, Petro Leoni  
 Ptolemæo Sublacensi domino qu-  
 dauit, relicto Gualfredo nepote  
 siasticam tueretur. Verum abse-  
 autorem dicere solitum, nunc  
 omnes defecere: Petrus Co-  
 bas cum Anagnis, Prænes-  
 lemæus comparato exer-  
 bem defendentibus. Ve-  
 Richardo Aquilano e-  
 pare conantibus, & A-  
 in deditioem reci-  
 partis incommod-  
 monium breui p-  
 mum adijcit, pr-  
 animat, quod ir-  
 da Hierosoly-  
 ti clade, & con-  
 manus hostiu  
 ex tanta clac-  
 barbari tan-  
 aut egregi  
 subiectar-  
 lectatur  
 sa ex E-  
 citus, c-  
 nue-  
 pl-  
 t-

am, ac Tyro metropoli obtemperantem, obsessam duos  
 rit, non sine magno suo in commodo. Hanc ob rem  
 urbs ipsa tanq̄ colonia Christianis oibus concessa  
 Sidon est. In tanta uero Christianoꝝ felicitate  
 orbe sublatus, luctu oia cōpleuit, qui Boemum  
 ōstantia uxore susceptū, principatus An-  
 redo nepoti donec adolefceret cōmenda-  
 to patre, quem apud Leodium bello supe-  
 ritaliam ueniēs, apud Sutrium substitit,  
 n admodum gratum esse: quippe qui  
 opatus contra ius fasq; pro libidine  
 ultro citroq; legatis, cum impera-  
 to agmine urbem ingressurum,  
 ropatū abdicarent, quos lar-  
 sunt. Nam Sutrio mouens  
 ōtem malum: sunt etiā qui  
 thea annuente populo pro-  
 ingreditur, p̄cedētibus  
 i. Nam p̄ eam portam  
 cuius in gradibus pe-  
 us est. Positis deinde  
 templū ingredit,  
 cōfirmet, quibus  
 nunq̄ id a ponti-  
 bus, dato signo,  
 oliati prius in ca-  
 ptis armis, Teu-  
 erator ad Sora-  
 elfo & muni-  
 ibus & præfi-  
 liquas copi-  
 prius pon-  
 anti ope-  
 faciebat.  
 n per-  
 uitus)  
 npo  
 nam  
 ca  
 ap

promiserat reuocat, q̄ coactus, nō libens in eius sententiā armis, nō rationibus mu-  
 nitā descendisset, instantibus cardinalibus, q̄ in uinculis erant, populoq; Romano  
 quā ab Henrico bello uexabat, ut quauis cōditione pacē cōponeret. Satius itaq; ui-  
 sum est retractare male acta, uiolēter p̄fertim, q̄ pati ex p̄lo p̄uiciofo, ut id quoq;  
 reliquis principibus licere uideat, quod Hēricus ab inuito p̄ōtiffice extorferat. Hoc  
 autē tēpore Mathildis comitissa admodum senio cōfecta moriēs, Romanæ ecclesiæ  
 ex testamento reliquit, q̄quid a Pissia amne & sancto Quirico agri Senēsis usq; ad  
 Ceperanū inter Apenninū & mare p̄tinet, addita Ferraria, quæ adhuc Romanæ eccle-  
 siæ uectigalis est. Sunt qui scribant, quorū de numero Vincentius est autor egre-  
 gius, hanc mulierē Florentiæ mortuam esse eo incendio, quo & magna pars urbis  
 consumpta est, & ad duo millia hoīm combusta traduntur, eiusq; corpus postea in  
 Cisalpinam translātū esse, & in monasterio sancti Benedicti quod ab urbe Man-  
 tua xij. millibus passuum distat, sepultum. Crediderim ego mulierem ipsam Man-  
 tuæ diem extremum obiisse, suoq; iussu ad sanctum Benedictum sua impensa ædifi-  
 ficatum, translātā & sepultā, procurate eam rem Anselmo uiro sanctissimo ac  
 tanti monasterij autore: quippe qui operam dederat Mathildis impensa, ut coeno-  
 bium tam amplum, tamq; magnificum ædificaretur. Eodem quoq; in loco sepul-  
 tum fuisse eundem Anselmum episcopum Lucensem cōperi, ac Mantuā deinceps  
 translātum in ecclesiam cathedralem, ob eam rem credo, ne a uicinis furti-  
 peretur, cum miraculis continuo clarior fieret. Affirmant Lucenses  
 Mathildis apud se esse: quod ne credā, facit Guīdonis Gonzagæ autor  
 monasterium sancti Benedicti restitueret, inuentū corpus hōne-  
 erat) collocauit. Alium quoq; Anselmum fuisse his temporibus  
 scribunt, uirum doctissimum, & apud Anglos tāti precii  
 nacho abbas, deinde Cantuariensis archiepiscopus  
 meditationibus, cur deus homo, de libero arbitrio  
 beato Iohanne baptista conscripsit. Felicia  
 bertum monachum celbatensem uirum  
 stitione Burgundiæ nobili genere o-  
 abbate Stephano, qui tertius fuerat  
 triginta socijs monachi habi-  
 tatem est habitus, ut bre-  
 uiri illustris impen-  
 nos sex & trigi-  
 ta quoque sc-  
 in cantica  
 pontifice  
 anam  
 ticut  
 ap



cia accitum cum satis ualida manu, qui pulfos in transiberinam regionem aduersarios partim interfecit, partim capit, ac per municipia custodiendos diuidit. Sed magna repente in Ptolemæo inconstantia apparuit. Nam quos ipse paulo anteceperat, eosdem postea suo quoque nutu ad municipia proficiscentes, dum iter per Algidum faciunt, ex insidijs adortus capit, & Laritiam secum ducit: inter quos & demortui præfecti filius erat. Non contentus autem tantum admitti facinoris Ptolemæus, Sarminetum, Nymphæum, Tiberiam, oramque maritimam occupat. Interim uero Henricus e Germaniâ in Italiâ cum exercitu descendens, magno terrori omnibus fuit. Verum cum is Romam uenisset, absente pontifice, qui tum in Apulia concilium habebat, cumque se priuatum dignitate imperij putaret, una cum potestate dandorum episcopatum, a Bracharensi archiepiscopo patria exule, iterum coronatus ante beati Gregorij corpus, in patriam abiit. Paschalis autem absoluto conuentu ex Apulia Romam cum copijs Normannorum rediens, & multa oppida ab hostibus occupata recepit, & Præneste Caloiohannis imperatoris Constantinopolitani, qui patre Alexio successerat, oratores libenter audiuit, eisdemque in mandatis dedit, ut Caloiohannem suo nomine contra Saracenos animarent. At uero Farfenabbas & Ptolemæus, qui nullum sibi ueniæ locum apud pontificem ob sua malequerant, latebris delitescentes, tandem per amicos in Paschalis uiri mitissimi redeunt. Pacatis hoc modo rebus, dedicataque Prænesti Agapeti basilica, a obuiam urbana multitudinem honoris causa tandem rediit: qua quies in ualitudinem incidens, se paulo post moriturum cognouit: e sacramentis, cohortatusque clerum ad pacem & concordiam, primo octauo, mense sexto, die septimo, moritur decimo. Peliturque honorificentissima pompa in basilica Constantiana facta potestate sacrorum ordinum, presbyteros episcopos centum creauit. Romæ præterea ecclesiam basilicam sancti Hadriani in tribus foris ere, ecclesiam sanctæ Mariæ Monticel consecrauit basilicam sanctorum Guiscardi Salernitanus principis Capitolium uergit, ut in uita

re Crescentio,  
is, in monte  
sissimo.  
irtute &  
tempo  
renti  
m

Cincij Fregepanis congregati essent, uno omnium consensu Iohannes Caietanus Gelasius pontifex creat. <sup>Cincius</sup> Verum Cincius Fregepanis ira ob hanc electionem percitus, quod <sup>Fregepanis</sup> unum ex suis cardinalibus collegio proposuerat, quem pontificem eligerent, in <sup>nis homo</sup> monasterium Palladii cum armatis satellitibus irrumpens, refractis foribus, obuium quem <sup>factiosus</sup> percussit: pontificem obtorto collo in terram deiectum calcibus coterit, in uinculaque coniecit. Cardinales autem fugam parantes, ex mulis & equis deiecit, nullumque genus cotumeliæ prætermittit, quo affici tantus senatus posset. Non tulit autem tantam iniuriam populus Romanus. Ad ædes Cincij Fregepanis armatus concurrunt, eisque ac familiam interitum minant, nisi propere Gelasium incolumem reddat. Faciunt mandata Fregepanes: maxime uero Leo, qui pontificis pedes uidentibus omnibus sæpius exosculatus, ueniam suppliciter petebat. Equum itaque album conscendens pontifex, uia sacra in Lateranum ducit, comitante clero populoque Romano, ibique de more coronatur. Interea uero Balduinus, quem statim literis & nuncijs pontifex adhortatus est, ut barbarorum impetum tardius sustineret, quoad in Asia noua supplementa mitterent, castellum in Syria Sobal uocatum occupat & munit, ut Christianis contra barbaros continue dimicantibus receptaculum esset. At uero Boemudo adolescente mortuo, Tancredus tutor Antiochiæ princeps ab omnibus Christianis declaratur: quem quidem confirmato prius principatu, Balduinus Hierosolymitanus rex ad se cum militibus suis uocat, dimittit cum hostibus Turcis, Saracenis, Arabibus: qui cum magno exercitu pro Hierosolymitanam ingressi erant. Eo itaque ueniens Tancredus, cognita Christianorum paucitate, frustra Balduino dissuasit, ne collatis signis cum hostibus Christianam in summum discrimen adduceret. Nam cum hostium diuersionem diuersionem fecisset, ingenti clade superatus, agre cum paucis diuersis præterea tramitibus Tancredus Antiochiâ refugerat. Elati autem tanta uictoria hostes, montem Tiberis ad locum positum diruunt, monachis ad unum ab externo hoste Gelasius fuit, qui Henricum in Iamiamque urbem hostili animo ingressi: cuius primo confugit. Verum cum suis triremes conscendens, duas ex his insequentibus Germanis Hostiam uero puenisset, in itinere Ardeam sepe cum comitibus Caietana adna lielmus A. ceteros se igitur p. pifer. cō.

PLATINA DE VITIS

fendentibus. Sequenti uero die a suis armis & clientis bene munitis, in urbē uocatus (nam ad sanctum Paulum confugerat) habito cardinalium conuentu discedere ab urbe instituit, ne crescente indies magis magisque seditione, magna aliqua clades oriretur. Relicto itaque Petro Portuensi episcopo, qui uices eius quantum ad rem sacram pertinebat, Romæ gereret, cōmendatāque Beneuentanæ ciuitatis cura Hugoni cardinali xij. apostolorum, Pisas primo adnauigat, cum terrestre iter nequaquam sibi ac cardinalibus, quos comites sociosque habebat, tutum uideret. Exceptus itaque pbenigne a Pisanis, cum rationē discessus sui ab urbe audiētibus omnibus reddidisset, inde soluens in Gallia, ad portā sancti Aegidii puenit: ubi cū abbate Cluniacensi uiro optimo, tum a monachis, & oibus fidelibus qui eo eius rei gratia undique cōuenerant, magnifice ac splendide suscipit. Deinde uero p continētem honesto comitatu magis quam splēdido, ut nūc sit incedēs, inter eundē basilicam sanctæ Cæcilie in Stagello, ecclesiā sancti Syluestri in Tillano, ecclesiam sancti Stephani in Tornaco dedicat, lapidibusque ecclesiarum terminos notat. Tandem uero ad Cluniacense monasteriū pueniens, pleuresi correptus, pōtificatus sui anno i. die v. morit, uir sanctissimus & omni laude dignus, si uitā cōtinentissimam, si mores, si doctrinā inspicias: quibus ex rebus fit ut facillime credā eū, qui ita cōstanter & sancte in uicis procellis humanarum pturbationū uixerit, nūc beatā & sempiternā uitā in cære. Sepelitur autē eius corpus intra limina Cluniacensis cœnobij. Sunt qui scribunt pontificatu inchoatā esse templariorum militum originem, qui nō longe a mari habitantes, peregrinos suscipiebāt, eosque per loca sacra armabant: quo eis sine ullo maleficio inuisere loca sancta liceret. Hos in modum Cusentinus commendat.

CALISTVS .II.

atus, natione Burgundus, Viennensis archiepiscopus, ab his cardinalibus pontifex creat, qui regis nō prius pontificiū habitū sibi desumptis confirmari, q Romæ & in Italia Romā ueniens, populo obuia prolatibus oibus tū pontifici, tū cōtinēbant. Rebus autē ex senatibus principes omnes statim Guilielmus Apulie protelli comes, etiam pollicitus, autē q nil paras genitum, rium ten

PONTIFICVM

pontifex, cum subito una cū magna parte senatus febris correptus redire ad urbem re infecta compellitur. Hanc ob rem Rogerius nemine aduersante, Apulia & Calabria potitur. Atque hoc modo Guilielmus uxore frustratus ac principatu deiectus, apud Salernitanum principem uitam degens, sine hæredibus breui moritur. Rogerius itaque tanto aduersario sublato, regem Italiae se nuncupat. Calistus autem recuperata ualitudine, apud lateranum noningentorum patrum conciliū habuit, in quo quidem deliberatum est, ut primo quoque tempore supplementa militiæ iam deficientis Christianis in Asia bellum gerentibus subministrarentur. Qua spe erectus Balduinus Hierosolymitanus rex, Gazim regem Turcorum minorem Asiam incolentium, cum magno exercitu in se mouentem superat, & captum in carcerem coniecit. Eadem quoque fortuna usus, Damasci regem Hierosolymas cum exercitu hostili animo petentem fundit fugatque, duobus millibus hostium caesis, milleque captis. Verum superueniente cum magnis copiis Balahac Parthorum rege, cui statim nullis expectatis auxiliis congregi ausus est, tanta clade superatur Balduinus, ut etiam ipse una cum proceribus multis captus & in uincula cōiectus sit. Quare Calistus pontifex maturandum ratus, ne reliqui Christiani amisso rege opprimereentur, instante Veramundo Hierosolymitano patriarcha uiro optimo ac doctissimo, Venetos spe gloriæ & præmij concitos in hostem magna classe permo- uit, Dominico Michaele duce, millesimo centesimo ac uigesimo secundo salutis stræ anno: qui quidem ad loppem classe delati, quam Saraceni Babylonis tunc obsidebant, superatis barbaris ingenti clade, obsidionem soluunt. In Tyrum, quam diu obsessam haud incruenta uictoria cepere, pacti Tyri & Ascalonis dimidium obtinerent, si eorum opera in Christum deuenirent. Verum Emanuel Græcorum imperator tantam uictoriam latinis inuidens, uel latina literarum ut clavis sue præfectum reuocent: qui certe e- sus, Rhodā, Chiū, unde corpus beati The- est, Samum, Mitylenen, Andron imper- tum incolis muniuit. Tragurium ex- pidem præterea secum in patri- fertur. At uero Balduinus Hierosolymas redire ob rem Calistus basilicas mul- inducit, ar- dos plere- cat. Ver- rius an- se con- uex

deueniebat. Verum cum tantus principatus retineri sine præsidente non posset, eidem præfecit Raymundum Guilielmi ducis Austriæ filium, cui superioris Boemundi filia nupsit. Hoc autem modo compositis rebus, regem Aescalonarum, Aegyptiorum copijs fretum, & ob eam rem Hierosolymitanos infestantem, unico prælio repulit. Balduinum præterea Damasci regulum idem molientem, sed maioribus copijs, tribus grauissimis prælijs fundit fugatq; multis passim more pecorum caesis. Ad Honorium redeo, qui & si obscuro loco natus erat, tamen literatura & moribus tanto magistratu dignus uidebatur. Verum non adeo eius ingressus laudatur, cum ambitione quorundam potius quam omnium bonorum cõsensu pontificatum inierit. Mortuo enim Calisto, cum de legendo nouo pōtifice ratio haberetur, Leo Fregepanis omnibus cardinalibus interdixit, ne usque ad diem tertium pontificem crearent, quo & maturius deliberare, & canones inspicere liceret, quantum non ea mente id fecerit homo acutus & ad fallendum uaser, quam uerbis præfererebat, sed ei tantisper disponere hominum suffragia liceret, quibus Lambertus pontifex crearetur. Nam populus ipse Saxonem sancti Stephani cardinalem, pontificem percipide nimium optabat. Id quoque se cupere Leo Fregepanis ostendebat, quo & populum & patres negligentes & incautos in sententiam sui quauis arte pelliceret. At uero cum id uelle Leonem cardinales quidam cernerent, ne ex

sententia pontificem legerent, omisso Saxone, Thebaldum sanctæ Anastasiæ

erum cardinalem, pontificem deligunt, quem Cælestinum appellant.

Leo non amplius immorandum ratus, quod iam offensum hac ele-

ctione cernebat, Lambertum (de quo ante diximus) pontificem magna

clamante populo, cleroq; eam electionem manibus & nutu

leo maturandum ratus, ne sententiæ hominum immutarent

non longe ab ecclesia sancti Syuestri, hominem pon-

rimo artibus quibusdam tantum magistratum

consensu pontifex maximus consalutatur. Pon-

tiros insignes creauit, quorum opera post-

er præclarorum uirorum mirifice de-

scripsit, uirum industrium

genensis episcopi mirifice ex-

quod plurimum hero-

fecit Hugo de san-

ro, insignis. Sic

etiquit. Extr-

scalus ap-

annes tan-

præter-

Vi um

gnim

q

q

stantibus omnibus moritur, & in basilica Lateranensi nullo non genere honoris adhibito sepelitur. Vacat tñ sedes diebus octo. Nescio ego quid sibi uelit marmor illud suo nomine inscriptum, quod ante ædes beatæ Praxedis adhuc extat.

## INNOCENTIVS .II.

clxxi. p̄o.

Innocentius secundus, patria Romanus, ex transiberina regione, patre Iohāne, pontifex creatus, in Rogerium Rogerij comitis Siciliæ filium, heredem nuncupatum, quod mortuo Guilielmo Apuliæ duce, omniq; Roberti Guiscardi familia in eo deficiente, dominatum Apuliæ occupare nitentur, statim mouet. Nam is ad sanctum Germanum castra habebat, quem certe primo impetu repulit: tantum ualuit Romani exercitus fortitudo & uirtus: oppidoq; ipso capto, tyrannum in Galucio aliquandiu acriter obsedit. At uero Guilielmus Calabriæ dux cum magnis copijs adueniens, & patrem unico prælio feliciter habito obsidione liberat, & pontificem cum his cardinalibus capit, qui in exercitu Romanorum erant. Hos autem omnes non ita multo post Rogerius mira modestia usus, una cum pontifice liberos facit. Quam ob rem deinceps quod uoluit facile a pōtifice obtinuit, p̄ter regni titulum, quem maximis præmijs & pollicitationibus impetrare contendebat. Interim uero Petrus Romanus ciuis, Petri Leonis potentissimi hominis filius, Romæ antipapa creatur, quorūdam facinorosorum seditionibus, Anacletusq; appellatur: qui spoliatis Romanæ urbis templis, spoliatis ecclesiarum thesauris, uir irrumpens, maxime uero in basilicam Petri, unde crucifixum aureum & coronas pendentes sustulit: tantum pecuniarum conuulit, ut perfacile largitionibus seditionis quæque Romæ in sententiam sui ipsius alliceret. Innocentius autem ad urbem rediens, ubi seditionibus plena omnia cerneret, spectareq; rem ipsam ad eadem multorum uideret, sponte cedens, primo quidē Pisas adnauigat, deinde Genuam, postremo in Franciam peruenit. Interim uero Anacletus antipapa, tanto aduersario submoto, & animos ciuium cum Innocentio sentientium quoad fieri potest, sibi largitionibus conciliat: & Rogerium in partes suas facile descendentem, quo magis ei obnoxius esset, utriusque Siciliæ regem creat. Innocentius autem celebrato apud Clarum montem concilio, in quo Petrum antipapam cum sectatoribus damnauit, Aurelianum se contulit, uisq; rege Philippo, a quo perbenigne est habitus, Carnotum in Belgis petijt: ubi Hæricum Angliæ regem in itinere obuiam factum, multis rationibus ad expeditionē in Saracenos adhortatus est. In Lotharingiam inde flectens, Lotharium Leodij repertum, a Germanis tum regem creatum, de se restituendo multa pollicentem, sacramento adigit expeditionem parare, qua quidem tutus etiam ad urbem reduceretur. Remis deinde in Belgis altera synodo habita, in Italiam redijt, celebratoq; concilio apud Placentiam, Pisas se contulit: quam ciuitatē iam pridem cum Genuensi populo dissidentem, in gratiā tandem redegit. Genuensem quoq; episcopum qui Mediolanensi suberat, archiepiscopum creat, tribus Corsicæ episcopis illi cum Bobiensi parere iussis. Pisanis quoq; archiepiscopum dedit, tribus item alijs Corsicæ episcopis cum Populoniēsi eidem subiectis. Lotharius autem cum magno exercitu in Italiam ueniēs, admonito pontifice quid fieri oporteret, partitis copijs ad urbem mouet. Nam dum ipse occupato prius Ianiculo urbem ingreditur, Innocentius Anierem ponte Mammeo traiciens, in Lateranum perducitur, nusquam apparente antipapa, cuius factionē Lotharius mira felicitate ad sanitatem redegit, cauēq; quantum in eo fuit, ne deinceps uexari ab aduersarijs Innocentius posset. Tanto itaq; beneficio deuictus Innocentius, mortuo Hærico, Lotharium impatorem Romanū creatū, impij corona exornat, quo statim in Germaniā abeunte ad cōpescendos Leuticorū motus, dum pontifex concilium Pisas pro rep. Christiana, proq; tuenda fide de more habet, rursus antipapa quem in eodem concilio damnauit, factionis quibusdam & Rogerio adiuuantibus



bus, in pontificem surgit. Quare & Lotharius imperator iterum cum exercitu superatis Leucis Italiam repetit, & Pisani classem potentissimam in auxilium pontificis educunt, quibus copijs & Romæ seditionem oppressere: & Rogerium terramariq; oppugnatum, amissis rebus omnibus, Italia in Siciliam breui pepulere. Audita tanta uictoria Iohannes Constantinopolitanus imperator, qui Rogerio aduersabatur, legatos statim ad Lotharium mittit de superato hoste cōgratulatum, quorum de numero quidam philosophus erat, qui disputationibus ostēdere nitēbatur latinam ecclesiam admodum errare, quod cōtra sententiā Niceni concilij, ut ipse dicebat, quo declaratum est, spiritum sanctū a patre procedere, Latini a filio quoq; id fieri addidissent. Tum Petrus diaconus homo doctus & argutus, qui tum in corona aderat disputandi gratia: Si, inquit, Latini damnandi sunt, quod addiderint spiritum sanctum a filio quoq; procedere, damnandi multo magis Græci uidentur, qui id fieri a solo patre addiderint, cū ipsum conciliū a patre dixerit. Delusus homo audax tam acuto responso, substitit amplius hac de re disceptare. At uero pontifex ne abeunte imperatore, Rogerius iterum Apuliā repeteret, Rameonem Lotharij imperatoris comitem, cum aliquot cohortibus ad propulsandum iniuriā relictum, ducem Apuliæ creat. Mortuo deinde antipapa, occulteq; a suis sepulto, cum etiam eius cardinales in fidem Romani pontificis deuenissent, quietura iam resp. Christiana uidebatur, cum subito Romani quidam seditionibus potentiā quærentes, senatores creauere, q temp. Romanā ditionemq; ad se pertinentē gubernarēt. His autem dum pontifex resistit, habito apud Lateranū concilio, quo instituit, ne quis laicus manum uiolentā clerico inijceret, pontificatus sui anno xliij. mēse vii. die viij. moritur, m. c. xliij. salutis nostræ anno, quo tempore magno in precio sunt habitū & Bilibertus e Britannia oriundus, uir tantæ doctrinæ, ut ob uarietate disciplinæ uniuersalis appellaretur, & Ambertus Remensis archiepiscopus, \* Giliberto præceptore nequaquam eruditione & doctrina inferior. Huius quoq; pontificis illud opus est, quod adhuc cernimus in fornice sanctæ Mariæ trāstiberinæ e musuo.

## CAELESTINVS .II.

**C**Aelestinus secundus, Guido autem uocatus, sancti Marci presbyter cardinalis, natione Tuscus, e castro Felicitatis, quod nonnulli ciuitatem Castellī esse affirmant, Typhernum ab antiquis appellatū, pontifex in demortui Innocentij locum omnium cōsensu creatur, eo maxime tempore quo in Asia Balduino rege uita functo, Andegauenfium comes Fulco, Balduini gener tertio loco, si ordinem successiōnis inspicias, regnum Hierosolymitanum accepit, quod duorum etiam filiorū uirtute fretus aliquamdiu acerrime tutatus est. Nam cum Turci sinum Persicum incolentes, in agrum Antiochenum incursiones fecissent, eos non solum fudit rex Fulco, uerum etiā ex his ad tria millia interfecit, totidemq; cepit. Hac autem clade exēctus Alaph genere Tarcus, Babylonū auxilijs fretus, Edeffiam Mesopotamiæ ciuitatem, Arach ab Hebræis uocatam, inuasit: quam antea diximus Balduinū a fratre Gothifredo precibus obtinuisse. Capta est autem urbs & a barbaris crudeliter direpta, occisis omnibus Christi fidē abnegare recusantibus, stupratis etiā nobilissimis matronis super altari sancti Iohannis baptistæ, quod sciebant a nostris pie ac sancte cultum fuisse. Sed nescio quo facto dū parantur copiae, Fulco in uenatione leporem concitate nimium & incaute insequens, casu equi moritur: cui filius Balduinus eiusdem nominis tertius in regno successit. Cælestinus autem pontificatus sui mense v. moritur, sepeliturq; in Lateranensi basilica, una tantum re felix, ob breuitatem temporis, ut arbitror, quod nullis seditionibus toto suo pontificatu uexatus fuit.

## LVCIVS .II.

**L**ucius secundus, patria Bononiensis, patre Alberto, eo tempore pontificatum iniit, quo Edeffæ urbis euersio nūciata est. Ea enim ciuitas Edeffa est, ad quam

elxxij. pō.

elxxij. pont.

Tobiā misisse filium Gabelo sacre literæ testantur: quamq; Thaddæus apostolus ad fidem Christi conuertit: & in qua beati Thomæ ossibus ornata Abagarus regnum obtinuit, qui datis ad Iesum literis, scripta manu dei respōsa accipere meruit. Hac uero clade audita, Bernardus Clarauallēsis uir & sanctitate & doctrina, ut dixi, insignis, patrociniū religionis Christianæ assumens, principes oēs Christianos tum literis, tum nuncijs adhortatus est, ut crucem in Saracenos Christi uexillum sumerent. Hanc ob rem Conradus Sueuus, qui Lothario in regnum Romani nominis successerat, in militiam nomen dedit. Dum hæc autem pro fide Christi in Gallia & Germania pararentur, Rogerius pontificum negligentia in Italiam reuersus, quæ amiserat breui recuperauit, nullo repugnante: qua exre copijs deinceps & animis auctus, classe in Africam trañciēs, adeo regem Tunesi uexauit, ut hominem data pace persoluere tributū quotannis coegerit, quod certe ad triginta annos continuo exegit. Conradus uero magno cruce signatorum comparato exercitu, Constantinopolim perueniens, ab Emanuele secundo Græcorum imperatore precibus compellitur, nullo comparato cōmeatu, Iconium statim ducere: se enim præstatu: omnia quæ exercitui necessaria erant, Emanuel pollicebat. Obsessa est urbs natura & artificio munita aliquandiu atq; acriter. Verum cum scelestus imperator Græco usus ingenio, gypsum farinæ miscuisset, ex eaq; re panis fieret, quo exercitus Christianorum aleretur, tot statim milites periere, ut re infecta, relicta obsidione, in Thraciam secedere oportuerit. Hoc tamen emolumentū illa expeditio præstitit, quod Balduinus quartus Hierosolymitanus rex anō auctus, Acalonam diu obsessam tandem uicēpit, cum paulo ante Gazam urbem antiquissimā penitus ab hoste derelictam ædificasset, incolendamq; fratribus templarijs cōcessisset. Ausus quin etiam idem Balduinus Turcorum satrapas Hiericoninos infestantes propulsare, quorum de numero unico prælio ad quinq; millia interfecta referuntur. No radinum quoq; Damascenæ militiæ principem, Hierosolymitanū agrum uexantem, tanta clade superauit & psecutus est, ut ægre Christiani retēti sint, quo minus una cum hoste Damasci moenia ingrederentur. Ad Lucium pontificem redeo, qui interim nil prætermittebat, quod ad tantam expeditionem, tamq; necessariā pertineret. Credo ego hominem ipsum miro amore excitatum retinēdæ Hierusalem, quod tituli sanctæ crucis in Hierusalem presbyter cardinalis, pontifex creatus fuerat, quam quidem basilicam totam ferme restituit. Eius præterea consensu in Gallia synodus episcoporum quorundam & abbatū facta est contra Baliardum philosophum peripateticum, uirum multæ doctrinæ, non bene in quibusdam cum fide nostra sentientem, q præsentē etiam Lodouico rege, rationibus uictus, non modo sententiā mutauit, uerum etiam monasticā uitā & religionē induit, ac deinceps una cum quibusdam discipulis in loco deserto sanctissime uixit. Lucius autem pontificatus sui mense xi. die iij. moritur, ac in basilica Lateranensi sepelitur.

## EUGENIUS .III.

**E**Vgenius tertius, Pisis oriundus, sancti Anastasij abbas, in monachum antea a Bernardo uiro sanctissimo electus, in ecclesia sancti Cæsarei pōtifex creatur. Nam cum haud satis inter cardinales constaret, quem potissimum e numero suo deligerēt, diuino nutu perciti, uirum sanctissimum Eugenium deligunt. Qui ubi Romanos instare minis etiam cognouit, quo sui consiliarentur senatores, ad Farfense monasterium noctu in Sabinos abiit, comitante cardinalium cœtu, ibiq; consecrationis munus suscepit. Verum cum postea Romanorum non minas tantum modo, sed etiam facta contemneret, senatores ipsos eo perpulit, ut petita pace magistratu se abdicarent. Romam itaq; rediens, ubi intelligit Romanos nequaquam bono animo, sed fraude in gratiam secum rediisse, insidias ueritus Tibur dilabitur, fugientē Romani telis & sagittis insequitur. Postea uero Pisas profectus, nauigio

elxxij. pont.

in Franciam contendit, regemq; Lodouicum cruce signatum in Turcos & Saracenos animat, quem Constantinopolim cum exercitu profectum non secus Emanuel fraude circumuenit, quam olim Conradum Sueuum. psuasum enim iniquo tempore ducere copias per deserta Syriae, eo necessitatis eum compulit, ut lacerum exercitum difficultate & inopia rebus Antiochiam re infecta ducere coactus sit. Hanc ob rem Rogerius Siciliae rex Emanueli infensus, classe in Graeciam delatus, Corcyram insulam, Corinthum, Thebas & Euboiam de imperio Emanuelis occupat, duxissetq; eodem animo Constantinopolim, ni Veneti instructa in hadriatico sexaginta triremium classe, quo minus id faceret prohibuissent. Flexit itaq; Rogerius ad littora Asiae deo uolente. Nam tum forte Saracena classis Lodouici regem Franciam circumuenerat, qui non longe a portu sancti Simeonis soluens, Palaestinam petiturus erat. Rogerius itaq; barbaros in augusto uactus oppugnat & uincit, Christianumq; regem cum exercitu ab interitu liberat. Interim uero classis ueneta quae Emanueli admodum fauebat, ea loca recipit quae Rogerius occupauerat, immunis itaq; ac sine ullo praesidio reliquerat. Rogerius autem dimisso apud Ioppen Lodouico Constantinopolim delatus, suburbia uidete Emanuele incendens, eoque uictoria delatus est, ut & aedes impatoris aliquandiu oppugnauerit, & poma ex hortis eiusdem manu legerit. Verum cum postea inde in Sicilia composita classe abiret, in Venetos incidens instructos, & ad dimicandum paratos, ex suis triremibus xx. amisit, & grecorum fuga sibi salutem quaesuit. Interim uero Conradus, Lodouicus & Balduinus iunctis copiis animisque, Damascum magnis conatibus obsident: quam urbem seruos Abrahae fundasse constat, loco campestri naturaq; arido, sed artificio habere atq; fecundo. Ager enim effossis cuniculis ductisque fistulis, unde irrigari potest, miram fertilitatem praese fert. Paruus amnis in regione unicus non longe ab urbis moenibus praeterlabens, linguam quandam facit, in qua nostra castris posuerant, unde facile cohibere ab aquatione oppidanos poterant: uerum Assyrio quodam persuadente, cui maxime Balduinus in rebus arduis credebat, castra ad alteram urbis partem transferuntur: quod diceret facilius irrumpi hostium moenia eo loci posse, utpote minus munita. Motis itaq; castris, Damasceni repente statua nostrorum occupant ac muniunt, nostrosq; ab aquatione & comatu prohibent. Quare cum siti famemq; laboraretur, tandem non sine contumelia obsidionem soluunt: Hierosolymam Balduinus, in Europa Lodouicus & Conradus cominutis uariis casibus exercitiibus reuertitur, m. c. lii. salutis anno. uenerat tum Romam Eugenius, excitis ad expeditionem Christianis, qui egregio apparatu & magna ciuium charitate susceptus est. Tarracina autem, Setia, Norbano ac Fumonis arce receptis, quae loca hostes ac tyranni circumquaque positi occupauerunt, Tibur recreandi animi gratia concessit. Vbi non ita multo post pontificatus sui anno vii. mense iij. die uigesimo moritur: cuius corpus Romam delatum, magna, ut decebat, pompa in basilica Petri sepelitur. Eius autem iussu & impensa extructa est porticus, uel restituta potius sanctae Mariae ad Praesepe, quemadmodum ex inscriptione apparet.

## ANASTASIUS .IIII.

elxxv. po.

**A**nastasius iij. patria Romanus, patre Benedicto, abbas antea sancti Ruffi uel Aliternae dioecesis, ex cardinali pontifex creatur, eo potissimum tempore quo Alphonsus Hispaniae rex ab expeditione Hierosolymitana rediens moritur, in eiusq; locum sufficitur Sanctius filius, cui paulo post mortuo pro Christi fide in Arabia bellum gerenti, Ferdinandus frater in regno succedit. Anastasius autem pontificatum adeptus, & calicem pulcherrimi operis magnaeq; aestimationis Lateranensi basilicae condonauit, & aedes egregias apud Pantheon, quod sanctam Mariam rotundam uocant, breui aedificauit. Plura quoque mente destinauerat, tum ad dignitatem ecclesiae, tum ad ornatum urbis Romae pertinentia, si ei aliquandiu uiuere licuisset. Fecit tamen

cum spes ex eo concepta, tum Richardi de sancto Victore doctrina, ne eius temporis ignobilia uiderentur. Richardus enim doctor insignis multa & grauius & copiose tum scripsit, praecipue uero librum de trinitate. Habuit & sermones ad populum non minus docte quam eleganter. Laboratum hoc etiam tempore in tota ferme Europa fame est, Anastasio pontifice & clam & aperte pauperibus ipsis elemosynas praebente, qui pontificatus sui anno uno, mense quarto, die quarto & uigesimo moritur, sepeliturq; in Lateranensi basilica concha porphyretica.

## HADRIANVS .IIII.

**H**adrianus quartus, natione Anglicus, Albanus episcopus & cardinalis ab Eugenio creatur, quod in Nouergiam missus, praedicando & bene monendo prouinciam illam ad Christi fidem redegerat. Mortuo deinde Anastasio pontifex creatus, tentatusq; a Romanis tum precibus, tum minis, ut consulibus liberam urbem administrationem relinqueret, id se facturum constantissime renuit. Instabat Romanus clerus ut in Lateranum proficisceret faciendae consecrationis causa, quod etiam facere recusauit, nisi prius Arnoldus Brixianus haereticus, ab Eugenio antea damnatus, ex urbe pelleretur. Hoc autem agere ferens populus, cardinale sanctae Pudentianae ad pontificem uia sacra proficiscentem, uno atque altero uulnere afficit. Hanc ob rem iratus pontifex, eos acerba etiam execratione persecutus est, quoad mutata sententia, & Arnoldum ab urbe pepulere, & consules abdicare se magistratu coegere, relicta pontifici administratione urbis libera facultate. Interim uero Guilielmus Siciliae rex, qui mortuo Rogerio successerat, Beneuentana suburbia, Ceperanum Baucumq; in Hernicis de ecclesia occupat. Ob quam rem indignatus pontifex, regem graui anathemate notat, eiusq; ditioni subiectos omni sacramento liberat, quo facilius a rege deficerent, nullo iureiurando astricti. Fredericus autem primus hoc tempore ex gente Sueua imperator creatus, Cisalpinam Galliam cum exercitu ingressus, cum Dertonam haud satis imperio obtemperantem aliquandiu obfessam, uel tandem cepisset, magnaq; celeritate Romam uersus iter statim fecit. Pontifex autem uiterbii, tum agens confirmaturus in fide ecclesiasticas ciuitates circumquaque positas, Oruatum & ciuitatem Castellanam adiit. Verum cum postremo se imparem tanto exercitui cerneret, pace per internuncios composita, in agro Sutri non imperatori sit obuiam: qui ex equo descendens, eum ut uerum Christi uicarium salutat. Cum uero ad urbem uenissent, & pontifex in basilica Petri Fredericum imperij corona donaret, populus Romanus clausis tum portis ne quid tumultus excigaretur, per Hadriani pontem uel erumpens, Teutonicos cum pontifice praeter eorum uoluntatem sentientes, passim caedit. Excitus quidem tanto tumultu imperator in tromisso exercitu, qui in pratis Neronianis coederat, Romanos ex uaticano in urbem retrudit, multis caesis captisque, pontificis tamen precibus imperator lenitus, captiuos incolumes dimittit. Verum cum postea, ut mos est, ituri simul ad Lateranum pontifex & impator essent, fierique id nequaquam tuto uideretur, Romanis ad arma spectantibus, Mallianam simul proficiscuntur: ubi transmissio flumine, per Sabinos & pontem Lucanum ad Lateranum peruenientes solennia persoluere. Dum haec autem Romae agerentur, Tiburtini ad imperatorem uenientes, se ac omnia ei sponte dedunt. Verum cum imperator intellexisset urbem illam ad pontificatum pertinere, eandem Hadriano statim restituit, neque ita diu immoratus, in Germaniam rediit. At pontifex a proceribus Apuliae rogatus, Beneuentum se contulit, maioremq; regni partem sua tantum praesentia Guilielmo abstulit. Interea uero Palaeologus uir quidem nobilitate insignis, Emanuelis secundi imperatoris Constantinopolitani nuncius & orator, Anconam primo nauigio delatus, terra deinde Beneuentum perijt, pontificisq; imperatoris nomine sponte obtulit auri libras quinque millia, fugaturumq; se ex Italia Guilielmum, si tres maritimae in Apulia urbes, ei ex foedere rebus

elxxvi. pont.

Forte Noruegi am.

benè gestis darentur. Quod ubi Guilielmus rescuisset, pontificè ad misericordiam cohortatus, pollicetur non modo se restitutum: quæ de ecclesia abstulerat, uerò ultro quædam alia condonatur, Romanosq; ecclesiæ rebelles in officio retentur, si utriusq; regni titulis tam citra q̄ ultra Pharū positū, insignior fieret. Facere id quidem pontifici nequaquam licuit, aduersantibus quibusdam cardinalibus. Hanc ob rem Guilielmus instructo exercitu Apuliam hostili animo ingressus, cum omnia ferro ac flamma consumpsisset, in Græcos & Apulos mouens, qui apud Brundisium castra posuerat, eos facile superat: unde Salentini Apulicq; omnes deditioem statim fecere. Pontifex autem cardinalibus infensus, qui obstiterant quo minus pax componeret, Guilielmum in gratiam recipit, eidemq; utriusque regni titulos ascripsit, adhibito prius sacramento, se nil deinceps molitur, quod ecclesiam Romanam offenderet. Rebus autem ex sententiâ compositis, pontifex per Cassinates, Marfos, Reatinos, Narnienses, Tudertinos iter faciens, ad Oruetum tandem peruenit, primus pontificum Romanorum, a quo ea urbs & inhabitata & cultior reddita est. Cum uero instantibus Romanis ad urbem redisset, uexareturq; a consulibus libertatem Romanam restituere conantibus, Arignamum petiit: ubi non ita multo post moritur pontificatus sui anno quarto, mense decimo, relicta magno in precio ecclesiæ Romanæ ditione. Nam & circa lacum sanctæ Christinæ multa castella muniuit, & Radicophanum quod nunc Senenses obtinent, muro & arce prope inexpugnabile reddidit. Horum autem temporum historiam scripsit satis elegantibus stylo & oratione Richardus Cluniacensis monachus, quem alij scriptores non parum laudant. Corpus autem Hadriani Romam delatum, in basilica Petri sepelitur non longe a sepulchro Eugenij pontificis.

## ALEXANDER .III.

**A**lexander tertius, patria Senensis, patre Ranucio, mortuo Hadriano, duorum & uiginti cardinalium suffragijs pontifex creatur, licet Octavianum Romanum ciuem tituli sancti Clementis presbyterum cardinalem, Victorem appellatum, tres tantum subrogauerint, unde schisma ortum est. Tum uero Alexander, ne diutius seditio illa cum perniciè ecclesiæ Romanæ protraheretur, Fredericum imperatorem Cremonam tum obsidentem, per legatos rogat, ut interposita auctoritate imperatoria seditioem tollat. Respondit ille utriusq; pontificem Papiam ire oportere, quo & ipse proficiscetur cognoscendæ disceptationis causa. At uero cum Alexander accepto tali respõso Anagninam se contulisset, Octavianus Anagninam occupat. Tū impator indignatus quod dicto suo pontifex nõ obtèperasset, episcopos ij. ad Alexandrū mittit, q̄ eum nõ pontificè, sed cardinalè appellatum, ad concilium citarent. Hi autem ab Alexandro confutati & reiecti, ad Octavianum statim se conferunt: eumq; Papiam perducunt, ut haberent quem Alexandro obijcerent. Habito deinde concilio, Fredericus Octavianum pontificem confirmat, eumq; equo albo insidentem per urbem Ticinensem ducit, & de more adorat. Qua iniuriâ Alexander permotus, præmissa admonitione Octavianum & Fredericum anathematis uinculo colligat, literasq; mittit ad Christianæ reip. principes & populos, quibus intelligant id a se iure ac merito fieri. Rediens deinde Romam Alexander pontificatus sui anno secundo, multos aduersarios in urbe inuenit, in se cornua palam erigentes, quod Frederici exercitus præter urbem ueterem & Anagninam, omnem ecclesiæ ditionem iam occupauerat. Quare Alexander adhortate etiâ Philippo Francorū rege, Tarracinam profectus, cõsensus nauigio ad eam rem mandato Guilielmi Siciliæ regis parato, in Franciâ contendit: cõuētūq; in Claro monte habito, anathema in impatorem & Octavianum factū statim enunciat. Dum hæc autem in Europa agerent, mortuo apud Hierosolymam Balduino ij., Almericus frater statim regnum

clxxvij.  
pont.

accepit, ne ob interregnum in tanta barbarie & perfidia aliquid noui exoriret. Verò compositis pro tempore rebus in Aegyptios ducens, Drogonem copias profectum edita ingenti caede, statim superat: Alexandriamq; obsidet, quam Tiracinus Soldani Saracenorū regis præfectus, in suam potestatem fraude redegerat. Alexandrinus autem cum nec diutius pati obsidionem possent, nec subijci Christianorū imperio uellent, Almerico se hac conditione commiserunt, ut in Soldani potestatem pulso Tiracino tyranno redigerentur. Almericus itaq; ingenti pecuniâ recepta, Soldano urbem restituit. Verum cum secum fraude homo ingratus ageret, nec pactam pecuniam præstaret, in eum ducens, Cares urbem, nunc Casrum appellatâ, obsidet. Fredericus autem tyrannica potestate usus, direpta Dertona & Mediolanum solo æquauit: unde translata magorum corpora Coloniam tum crediderim a Rodolpho Coloniensium archiepiscopo, & Cremonenses magnis incommodis affecti. Quare Veronenses, Vincentini, Patauini, Veneti, communi periculo moti decreuerunt, ne amplius ulla auxilia Frederico Cisalpinam uastatam præstarentur. Fredericus itaq; iracensensus, Veronam ducens oppugnandæ urbis causa, cum eo peruenisse aliarum urbium auxilia intellexisset, retrocedens, ac Papiam sese recipiens, literis & nuncijs Franciæ regem adhortatur, ut tollendi schismatis causa Alexandrū secum ad concilium ducat, quo & se unâ cum Victore profecturum pollicetur. Apud Diuonem locus est ubi Sauro fluius Gallos a Germanis diuidit. Is locus concilij est habitus, quo Fredericus rebus Italiæ pro tempore compositis, profectus cum Octauiano est, Scotiæ ac Boemiæ regibus, magnisq; armatorum copijs stipatus. Verum cum Alexander ad id se profecturum concilium recusaret, quod ipse non indixisset, Turoniq; id inchoasset, Fredericus ira ac minarum plenus in Germaniam rediens, Octavianum quem paulo post secuturus erat, in Italiâ misit: quo quidem Luca mortuo, Guido Cremensis in antipapam Octauiano subrogatur. At uero Romani creatis consulibus, Alexandro pontifici amicis, eum statim ex Francia reuocant, qui primo in Siciliam, mox Romam nauigio delatus, congratulantibus omnibus perbenigne suscipitur. Auentu autem Alexandri Cisalpinæ Galliæ populi in spem libertatis erecti, anno salutis m.c.lxv. in Fredericum sæue nimium imperantem arma sumunt, præsidiaq; eius ex arcibus quibusdam deiecerunt. Verò Fredericus comparato magno exercitu in Italiam ueniens, præter spem nulli noxius, traiecto ratibus Pado, in agrum Bononiensem descendens, copias partitur. Cohortes enim quasdam Lucam misit, quas præsidio tutus antipapa esset, qui tum Luca erat. Ipse uero cum reliquo exercitu Anconam profectus, urbem aliquandiu obsidens, in suam tandem redexit potestatem. Interim uero sociæ Cisalpinæ Galliæ ciuitates, Mediolanum restituant ac muniunt: Laudenses Mediolanensium hostes in societatem recipiunt, quo facilius Frederico resistere possent, si in eos moueret. Verum Fredericum maior cura incessit. Mortuo enim Guilielmo Normanno Siciliæ rege, Emanuel Græcus imperator legatos ad pontificem misit, qui ei pollicerentur, & magnas copias in Fredericum, & unicam mentem omnium Græcorum cum ecclesia Romana conuenientem, ut orientalis cum occidentali eadem fieret, si pateretur imperium Romanum antea diuisum, in unum corpus redigi. Legatis autem quid sit respõsum, haud satis constat, cum bellum inter Romanos, Tusculanos, atq; Albanos ortum, pontificem impediuerit, quo minus certum respõsum legatis daret. Nam cū Tusculani Albanicq; pendere Romanis tributa immoderatus imperata recusarent, incensus ira populus Romanus, reclamante pontifice, populariter in Tusculanos mouent. Tusculanorum reipublic. tum maxime gubernabat Aino comes, quem Rogerius ducatu Apuliæ deiecerat. Is itaque in re militari peritus, accessit Germanis, qui apud Nepeum Sutriumq; cõfederant, tanta Romanos clade affecti, ut deinceps uix se tueri mœnibus, nedum hostem foris lacescere potuerint. Tum uerò

Magorū  
corpora  
Coloniam  
transferebantur

Concilium  
apud Diuonem.



to Fredericus ulciscendi iniurias (ut ipse dicebat) ab Alexandro acceptas occasio-  
nem nactus, Ancona descendens, Romam mouet. Positis autem in pratis Neroni-  
anis castris, irrumperere suburbium Vaticanum conatus, a familiaribus Alexandri con-  
stantissime repellitur. Sequenti uero die basilicam Petri incendisset, si aeditui furem  
tem ac iam facem intentantem admisissent. Pontifex autem haud satis tuto in La-  
terano consistens, quod iam iam irrupturos Germanos uidebat, in aedes Fregepa-  
num ad Palladium diuerentes cofugit. Tum uero Guilielmus Siciliae rex magni  
Guilielmi filius, audito pontificis discrimine, magnam uim pecuniae & triremes  
duas paratissimas ei misit. Instabat cum populo Romano Fredericus, cui pacem  
promittebat, ut de duobus pontificibus digniorem eligeret, altero eliminato & re-  
iecto. Quae res certe cum tota ad Frederici nutum spectaret, pontifex noctu abiens  
nauigatione, salutem sibi fuga quaesuit, Caletam primo, mox Beneuentum delatus.  
Expulit & Fredericum ab urbe Roma pestis, qua passim ueluti pecora & ciues &  
milites oppetebant. Venienti autem in Cisalpinam Galliam Frederico imperato-  
ri, foederatae ciuitates cum exercitu obuiam fuerunt: quos acriter nimium instates de-  
tractato certamine studiose uitans, in Germaniam peruenit. Abeunte itaque Frede-  
rico, sociatae ciuitates Alexandriam de nomine Alexandri pontificis nuncupatam,  
apud Rouretum Taro amni adiacentem, paribus animis impensaque condunt: in eamque  
ex omnibus ciuitatibus quindecim millia hominum ad incolendum mittunt, diuisis  
agris uirum, partisque in urbe locis ad aedificandum. Romani autem acceptae  
cladis memores, abeunte Frederico Albam uicini caput ac diruunt. Idem etiam in Tu-  
sculanos fecissent, nisi pontifex eos nunc minis, nunc execrationibus a tanto facinore  
deterruisset. Misit tum etiam Emanuel imperator Constantinopolitanus alios  
oratores qui maiora pollicebantur, si pontifex in sententiam suam descendisset: quibus  
Alexander ita respondit, se nolle id in unum coniungere, quod olim de indu-  
stria maiores sui disunxissent. Moritur interim Guido Cremensis antipapa in basi-  
lica sancti Petri: quam magno Frederici praesidio adhuc obtinebat, cuius in locum  
a seditiosis quibusdam sufficitur Iohannes Sarmienensis abbas ex Pannonia, uir prius  
dem furto infamis, cuius Aino comes sibi timens ob cladem antea Romanis illatam,  
Tusculum tradidit, montem Flaconem ex pacto recepturus. Verum cum Aino a  
Flaconensibus non reciperetur, recusarentque Tusculani antipapam recipere, Tu-  
sculum rediens omnino excluditur. Inde uero ad Alexandrum qui tum Verulis erat  
abiens, ius omne suum quod in Tusculo habebat, ei condonauit. Unde Tusculani pu-  
blico etiam decreto ac consilio adhibito pontificem recipiunt, quo in loco Henrici  
Angliae regis oratores auditi sunt, regem suum purgantes, quod falso diceret in ne-  
cem beati Thomae archiepiscopi Cantuariensis coniurasse. Hanc ob rem pontifex  
cum non facile oratoribus regis crederet, in Angliam duos cardinales cum magna  
potestate mittit, qui rem ipsam diligenter inspicerent, quibus certe rex omisso hy-  
bernico bello, quo erat implicatus, honoris causa apud Normanniam occurrit: reque  
discussa ad hoc uentum est, ut Henricus iuramento adhibito, cum non satis de facto con-  
staret, sese purgauerit, promiseritque se poenitentiam pro nece sanctissimi uiri acturum:  
cuius etsi fuisset insons atque inscius, occasionem tamen praestitisse sit uisus, quod uiuente  
simultate & odio persecutus sit. Additum praeterea, ut ecclesiae milites Hierosolymam mit-  
teret, quod suis auspiciis, suaque impensa per annum contra Saracenos dimicaret: utque ipse  
triennio cum quanto posset exercitu contra barbaros bellum gereret, libertatem ecclesi-  
asticam in suo regno tueretur, appellationibus ad curiam Romanam factis non aduer-  
saret. His autem rebus iureiurando confirmatis, regni Anglici titulum in se atque in ha-  
eredes suos transferri meruit pontifice annuente. Hinc autem obseruatum est, ut  
omnes Anglici reges a Romano pontifice regni iura recognoscant. Alexander autem  
diu cum Romanis colluctatus, cum diceret se urbem eorum pace ingressurum,

nil amplius quam rem diuinam curaturum, omnia eis cura rebus secularium: cum id etiam  
non impetraret, Segniam proficiscitur: ibi auditis legatis qui ex Anglia uenerant,  
cognitisque beati Thomae miraculis, eum in numerum sanctorum refert. Fredericus  
autem in Italiam per montem Cenisium rediens, Secusam dolo captam diruit: Astensis  
fessis timore perculsos in ditionem accipit: Alexandria menses quatuor graui ob-  
sidiione premens, magnum incommodum ab erumpentibus accipit: Postea uero  
praefus longitudine laborum, in die paschatis obsidionem soluens, Papiam uenit: ubi de  
pace Italiae est actum, interposita pontificis autoritate, quam Veneti cum imperatore  
Constantinopolitano antea sentientes, libenter amplexi sunt, ob uiolatum a  
Graecis ius gentium. Henricum enim Dandalum ciuem suum, legatum ad Ema-  
nuelē missum, tam diu candentia aenea inspicere coegere, quoad oculos aciem amitte-  
ret. Interea uero Almericus Hierosolymitanus rex Cairum obsidens, quibus spe po-  
tiundae urbis non careret, tamen ingenti pecunia accepta, obsidionem soluit in Ascalo-  
nam mouens, quam paulopost reitem infecta reliquit, quod comitatibus indige-  
ret: quodque etiam milites fessos diutino & graui labore cerneret. domum autem rediens,  
cum non diu superuixisset, moriens filio Balduino regnum reliquit. Qui & si  
lepra ac quidem uehementi laborauit, regnum tamen constantissime ac prudentissime  
gubernauit. Alexander autem pontifex cum iam pacata esse omnia existimaret, Alexan-  
driae nouae urbi episcopum dedit, anno salutis nostrae millesimo centesimo septuagesimo  
quinto. Verum non ita diu post Fredericus in Italia cum magnis exercitibus de-  
scendens, omnia statim infecta reddidit. Mediolanenses tamen adiuuantibus socijs omni-  
bus, eius copias ita attriuerunt frequentibus praelijs, ut paulum abfuerit quin ipse quo-  
que imperator subfossus eius equo interficeretur. Ex Papiensibus autem & Comensibus,  
qui imperatori fauebant, multi desiderati sunt. Ipsum uero Papiensem episco-  
pum pallij & ferendae crucis dignitate priuauit pontifex, quia in partes imperato-  
ris declinauerat. Tum uero Frederici proceres arbitrati id ei accidisse, quod ecclesi-  
am dei persequeretur, palam minari se in patriam redituros, omnia tam iniqua mili-  
tia, nisi propere cum pontifice in gratiam rediret. Dum itaque pax in Italia tractaretur,  
in locum Noradini Saracenorum regis demortui, Saladinus uir fortissimus sufficit:  
qui rege Aegypti armis capto atque occiso, Aegyptum statim ac Syriam suo adiecit  
imperio. In Christianos deinde mouens, nequaquam certe tali fortuna usus est. Nam  
primo praelio apud Ascalonam, secundo ad Tiberiadem duce Balduino superat.  
Comparatis deinde copijs contra Emanuelem in Siciliam profectum, exercitum  
mouet, quem simulata fuga in angustas conualles protractum superat & capit: eaque  
conditione omittit, ut quae in Asia ceperat, statim dimitteret. Conuenerat iam Ve-  
netias Alexander componendae pacis Italiae causa, eo & Fredericus accedens, in ue-  
stibulo sancti Marci pontificis pedes exosculatur: simul deinde ad altare maius, per-  
fecti, accepta dataque salute, de foederibus pacis inter se multum diuque collo-  
cuti sunt, quae postea sequenti die ex sententia confecta est. Abiens deinde imperator cum bo-  
na pontificis uenia, Rauennam primo, mox Bertonom se contulit: quod oppidum cum  
retinere ob opportunitatem loci instituisset, rogatu Alexandri ecclesiae tandem re-  
stituit. Abiens quoque Venetis Alexander cum triremibus xiiij. Guiljelmi Siculi &  
iij. Venetorum, ornato ob beneficium acceptum eorum summo magistratu insigni-  
bus quibusdam & muneribus, Sipontinum primo uentis delatus, atque inde Troiam & Be-  
neuentum, per Cassinensem saltum Anagninam se contulit: ubi non diu immoratus,  
Tusculum petens, de abrogandis COSS. agere cum Romanis cepit antequam pax con-  
poneretur. Verum quia res in I. annum protracta, tolli difficilime uideretur, pacti  
sunt, ut non prius electi a populo COSS. magistratum inirent, quam in uerba pontificis  
iurarent se ecclesiae Romanae fidelissimos fore: nihilque unquam molituros quod dignita-  
ti pontificiae obesset. Hoc itaque modo rebus compositis, pontifex tertium Romam per-

Etus, prodeunte obuiam gratulationis & honoris causa honoratissimo quoque, concilium statim in Laterano concelebrat: tum ut mores curiæ iam nimia licentiâ la befactatos cõponeret, tum uel maxime, ut decerneretur sub anathematis pœna, ne quis ferrum, ligna, armave infidelibus & a religione nostra alienis importaret. Moriens hoc fere tempore Emanuel Constantinopolitanus imperator, Alexium filium heredem imperij reliquit, Andronico Græco regia progenie tutore dato: qui aliquot annis imperiũ sapienter & summa cum fide administrauit. Eius quoque consensu Philippus Franciæ rex, Hagnerem filiam adolescenti in matrimonium locat. Balduinus item quartus huius nominis Hierosolymitanus, quo rem suam stabiliolem redderet, sororem Sibyllam Guilielmo Montisferrati Marchioni conuocato Longaspata, uiro in re militari præstantissimo, in uxorem collocat: arbitrat, si opus esset, Guilielmũ ipsum cum alijs Christianis principibus rei suæ laboranti opem statim allaturum. Interim uero Alexander post longos & assiduos labores, cum iam quieturus a tyrannicis perturbationibus uideretur, pontificatus sui anno XXI. die XIX. Romæ moritur, sublati prius e medio iij. schismaticis pontificibus, quorum seditionibus ecclesia Romana fere subuersa est.

## LVCIVS .III.

clxxvij.  
pontifex.

**L**Vcius tertius, natione Tuscus, Luca urbe, gente nobili oriundus, omnium consensu eo tempore pontificatum iniit, quo Andronicus Græcus, quem diximus Alexio pupillo tutorem datum, pulsus Latinis, qui puero fauebant, Constantinopolitanum imperium usurpauit, necato in un dis puero, dũ laxandi animi causa paruo nauigio huc illuc temere dilabitur. Præterea uero ne facinore partam tyrannidem amitteret, facinus haud paruum addidit. Nam proceres omnes quorum uirtutem suspectam habebat, breui interfecit. At uero Guilielmo Longaspata Hierosolymis mortuo, Balduinus rex nepoti consulturus, Sibyllam nouo marito collocat Guidoni Lusigniano e Piçtauorum gente oriundo, hac tamen lege, ut se mortuo Guido pro nepote Balduino quoad pueritiam supergrederetur, regnum gubernaret: illudque deinceps nepoti traderet. Agebantur hæc omnia Lucij pontificis autoritate, qui ad Christianam remp. pertinere arbitrabatur, principes Asiæ quæ maxime inter se beneuolentiâ & affinitate conexos esse, quo facilius Saracenis & Turcis in bello resisterent. Is tñ ex urbe deijcitur, dum fauentibus quibusdã ciuibus Romanis, abolere consulum nomẽ annitit. Fautoribus eius in urbe deprehensis effossi oculi sunt. Accepta autem tam insigni contumelia pontifex Veronam profectus, concilio habito, & Romanorum licentiã ac superbiam improbauit, & principes omnes Christianos adhortatus est, ut nostris in Asia pro fide Christi laborantibus succurreretur: maxime uero cum seditione principum nostrorum hostes freti, duce Saladino Hierosolymitanum agrum popularentur. Nam pulso Guidone Lusigniano ab administratione regni ob superbiam, Bertrãdo comite Tripolitano tutore designato, ad arma ciuilia res ipsa spectare uidebatur. Non destitit tamẽ pontifex & literis & nuncijs eos adhortari, ut positis simultatibus, una mente eodemque animo tam diu hostibus resisterent, quoad nouæ copiæ in supplementum militiæ submitterentur. Iam enim instante Heraclio patriarcha Hierosolymitano, qui primo Veronam eius rei causa ad Lucium uenerat, deinde ad Philippum Franciæ regem accesserat, milites cruce signati ad tantam expeditionem mittebantur. Verũ Guilielmus Siciliæ rex, iniquo tempore iniurias Latinis ab Andronico Constantinopolitano imperatore illatas ulturus, cum armato exercitu in Græciã trañciens, oia perturbauit. Nam & Thessalonicam Macedoniæ urbẽ uic cepit, & multas Græciæ Thraciæque ciuitates uarijs calamitatibus affectas partim cepit, partim diripuit: nusquam occurrente Andronico, & dijs & ciuibus suis infesto, propterea quod multos occiderat, plerisque exilio dānauerat, Hac uero necessitate impulsus & coacti

Constantinopolitani ciues Isaac quendam regia progenie ortum, e Peloponneso ad imperium uocant: qui Andronicum prælio superatum & captum, uarijs cruciatibus interfecit. Quo sublato, Lucio pontifici haud difficile fuisse, Guilielmũ regem pace cum Isaac composita, impellere pollicitationibus & præmijs ut in Asiam trañceret. Verum dum ob hanc rem nuncijs ultro citroque mitteretur, Lucius uir optimus pontificatus sui anno quarto, mense secundo, die decimo octauo Veronæ moritur: sepeliturque magna adhibita pompa ante altare cathedralis basilicæ. Hic autem pontifex non immemor patriæ suæ, eam multis muneribus, tñ diuinis, tum humanis ante mortem ornauit. Ab imperatore em Frederico quo cum in pace uixit, obtinuit ne Hetrusci alia quæ moneta Lucensium uterentur, quemadmodum Lõgoardi solam Papiensem admitterent signatam imperatoria nota. Nam cisalpinos iam antea pontifex imperatori conciliauerat. Scribit Ptolomes Lucensis & Petrum Comestorem, qui historiam utriusque testamẽti cõscripsit, & Ioachimũ abbatem in Calabria apud monasterium Floris ab eo cõditum, in precio tum fuisse, doctrina & diuinandi arte, quam sub ambagibus quibusdam præ se ferebat.

## VRBANVS .III.

clxxx.  
pontifex.

**U**Rbanus tertius, patria mediolanensis, patre Iohanne, e gente Cribella, pontificatum iniens, reuocare ad concordiam Christianos principes primo annis xus est, ne dissidentes a barbaris opprimerentur. Verum mortuo Balduino quarto lepra laborante, non potuit tripolitanus comes, tutor Balduini quinto designatus, curam eius suscipere, Sibylla pueri matre Guidoneque Lusigniano prohibentibus. Non superuixit diu puer: octauo em mense post patrẽ moritur, cuius mortẽ tam diu occultauit mater, donec largitionibus ac blanditijs in sententiam sui ipsius deducto patriarcha & proceribus, Guidonem creari regem obtinuit. Tulit eam quidem rem grauitate & iniquo animo Raymsidus tripolitanus comes, atque quo ei facilius ulcisci iniurias suas liceret, inducias cum Saladino paciscitur. Hoc itaque modo Tripolis & Tiberiadis & Galilææ principatus a Christianis auulsus est. Raymundo enim comiti tum parebant ob uxorem quam nuper duxerat: & ne quid Saladino deesset, occasionem belli gerendi enixe quarenti, Montis regalis Christianus princeps, qui ultra Iordanem longe ac late imperitans, annonam & quidẽ abundantem Hierosolymis perpetuo subministrabat, inducias temere uiolauit. Hac ob rem Saladinus uenisse tempus ratus, quod maxime expetebat, comparato ingenti pedum atque equitum exercitu, ad Ptolemaidam castra ponens, cum templarijs in præsidio positis acerrime dimicat. Fuere superiores templarij, optimo tamen quoque de suis occiso. Nam & magister militiæ & plerique alij consilio ac manu prompti, eo prælio cecidere. Auxit exercitum Saladinus, & a calamitate animum sumens, templarios magis magisque urget. Hanc ob rem Raymundus haud satis Saladino credens, Tiberiadem uxore relicta, quam firmissimo præsidio muniterat, Tripolim reuersus, in gratiam cum Guidone rediens, barbarorum inducias contempsit. quare Saladinus belli gerendi occasionem nactus, Ptolemaida omissa, in Tiberiadem suo iure mouet. Instantibus itaque Christianis omnibus, maxime uero templarijs, ut exercitus in hostem duceretur, Guido rex in Saladinum mouens, qui loco irriguo & amœno castra posuerat, repulsus ab hoste, haud longe castrametatus loco iniquo & arido, sequenti die ad pugnam compellitur, ac magna clade superatur, laborantibus siti Christianis. In tam uero sinistra pugna capti fere omnes principes sunt, maxime autem Guido rex & templariorum magister: quorum de numero multi securi percussi sunt. Hac itaque uictoria potitus Saladinus, Aconem prope duxit: quam statim Christiani dederunt, cum singulis uctimẽtis abire permitti. Eadem quoque fortuna usus, Berytum, Byblum ac maritima omnia occupat, soli Ascalonitæ munitionibus fisci, responderunt, se non nisi post captam

Hierosolymam deditionem facturos. Multum certe Saladini humanitas & fides Christianis obfuit. Nemo enim (adeo se æqualem omnibus præbebat) eius imperium aspernabatur. Is itaq; A scalonam mouens, decem dierum oppugnatione eam his conditionibus in deditionem accepit, ut reddito Guidone rege & templi magistro, quos in uinculis habebat, ciuitatem deditibus incolis acciperet. Ut hæc autem deditio quamprimū fieret, Saladinus properabat, q̄ iam Tyrum peruenisse Conradum intellexerat Montisferrati marchionem, cum classe ab Isaac imperatore Constantinopolitano accepta, cuius sororem nuper in uxorem duxerat, coq; p̄uenturum breui suspicabatur Guilielmum Siciliae regem cum triremibus xl. At uero Turci cum intellexissent tanta cum gloria Christianos a Saladino superatos, æmulatione gloriæ moti, Laodiceam profecti, urbe recepta, in Antiochenū agrum descendunt: quo in loco a Christianis tanta clade superati sunt, quantā Saladinus Christianis intulerat. Oppugnabat tum Saladinus urbem Hierosolymitanam, & quidem acriter: quam tandem n̄ qui in præsidio erat, desperatis suppetiis, hac conditione dedidit octauo & octogesimo anno, posteaquam a Gothifredo capta fuerat, ut tantum abeunti cuiq; ferre liceret, quantū suis tantummodo humeris sustinere posset. Migrantium Christianorum pars Tyrum, pars Antiochiā, pars Alexandriam delata est. Inde uero multi deinceps Sicula classe in Italiam delati sunt. Saladinus autē Hierosolymam ingressus, campanas primo e turribus deiecit, mox basilicas omnes præter Salomonis templum prophanauit: quod priusquam ingrederetur, aqua rosacea lauisse ferunt. Mansere Hierosolymis Christiani Asiatici, Syriani, Armeni, Iacobitæ, Georgiani, Græci, permittente Saladino: qui relicto eo loco firmissimo præsidio, Tyrum prope ducit: quam Guilielmus publico consilio, auxilioq; defendendā acceperat. Hic itaq; Siculæ classis auxilio fretus, Saladinum ab urbe repulit. Verum cum postea constaret hominem ferocem Antiochiam oppugnandæ urbis causa profectum, Urbanus pontifex qui omnibus uiribus annexus fuerat ne Hierosolymæ caperentur, Venetias comparandæ classis gratia proficiscens, dolore animi quem ex calamitate Christianorum acceperat, Ferrariæ in itinere moritur, pontificatus sui anno primo, mense decimo, die uigesimo quinto.

## GREGORIUS VIII.

clxxx.  
pontifex.

Gregorius octauus, patria Beneuentanus, summo omnium consensu pontifex creatus, statim nuncios & literas ad principes Christianos mittit, eos cohortatus, ut uiribus oibus unā secum comparato exercitu, terra mariq; Hierosolymam ab hostibus captā recuperarent. Quo uero id liberius fieri liceret, ipse Pisas statim proficiscitur, ut composita inter Pisanos & Genuenses pace, utrūq; populū bello maritimo præpotentem, in sanctam expeditionem cōcitaret. Verum dum hæc intentiore cura uir sanctissimus agit, Pisis moritur, pontificatus sui die lyij.

## CLEMENS III.

clxxxi.  
pontifex.

Clemens tertius, patria Romanus, patre Iohanne, cognomēto Scholaris, pontificatum iniens, statim de bello in Saracenos gerēdo edictū proponit. Nam Saladinus secundā uictoriæ fortunam secutus, iam ciuitates quinque & uiginti de principatu Antiocheno ceperat: ipsamq; Antiochiam corrupto largitionibus patriarcha deniq; occupauerat. Hanc ob rem moti Christiani principes, bene admonente pontifice arma sumunt: quorum de numero præcipui fuere Fredericus imperator, Philippus Franciæ, Richardus Angliæ reges, & Otho Burgundiæ dux, subsequētib; multis episcopis archiepiscopisq;. Veneti quoq; & Pisani paratissimas eduxere classes. Venetæ præfuit archiepiscopus Rauennas, Pisanae Pisanus præsul. Guilielmus autem Siciliae rex, pacato a piratis mari, annonā omnifariam ex Sicilia & Apulia proficiscentibus subministrabat. Frisones præterea, Dani & Flandrenses cum quinquaginta triremium classe inter nauigandum ad Africæ

littora flectētes, Saracenos magnis incommodis afflixere, capta ac direpta Siluma eorum urbe. Bela autem Poloniæ rex, salutē Christianorum cōsulens, Ungariis pacem dedit, quo omnibus proficisci facilius ad tantam expeditionem liceret. Tyrum iam peruenierant omnes, indeq; paribus animis e Ptolemaida mouerant, urbemq; oppugnabant, tum superueniente cum magno exercitu Saladino, & a tergo & a fronte eodem tempore contra hostem dimicare necesse fuit. Pugnatum est diu atque acriter. & iam ad Christianos uictoria inclinabat, cū equus e manibus gregarij cuiusdam elapsus, Christianis fugiēdi inītiū fecit, arbitrantibus suos in fugam uersos. Verum Gaifredus Lusignianus ad custodiam castrorum relictus, eruptioe facta & hostes repressit, & suis animū ad resistendum dedit. Constat tñ ex Christianis ad duo millia eo die caesos fuisse. Periere item ex acceptis uulneribus templariorum magister, & Andreas Bremensis comes. Durante autem diutius obsidione, tanta fame obidentes oppressi sunt, ut etiam ab hoste annonam peterent.

Quare Saladinus bene gerendæ rei opportunitatem nactus, castra rerum omnium copia referta sine ullo custode dimisit: ad quæ diripiēda cum passim nullo seruato ordine Christiani accurrissent, Saladinus rediēs, multos incautos & nil tale opinantes opprimit. Non deseruere tamen tam grauem & diutinam obsidionē Christiani, licet ad cætera mala, dysenteria quoque in castris laboratum sit: quo quidem morbo & Sibylla Guidōis uxor, & quatuor filij, quos ex ea suscepit, in castris periere. Interim uero dum hæc in Asia agerentur, Guilielmus Siciliae rex, Panhormi moritur: cuius regnum ad ecclesiam recidebat, nullo legitimo hærede relicto: licet insulæ proceres Tancredū statim suffecere, ex Rogerio Normāno & pellice quadam genitum, hominem certe tantæ secordiæ, ut eum Guilielmus negaret ex Rogerio genitū. Repetiturus itaq; sua iura Clemens pontifex, copias eo celeriter misit: quibus dum Tancredus resistit, rapinis & cædibus omnia repleta sunt. Mouerat iam copias suas in hostes Christiani nominis Fredericus, & per Ungariam iter faciens Thraciamq; iam Cōstantinopolim peruenerat: quem certe Isaac imperator eius potentiam ueritus, trañcere Bosphorū statim adhortatus est. Transmissis itaq; copiis, Fredericus instante etiam literis & nuncijs Clemēte, & Philomenā urbem de Turcis capit: & agrum Iconio adiacentem populatur, & Armeniam minorem in potestatem suam redigit. Verum dum lauandī causa rapidum amnem inexplorato ingreditur, in undis perijt. Tum uero eius exercitus in Antiochenum agrum delatus, partim morbo, partim fuga consumptus est. Philippus autē Richardusq; reges, gallico tyrrhenoq; pelago Messanā simul delati, uariā fortuna deinceps usi sunt. Nam Philippus prospera nauigatione usus, Ptolemaidæ portum attingēs, Christianorum exercitum & animos auxit. Richardus uero tēpestare in Cyprum delatus, cum a Græcis portu prohiberetur, insulā uī ingressus, expugnatam spoliatamq; firmo suorum communiens præsidio, Ptolemaidem tandem in castra peruenit. Oppugnabatur tum acriter urbs: sed inerat ualidum Saladini præsidium: quo quidem persæpe erumpente, Christiani magna incommoda recipiebant. At uero Clemens omissis tantisper Tancredo, donec Christiani contra Saracenos dimicantes, meliorem fortunam nanciscerentur, ad componendas res ecclesiasticas animum adiecit. Nam & mores clericorum quorundam non satis probatos seueritate sua emendauit, & claustrum sancti Laurētij extra muros ædificauit, & lateraniæ des non mediocri impensa restituit: templūq; uermiculato opere ac musiuo exornauit. Moriens deinde haud ita multo post pontificatus sui anno tertio, mense quinto, in basilica lateranensi sepelitur, ducta ingenti funeris pompa.

## CAELESTINVS III.

Caelestinus tertius, patria Romanus, patre Petro, cognomēto Bubonis, pontificatum adeptus, ægreferens Tancredum regno Siciliae potiri, Constantiam

clxxxij.  
pontifex.



rege Rogerio natam, occulte e monasterio panormitano eduxit: eamq; licet deo dicatam, Henrico sexto Frederici Barbaroffæ filio, dispensatione apostolica in matrimonium collocavit: hac conditione, ut regnum Siciliae cis & ultra Pharam dotis nomine repeteret, reservato censu qui pontifici feudatario iure quotannis solveretur. Hac autem beneficentia motus Henricus, Tusculum (quod ipse firmo praesidio munerat) Caestino reddit, quod statim Romani a pontifice acceptum, adeo diripere evertereq; ut saxa demolita urbis in capitolio usq; ad multam aetatem in memoria tantae cladis servata sint. At vero Henricus & Constantia Neapolim oppugnantes, solvere obsidionem coacti sunt peste exercitum populante. Christiani autem qui biennio Ptolemaidem obsederant, tandem eam dedente praesidio receperunt, his conditionibus, ut & pars dominicae crucis, quam superius amissam diximus, a barbaris redderetur: & eisdem cum singulis uestimentis abire liceret. At vero cum dominica crux non reperiretur, multos e barbaris Richardus trucidavit. His itaq; malis perterritus Saladinus, desperansq; posse reliqua tueri, quarundam urbium moenia demolitus, de reddenda Christianis Hierosolyma cogitavit: quod certe ne faceret, discordia inter Philippum Richardumq; orta de principatu inter se contendentes, efficit. Verum abeunte ex Asia Philippo, simulato interim morbo, Richardus maiori animo rem bellicam deinceps aggreditur, eo potissimum tempore quo Conradum Monteferratum Tyri in foro agentem, sicarii duo (arabicas Saraceni vocant) gladiis confodere, devoti prius ac iurati se hostes omnes suae superstitionis ea ratione interfecturos. Hi autem postea de fuga retracti, exquisitissimis cruciatibus sunt interempti. Henricus vero Campaniae comes, Isabella regina in uxorem ducta, Tyri destinatus est. At Richardus Guidonem Lusignianum blande eum appellando, in eam sententiam tandem adduxit, ut sibi regni Hierosolymitani iura promitteret, quem titulum anglici reges adhuc usurpant. Auctus itaq; animo Richardus, obsidere Hierosolymam instituerat. Verum in itinere a Saladino extremum agmen carpente vexatus, cum iniquo loco decertare necesse esset, hostem magno suorum incommodo tandem superat. Qui postea non longe a Bethleem munitissimo loco castrametatus, intercipere commeatus instituerat, quo minus ab Aegypto ad Christianos Hierosolymam obsessuros importarentur. Ob hanc itaq; causam & ob hyemem quae iam appetebat, Richardus relicta tam necessaria obsidione, ad quam pontifex eum continuo subministratis pecunijs animabat, Ascalonam concessit: quam pariter & Gazam a Saladino antea deletas instauravit. Dilabentibus deinde passim maritimis copijs, Pisani in adriaticum delati, Polam capiunt, eo loci hybernaturi. Hanc ob rem Veneti aucta maiorem in modum sua classe, Pisanos Pola eiciunt, urbemq; diripiunt: eos quous in loco persecuturi, nisi Caestinus reip. Christianae cauens, utrunq; populum ad pacem cohortatus fuisset. Instabat iam ver, & mouere copias Hierosolymam Richardus instituerat, cum subito nunciatum est, regem Franciae Normanniam eam mente vexare, ut in Angliam transiens, regnum illud fratri Iohanni acquireret. Mutata itaq; sententia Richardus pacem cum Saladino componit his conditionibus, ut sibi omnia praeter Tyrum & Ptolemaidem haberet: reliqua autem quae in potestate Christianorum remanerent, nequaquam vexaret. Ictis hoc modo foederibus, Richardus in Europam rediens, ab hostibus capitur. Redemptus autem ingenti pecuniae vi, tandem in Angliam proficiscens, saepe cum rege Franciae decertavit, in clamaute pontifice, qui suo ac Christianorum omnium iniquo tempore tantum certamen excitasset: maxime vero, quod Saladino mortuo tum maxime recuperari Hierosolyma posset. Ferunt Saladini uiri clarissimi trophaeum hoc in funere habitum. Eius enim interior tunica lancea suspensa, ante funus deferebatur praecone clamante, Saladinum Asiae dominatorem, ex tanto regno tantisque opibus nihil aliud secum ferre. Dignum sane tanti principis spectaculum, cui nihil aliud ad summam laudem defuit, quam Christi

character. Tum vero Saladino mortuo, Caestinus in magnam recuperandae Hierosolymae spem ueniens, Henricum imperatorem qui mortuo Tacedo regnum Siciliae occupauerat, ad bellum asiaticum adhortatur: quod cum ipse obire non posset, eo Maguntinum archiepiscopum & Saxoniae ducem cum magnis copijs propere mittit. Idem quoque fecisset & Franciae rex, nisi Saraceni Mauritaniam incolentes, in ulterioremq; Hispaniam transientes, capto rege Castellae, Baeticam omnino cepissent, quae hodie Granata dicitur. Non enim quieturos barbaros Galli arbitrabantur, tanta uictoria elatos, sed illaturos bella finitimis. Hanc itaq; ob rem militem in Europa retinebant. Germani uero in Asiam transientes, & Berytum a Saracenis destitutum munire, & Ioppen obsidione pressam liberauerunt, petitori deinceps Hierosolymam, nisi Caestino tum mori contigisset pontifici sanctissimo: & qui nihil in uita praetermisit, quo terra sancta (ita enim Hierosolymas uocant) recuperaretur. In tantis autem perturbationibus rerum, tantoque sumptu bellico aedes egregias, tum apud sanctum Petrum, tum ad Lateranum aedificauit, qua recipi pontifices percommode possent. Extant adhuc in Laterano ualuae aeneae e regione sancta sanctorum suo iussu, suaque impensa fabrefactae. Praeterea uero ciuitatis nomen uerbis dedit: ecclesiamque eorum cathedralem fecit: Tuscanensem & Centumcellensem ita in eandem transferes, ut unus episcopus omnibus praeset. Moritur autem Caestinus pontificatus sui anno sexto, mense septimo, die undecimo, sepeliturque in basilica Petri, bonis omnibus praedolore & desiderio hominis lachrymantibus.

## INNOCENTIVS .III.

Innocentius tertius, patria Anagninus, patre Trasimundo e familia comitum, uir etiam ante pontificatum doctrina & moribus insignis, a Caestino in numerum cardinalium refertur: quo mortuo, in eius locum omnium consensu pontifex sufficit. Hic autem statim ubi magistratum inijt, bello asiatico animum adiciens, Germanos propter Henrici mortem in Asia tumultuantes retinere in officio literis, nuncijs, praemijs, pollicitationibus conatus est. Verum id quidem frustra tentauit. Germani enim nemini obtemperantes, relicta Asia, in Europam cum maximo Christianorum detrimento transeunt: potissimum uero Ioppensium, in quos omni ope destitutos delati Turci, Saraceniq; etiam ditionem facturos, ut captos ad unum omnes interfecere, euersa statim a fundamentis urbe. Orta & in Germania seditio non parua est, cum pars electorum Othonem Saxoniae ducem, pars Philippum Germanum Hetruriae ducem, quem Henricus tutorem filij moriens reliquerat, imperatorem optaret. Et ne quid mali ad perturbanda omnia deesset, rex Franciae, Philippo, Othoni rex Angliae fauebat. At uero Innocentius ne tumultu omnia complerentur, Othonem imperatorem confirmat, legitime ab his ad quos pertinebat, electum. Non destitit tamen Philippus ob hanc rem, & Hetruriam in Italia, & Sueuiam in Germania firmo praesidio munire. Idem fecit & Constantia Henrici uxor, quae Frederici secundi filij sui adhuc pueri Siciliae regnum cis & ultra Pharam praeter conditionem sexus, ad pulsandam uim hostium constantissime munuit. Increbescitibus itaq; hoc modo discordijs, non omittendum bellum Asiaticum Innocentius ratus, sua autoritate & Bonifacium Montisferrati Marchionem, & Balduinum Flandriae, & Henricum sancti Pauli, & Lodouicum Sabaudiae comites in Saracenos mouit. Hi autem omnes coniunctis copijs Venetias delati, non prius Venetos perpulere classem in Turcos & Saracenos armare, quam polliciti sunt omnes paribus animis laderam, quae iteque ad Ungaros defecerat, recuperaturos. Comparata itaq; classe, & Tergestinos mare infestates compefcunt, & Iaderenses post longam obsidionem capiunt. Agebant haec in sinu adriatico, cum Alexius Isaac fratrem imperatorem Constantinopolitanum, quo latini amicissimo usi sunt, imperio depulit, & captum oculis in uincula coniecit. Hac ob rem Alexius adolescens Isaac filius, ex fuga in castra perueniens, opem pro patre

clxxxij.  
pontifex.

contra tyrannum petit, quæ profecto hac conditione ei concessa est, ut & Græcam ecclesiam Romanæ subijceret; & auri marcas xxx. millia pfolueret ob damna, quæ olim Emanuel imperator Venetis Francisq; intulerat. Hoc autem modo factis seditionibus ab ladera mouentes, dum Cretam præterlabunt, eam puer Alexius in deditioem accipiens, Bonifacio Montisferrato sibi cognatione cõiuncto condonauit. Inde uero Constantinopolim profecti, dum terra mariq; urbem oppugnant, Theodorum Lascari, Alexij tyranni generum erumpere conantem, intra moenia retrudunt, urbemq; biduo continuata oppugnatione ui capiunt. Aufugerat noctu Alexius, relicto magno auri pondere apud Irenem uirginem deo dicatam. Redentes itaq; in urbem pater Isaac & filius Alexius, non diu superuixere. Pater enim morbo, filius autem ueneno petitus interiit. Interea uero Bonifacius Montisferratus regno Thessaliæ potitus, cum pecunia indigeret, suadente Balduino accepta ingenti ui auri, Cretam Venetis dedit. His autem pecunijs fretus Bonifacius, Hadrianopolim a tyranno pressam oppugnans, & Valachos olim Romanos ulteriorem Danubij ripam incolentes, & Bulgaros uicinos in se exciuit. Multitudinem itaq; hostium timens, Constantinopolim petit, Soldano Iconij iturus obuiam, qui Sathellia urbe Græca capta, maximis calamitatibus Christianos quotidie uexabat. Innocentius autem tot hostibus undiq; laceffitus, conquistum undequaq; militem continuo submittebat. Qui ubi accepit Hilminolinum maxima classe in Hispaniam traiecisse, Toletumq; oppugnare, publico edicto omnes qui ferre arma possent, ad extinguendũ tantum incendium concitauit. Conuenerat eo multi Galli opem Hispanis allaturi: qui statim in patriam redire, ubi aduentum suum Hispanis minime gratum sensere. Hanc ob rem Hilminolinus utranq; Hispaniam incredibili celeritate hostilem in modum peruagatus, Arelatum usq; & Auenionem perueniens, cædibus omnia & populationibus compleuit. Hac autem calamitate percussit quatuor Hispaniæ reges, Castellæ, Aragoniæ, Portugalliæ, & Nauarræ, copijs simul iunctis, cum Saraceno congressi, maximã uictoriam adepti, nil præter Grænatam Hilminolino reliquere. Oborta tum apud Tolosam hæresis est, quam Innocentio procurante beatus Dominicus, qui postea in sanctos relatus est, mira celeritate compescuit, adiuuante etiam Simone Monforti. Non enim disceptationibus uerborum tantum, uerum etiam armis opus fuit: adeo inoleuerat tanta hæresis. Otho interim Romanorũ imperator, ubiq; a Philippo superatus, cum in Agrippina Colonia obsideretur, eruptionemq; infeliciter tentasset, a Coloniesibus excluditur, qui statim Philippo deditioem fecere. Non diu tamen superuixit Philippus: a comite namq; palatino insidijs petitus necat. Cognita uero huius morte, Germani ducem Saxonium imperatorem deligunt, Othonem quintum appellatum: quem Innocentius sequenti anno Romæ coronauit. Veneti autem tum maxime rei maritimæ studentes, cum obire omnia publice non possent, priuatis etiam ciuibus negocium dedere, ut quas uellent insulas occuparent, modo in fide rei permanerent. Unde multi ciues insulas Ionij & Aegei occuparunt, publice tamen Corcyram, Motonium, Coronum in suam redegere potestatem. Otho uero, quem diximus ab Innocentio coronam imperij suscepisse, cõtra ius fasq; occupatis Monteflascione, Radicophano, multisq; ecclesiæ Romanæ oppidis, in regnum Neapolitanum mouens, id adolescenti Frederico secundo sublaturus, cuius obætatem curam tutores adhuc gerebant, iram pontificis in se concitauit: a quo & anathemate notatur, & imperij titulis priuatur, cum monitus ut ab iniuria discederet, parere deseruit. Hanc ob rem Boemiæ rex cum maguntino & Treuirensi archiepiscopis, Lantgrauio Turingiæ, atq; Austriæ duce suadente, Fredericum secundum Siciliæ regem, uigesimalium annorum, Romanorum imperatorem deligunt. Otho itaq; in Germaniam rediens, paternæ ditioni consulturus, Innocentio recuperandi

*Domini  
cushære  
sim apud  
Tolosam  
compescit.*

omnia quæ in Italia ceperat, facultatem dedit. Veneti autem rebellantem Cretam in fide armis continentes, anno salutis millesimo ducentesimo quarto decimo, eandem in Colonia formam redegere, missis eo ciuibus qui Cretenfes in officio continerent. Venerat tum Romam Fredericus secundus coronæ gratia: quam ubi ab Innocentio impetrare nequiuisset, in Germaniam profectus, regni Germaniæ diadema a Maguntino archiepiscopo accipiens, cum Lodouico rege Franciæ amicitia & fœderis societatem inijt: qua quidẽ amicitia Lodouicus ipse fretus, Iohanni Angliæ regi bellum statim intulit. Verum Iohanes auxilio diuino & humano usus, Angliam Hiberniamq; Romanæ ecclesiæ uectigales faciens, centum auri marcas quotannis soluturum se pollicebatur, quod postea aliquandiu seruatum est. Fredericus autem Othonem persequens, a Lodouico rege Franciæ graui bello superatum Aquisgranum cepit: ibiq; iterum Innocentij pontificis auctoritate fretus, uexillum crucis sustulit: laturus (ut ipse dicebat) opem & quamprimum Christianis contra Saracenos in Asia dimicantibus. Præterea uero ut grati animi signum aliquod præ se ferret, Fūdanum comitatum ecclesiæ Romanæ dono dedit: uel datum antea, & usurpatum deinceps, reddidit. At pontifex ubi uideret Saracenorum potetiam in Asia conuolueri, apud lateranum maximum cõcilium celebrat, cui interfuere Hierosolymitanus, Cõstantinopolitanus patriarcha, metropolitani lxx. episcopi quadringenti, duodecim abbates, priores conuentuales octingenti, Græci & Romani imperij legati: regum uero Hierusalem, Franciæ, Hispaniæ, Angliæ & Cypri oratores. Venere multa tum quidem in consultationem, nec decerni tamẽ quicquam aperte potuit, q; & Pisani & Genuenses maritimo, & Cisalpini terrestri bello inter se certabãt. Eo itaq; proficiscens tollendæ discordiæ causa pontifex, Perusii moritur pontificatus sui anno decimo octauo, mense septimo, die decimo sexto, cuius uita adeo probata fuit, ut post eius mortem nil earum rerum quæ in uita egerit, laudauerit, improbaueritq;, immutatus sit. Nam & decreta pleraq; retulit, quibus tam laicorum q; clericorum mores componerentur. Scripsit & libros de sacramento eucharistiæ, de sacramento baptismi, de infelicitate conditionis humanæ. Habuit item sermones temporibus & solennibus diebus accommodatos. Improbauit præterea abbatis loachimi libellum quendam, non sanam doctrinam præ se ferentem. Damnauit & errores Almerici hæretici, qui postea Parisiis cum sectatoribus suis exustus est: qui ad reliquos errores affirmabat ideas quæ sunt in mente diuina, & creare & creari, cum ex sententia beati Augustini in mente diuina nil nisi æternum & incommutabile sit. Dixerat præterea in charitate constituto nullum peccatum imputari. Iuere autem huius pontificis uirtutem & doctrinam beati Dominici, unde prædicatorum, & Francisci Assisiatensis sanctitas, unde Minorum ordinum originem habuit. Sunt qui scribãt & Gratianum compilatorẽ decreti, & Papiam Lombardum, qui uocabula latina in ordinem redegit, tempore Innocentij fuisse. De Papiam non ambigitur: Gratianum Alexandri tertij pontificis temporibus quidã ascribunt. Et ne existimes Innocentium opera pietatis in tanto pontificatu prætermisisse, scito eius opera & impensa hospitale sancti spiritus conditum fuisse, auctumq; ab eo magnis prouentibus: quibus & peregrini & ægroti & uulgo concepti ac orphani alerent. Ornauit & altare sancti Petri opere uermiculato, ut eius imago & literæ in fornice ipso scriptæ indicant. Vniuersis præterea urbis Romæ ecclesijs libram argenti dedit, unda calices sacrificandi gratia conficerentur. Restituit & beati Sixti ecclesiam iam uerustate collabantem. Hoc ideo factum ab eo maledici dicebant, ne omnem impensam in turrim quandam, nunc comitum appellatã cognomento, familiæ suæ transfulisse uideretur. Vt cunq; est, constat eum in quouis genere uitæ probatissimum fuisse, dignumq; qui inter sanctos pontifices censeatur.

*Hospitale  
sancti spiritus  
conditum.*

elxxxiiij.  
pontifex.

**H**onorius tertius, patria Romanus, patre Americo, omnium suffragijs pontifex creatur, ad quem Petrus imperator Constantinopolitanus cum Iole uxore ueniens, in basilica sancti Laurēti extra muros coronatur, deligiturq; statim Iohannes Columna cardinalis Romanus, qui legatus ad res Asiae componendas cum ijs copijs proficisceret, quas Innocentius ad eam rem collegerat. Peruenerant iam Aconem Christiani proceres Honorio hortante; maxime uero Andreas Ungariae rex Venetorum nauigio fretus, quibus ob tantum beneficium ius omne concessit, quod in Dalmatia dux Austriae habuerat. Andream quoq; secuti sunt & Henricus comes Niuernensis, & Gualtherus regis Franciae camerarius. Hi autem omnes inuito consilio cum Iohanne Hierosolymitano rege, Damyatam Aegypti urbem obsidere instituentes, anno salutis millesimoducentesimo ac decimo octauo, mēse Marij eo proficiscuntur. Aeliopolis haec urbs quondam appellata est, ab Aelio Pertinae ce qui eam triplici muro circumdedit, deducta Nili particula, quae urbem in insulae formam redigeret. Suburbia habebat circumquaque posita plena mercimonijs, haec primo miles diripuit. Verum cum postea flantibus zephyris Nilus in immensum creuisset, corrupta annonae, laborare inopia rerum Christiani tū coepere, praecipue autem obsidente aditus Soldano, ne quid importaretur, qui non longe a nostris castra posuerat. Hac itaq; difficultate rerum mori Christiani, in Soldani copias mouent. Is autem terrore percussus, relictis castris rerum omnium copijs relictis, nostris obsidendi urbem quam liberaturus uenerat, facultate praestitit. Cordiri us autem magni Soldani filius, Hierosolymae retinenda spem abiiciens, si Damyata Christiani potirentur, dirupto urbis muro, turrim Dauid & templum domini tantummodo integrum reliquit; nec sepulchrū Christi uiolauit, motus (ut aiunt) illorum Christianorum precibus quae ea loca incolebant. Dum nostri autem Damyata acriter oppugnant, Soldanus cū maioribus copijs rediens, inter Cairū & Damyatam castra posuit, nec unquam elici ad certamen conuicio aut maledicto potuit. Hac uero indignitate moti Galli, sine ordine in eos ruentes, magnū incommodum ab erumpentibus acceperunt. non tamen obsidio Damyatae relicta est, quae tandem mense decimo quinto a Christianis capitur: direpta, militem ingenti praeda locupletauit. Interim uero Honorius Romae & ordinem beati Dominici ipso instante confirmat, & Fredericum secundum anathemate notatum, imperij dignitate priuat, quod mortua matre Constantia, quae ipsum in officio continebat, Romam ueniens, contra ius fasq; ditionem pontificiam uexabat. Hanc igitur ob rem motus Soldanus, quod de inimicitia pontificis & imperatoris ei constabat, maiore quam nunquam antea comparauit exercitum, arbitratus Christianos nusquam apparituros, qui statim suadente Iohanne Columna cardinali Romano sumptis armis, hosti ad Nilum obuiam fiunt. Is uero timorem simulans, ne a loco in quo confederat, abirent, Nili excrescentiam expectauit, quae paulo post apertis undiq; ipsius fluminis cataractis, ita omnia inundauit, ut cubitum quouis in loco excederet. Hoc autem malo perterriti Christiani, pacem statim hac conditione iniere, ut Damyata relicta, captiuis utriusq; dimissis, reddito a barbaris crucis ligno Christianis, Aconem Tyrumq; redire liceret. Damyata itaq; in celebritate purificationis beatae uirginis a Christianis prius habitari coepta, in eiusdem natali die barbaris tum ex foedere reddita est, anno salutis millesimoducētesimo & uigesimo primo. Quo quidem anno Tartari gens Scythica, uel (ut alij uolūt) a montibus Indiae digressa, uastata Parthia, Media, Persia, Assyria, Armenia, in Sarmatas tandem peruenerunt; atque non longe a Maotidos palude concedentibus accolis sedes posuit. Christianorum autem duces cum moliri in Asia nil posse uiderent, obstantibus hostibus, cum Iohanne Columna in Italia redeunt, quos subsequutus Iohannes Hierosolymitanus rex cū Romam

Ordo Dominici confirmatur.

uenisset, per benigne magnis donatus muneribus ab Honorio suscipitur. Frederico deinde, quem diximus anathemate pontificis notatum, filiam ex Iole uxore susceptam, in matrimonium locat, eiq; ius illud condonat dotis nomine, quod sibi haereditario iure in regno Hierosolymitano competebat. Hinc est quod omnes Siciliae Neapolitanique reges, titulum Hierosolymitani regni uerbis, non etiam armis sibi uindicant. Iohannes deinde in Franciam proficiscens, meliore certe fortuna antea usus est. Nam Philippus rex Franciae moriens, ei ex testamento quadraginta millia librarum argenti, totidemq; magistro templi Hierosolymitani reliquit; quo aduinculo fretus, in Hispaniam proficiscens, ad persoluendum uotū beato Iacobo promissum, Berengariam regis Hispaniae sororem in uxorem accipit; eo praesertim anno quo Dominicus uir sanctissimus Bononiae moritur, quoq; Fredericus Henricum filium decennem adhuc, Alemanniae regem promulgat. Honorius autem satis a rebus externis quietus, & ecclesiam sancti Laurentii extra muros, & basilicam Sanctae sanctorum, & ecclesiam sanctae Viuianae restituit. Aedes praeterea Casae Marij aedificauit; semifornicem & Cyborium beati Petri miris operis exornauit. Decretales quoque epistolas compilauit. Ordinem beati Francisci comprobauit, quem biennio post Gregorius in catalogum sanctorum retulit. Hoc autem modo Honorius bene ac beate uitam ducens, ut bonum pastorem decebat, anno pontificatus sui decimo, mense septimo, die decimotertio moritur, sepe licetq; in basilica sanctae Mariae maioris ad Praesepe. Post cuius mortem tantae terrae motus repente exorti sunt, ut in montibus Saluis ad quinque millia hominum perisse constat, cadentibus domibus, saxisque ex cacuminibus montium in habitatas conualles passim ruentibus.

## GREGORIUS .IX.

elxxxv.

**G**regorius nonus, natione Hernicus, patria Anagninus, e familia comitum, Innocentij tertij nepos, apud Septizodium pontifex creatus, Fredericum statim monuit sub anathematis poena, ut primo quoque tempore in Asiam cum exercitu proficisceret recuperandae Hierosolymae causa. Promisit quidem Fredericus se id facturum; atque omnibus cruce signatis mandauit, ut Brundisij ad certam diem cum armis adessent. Venerat eo magna multitudo, praecipue uero e Germania Lantgrauus Hassiae, qui Brundisij una cum magna parte militum moritur, dum Fredericus aegritudinem simulans, in Sicilia se continet. Haec autem fraus ita aperte deprehensa est, ut constat ipsum Fredericum cognita Lantgrauij morte, eo celeriter ad nauigasse, omnemq; eius suppellectilem diripiisse; non destitit tamen fingere sibi in animo esse in Asiam transire. Eo enim post rapinam nauigationem dixerit, omnibus qui tum aderant subsequi iussis, licet non ita multo post (ut ipse dicebat) procellis agitatus, Brundisium redierit. Hac autem fama percitus Iohannes rex Hierosolymitanus, cum Berengaria uxore pontifici rem gratam facturus Bononiam uenit, Venetorum nauigio in Asiam traiecturus. Verum pontifex cognita Frederici fraude, ne Iohanni re infecta abire liceret, eum & hexarchatus Rauennatis gubernatorem instituit; & Honorij tertij sententiam in Fredericum latam, confirmauit. Grauioraq; in eum molitus fuisset, ni Maurorum impetum reformidasset classe tum potentium, quos tandem Ferdinandus Aragonum rex tanta clade superauit, ut breui Maiorica insula una ex Balearibus, & Valentia urbe potitus sit, pulsus Saracenis, incolas locorum suscipere Christianos citus impulerit. Nauigauit tandem Fredericus amicorum precibus & minis pontificis fessus, in Cyprum usque, ut Christianis in Asia bellantibus, quos saepe deceperat, aliquam spem daret. At uero dum inde Soldani uires explorat, Rainaldus eius praefectus, quem in Sicilia dimiserat, in pontificem mouens, multa Picentini agri oppida occupat. Erat tū Perusij pontifex Assisiu petiturus, ut quae de Fran-

pont.



cisco uiro sanctissimo miracula auderat, praesens cognosceret. Quam ob rem eum re (quemadmodum auderat) comperta, in sanctorum numerum statim retulit, magno Christianorum conuentu ob eam rem habito. Dum haec a pontifice ageretur, alter Frederici satellites Fulgineum per factionem occupat: unde paulopost armis bene cum ecclesia dei sententiam depellitur. Instabat literis ac nuncijs Fredericus Anconem iam profectus, ut a pontifice absolueretur, quod diceret se deinceps in eius potestate futurum. Verum pontifex cognita hominis fraude, & Christianos milites in Asia dimicantes admonet, ut sibi a Frederici insidijs caueant, aliquid noui semper machinatis in hominum perniciem: & Iohannem Hierosolymitanum regem comparato exercitu in Rainaldum mittit, Picenum agrum rapinis & incendijs uexantem. Alijs uero copijs, quibus cardinalem Columnam praefecerat, e sancto Germano praefectum Frederici deiciens cum Saracenis mercede conductis, omnia ab eo saltu Cepuam usque pertinentia, in deditioem breui recepit. Hac autem calamitate moti, qui in Umbria & Picenibus Frederici nomine militabant, relictis quae occupauerant, in regnum trepide redeunt. Interim uero Fredericus Brundisium rediens, pacis admodum cupidus, ulro pontificem rogat, ut in gratia recipiat, impatorque appelletur, ac pro regno Siciliae uerus ecclesiae feudatarius. Quod quidem non prius impetrauit, quam uncias auri centum & uiginti millia ecclesiae Romanae ob illata damna persoluisset, ipseque pro ea re supplicatum ad pontificem Anagninam uenisset. Cum autem Gregorius ad omnia intentus (ut bonum pastorem decebat) Perusinarum res ab exulibus perturbatas, eo profectus componere studiosus esset, statim Romae tanta seditio orta est & haereticis, quanta nunquam antea, Hannibale ex gente hannibala cum quibusdam sacerdotibus male sentiente, quo quidem autore populus Romanus usus, in ecclesiam dei coniurauerat, sed hunc diuina ultio cito compescuit. Nam & Tiberis supra modum inundans, multa damna mortalibus intulit: & tanta peste laboratum est, ut decimus quisque uix superfuerit. Pontifex tamen mira clementia usus, Romam ueniens, populo Romano ignouit, pulso e senatorio ordine Hannibale, conuictis de haereticis sacerdotibus errorem falsis, ac sanioerem opinionem subire iussis. Ad ornandam uero urbem deinde conuersus, & ueteres cloacas eliminatas restituit, & nouas extruxit, urbis dignitati & ualitudini uno tempore consulens. Ab urbe deinde abiens ualitudinis gratia, & Reate (ut quidam uolunt) beatum Dominicum principem ordinis praedicatorum, & Spoleti Antonium Vlyxibona oriundum, Patauij mortuum, secundum a Francisco ordinis Minorum autorem, in sanctos retulit. Anagninam deinde rediens, omnia circumquaque posita muniuit, Romanorum contumaciam ueritus: quorum senator more ueterum legem rogauerat, populusque sciauerat, ut omnia oppida circa urbem posita Romanis uectigal penderent: non est tamen ueritus pontifex dissuadentibus cardinalibus Romam proficisci, quo Romanos ad sanitatem reduceret, tum monendo, tum castigando. Verum cum nihil proficeret, Reate se contulit, quo & Fredericus imperator. Collocuti simul de rebus agendis, in hanc statim sententiam uenere, ut primo quoque tempore Romanos coniunctis copijs adorirentur. Decepit tum quidem pontificem, ut antea semper, Fredericus. Namque in Germaniam abiens, militibus suis mandauit, ut Romanis rebus in omnibus obtemperarent. Hac itaque perfidia pontifex motus, Germanis militibus ad castra sua confugientibus magnum proposuit praemium, qua re tanta multitudo confluit, ut postea Romani aperto Marte cum ecclesiae copijs congregari nusquam sint ausi. Recupato igitur & patrimonio sancti Petri & agro Sabino, spretisque Soldani legatis, qui suppliciter pacem petebant, multos ex Fracisci & Dominici fratribus per Europam misit, qui praedicatione Christianos ad arma contra Saracenos concitarent: quorum opera tanta multitudo militum breui comparata est, quanta

\*elimatas

Pontifex  
ab impe-  
ratore de-  
cepens.

nunquam antea. Interim uero dum tanto exercitui dux idoneus quaereretur, Elisabeth regis Ungariae filiam, mulierem optimam, ac miraculis claram pontifex in sanctas retulit. Theobaldus autem Navarrae rex, & Aimiricus Montisfortis, Henricus cusque Bari ac Campaniae comes, iter per Germaniam & Ungariam cum magnis copijs facientes, Constantinopolim primo, mox traiecto Bosphoro Ptolemaidam peruenere, longe ac late omnia populantes. Verum non ita mulo post superueniente magna hostium multitudine, cum se caedendo biduo defendissent, cum optimo quoque milite cadunt. Atque hoc modo expeditio magno conatu inchoata, breui recidit imperitia ducum. Pontifex autem tantam calamitatem agere ferens, Romam persuadentibus Romanis & obsecrantibus redire instituerat, faciendarum supplicationum causa ad placandam dei iram, si quam ex peccatis hominum coeperat. Quo minus autem id faceret, uetitus a Petro Fregepane, qui partes imperatoris sequebatur, Perusia Viterbium se contulit, iturus contra imperatorem armato milite: quem intellexerat transpadanam Italiam iam tum attigisse, ac contra ius socijs socias ciuitates oppugnare iam fessas calamitate, alia super aliam ab Ecelino Patauino tyranno accepta. Ecelinus enim cognomento Romano, cuius auus Theutonicus sub Othone tertio in Italia ordines duxerat, copias a Frederico secundo accipiens, magnam tyrannidem in transpadana Italia sibi comparauit, redactis in potestatem suam Taruisio, Patauio, Vincetia, Verona, Brixia. Fredericus itaque auctore nequaquam obseruans, Mediolanenses & socias ciuitates apud nouam Curtem (ita enim locus ubi pugnatum est appellabatur) in genti clade superatos trucidat. Hanc ob rem pontifex omnia deinceps spe rei bene gerendae, ob illatum socijs incommodum, redire ad urbem instituit, Iohanne Cincio urbis senatore contradicente: cuius audaciam Iacobus Cappocius Romanus ciuis infringens, pontificem magnifice ac splendide suscepit. Hic est ille Iacobus, cuius nomen adhuc legitur in tabernaculo opere musiuo sua impensa extructo in sancta Maria ad Praesepe, qua in basilica Petrus quoque Cappocius sepultus est sanctae Romanae ecclesiae cardinalis, qui Fredericum imperatorem schismaticum persecutus est, quique & hospitale sancti Antonij non longe ab eadem basilica, & Perusij gymnasium (quod Sapientiam uocant) sua impensa extruxit. Gregorius autem pacata urbe, & Fredericum iterum anathemate notat, ac imperio priuat, & legatos Genuensium ac Venetorum iam ad arma spectantium, componendae rei causa ad se uocat: hisque rationibus inter utrumque populum foedera componit, ne alter sine altero cum imperatore Constantinopolitano foedus ineat, utque bella gerenda utrique communia essent, & signa utriusque uicissim ferrent. Illis autem qui foedera haec in nouum ita annum rupissent, interdictum sibi a sacris anathematis uinculo scirent. Balduinus autem qui mortuo Iohanne, biennio Constantinopolitanum tenuerat imperium, cum aegre se ab hostibus inopia aerarij tutaretur, & filium pignori mercatoribus Venetis ob aes mutuo acceptum dedit: & ex aedibus sacris ablatum plumbum, ac item lanceam illam spongiamque, qua Christus saluator noster hinc potus est, hinc uulnus accepit, Venetis pecuniosis uendidit. Fredericus autem Venetis admodum infensus, quod Gregorij partes tuerentur, eos tum paludibus conclusos uehementer oppressit, ac maximis calamitatibus afflixit. Interim uero conspirantibus omnibus transpadanis ciuitatibus, duce Gregorio Montelongo, Bononiensis ciuitatis legato, Ferraria, quae ab ecclesia Romana ad imperatorem defecerat, capitur, Salinguerra uiro fortissimo eam acerrime aliquandiu defendente. Capta autem, Azoni Estensi, qui bello interfuerat, ecclesiae nomine gubernanda committitur, salutis nostrae anno millesimo ducentesimo ac quadragesimo. At uero imperator qui tum Pisis erat, cum non satis sibi constaret, qui partes suas, quae pontificis sequerentur, ciuitates Italiae in duas factiones tum primu diuisit, Nam qui poti

Elisabet  
regis Vngariae fi-  
lia.

*Guelphi & Gibelini.* **G**uelphi & Gibelini, q̄ vero imperatori, Gibellini appellati sunt. Hæc quidē terribilium factionum nomina, ad perniciem humani generis inuēta, primum apud Pistorienses audita sunt, cum cancellarij Panzaticos Gibellinos ab urbe eiecissent, cumq̄ alteri factioni Guelph, alteri Gibel Theutonici fratres fauerent, unde tātæ perniciē nomina indita sunt. Florentini præterea nobiles suos Pisanis Gibellinarum partium fauentes, in exilium eiciunt. Pellunt & Guelphos uicissim ab urbe sua Aretini & Senenses, quorum exēpla multæ ciuitates Italiæ secutæ, bella plusquam ciuilia inter se cōmiserunt. Hinc multæ ciuitates a pontifice descuerunt, tum in Umbria, tum in Hetruria, præcipue autem Viterbienses. Descissent etiā Romani ciues, nisi pontifex delatis per urbem supplicando apostolorū capitibus, populū ad cōmiserationem mouisset, habita etiā in basilica sancti Petri oratione dignissimæ, qua tumultuantes ita in sententiā suam traxit, ut eos impulerit pro ecclesia dei crucem & arma suscipere. Hi postea uenientem hostili agmine ad urbis mœnia Fredericum armis submouere, qui indignabundus captiuum quēq̄ uarijs cruciatibus necans, in Samnium concessit: Beneuentum uero captum diripuit: ac mœnia circumquaq̄ euertit. Iterum autem ad urbem rediēs uia latina hostili animo Cassinense monasterium spoliat, eiectis inde monachis. Soramq̄ quondam Samnitium ciuitatem, ad Liris fluij caput sitam, ferro flammæq̄ uastat. Templariorū bona ubiq̄ diripit. Saracenos uero adeo dilexit, ut eorū opera præ cæteris in bello uteretur, magistratusq̄ eis ac propriam urbem concesserit, quæ nostris quoq̄ temporibus Nuceria Saracenorum uocatur. Fratrem præterea regis Tunisi, Panhormi baptismum petentem, ne id faceret, uerbis deterruit. Rauēnam autem repentinō incursum petitam, in potestatem suam redegit. Hanc ob rem Gregorius concilium apud Lateranum indixit, in quo de abrogando Frederico ratio haberetur. Verum Fredericus terra mariq̄ uias præclusit, & quosdam cardinales ac prælatos de uia & nauigatione captos, adiuuantibus Pisanis in carcerem cōiecit. Qua ex re tātū dolorem Gregorius cepit, ut non diu superuixerit. Moritur enim pontificatus sui anno quartodecimo, mense tertio, cum paulo ante solis eclipsis tanta apparuisset, quāta nunquam antea. Raymundum autem Barchinonēsem, quo adiutore in compilando libro decretalium Gregorius usus est, ita quidam tum laudant, ut maiori commendatione laudari nemo possit.

## CAELESTINVS .IIII.

*elxxxvi. pont.* **C**ælestinus quartus, patria Mediolanēsis, e familia Castilionum, episcopus Sabinus, uita & doctrina insignis, senex admodum & ualitudinarius in locum Gregorij susceptus, decimo octauo pontificatus sui die moriens, in basilica Petri sepelitur, magno sui desiderio relicto, quod homines sperabant se eius pontificatu felices futuros. Vacat tum sedes uno & uiginti mensibus. Censuere enim quātum autoritate in ecclesia dei ualebant, neminem in pontificem eligendum esse, donec cardinales a Frederico in carcere detinerentur. Interim uero sede uacante, Fredericus agrum Picenum percurrens in Flaminiam usque, Faentiam & Bononiam aliquantulum resistentem ui occupat, scholamq̄ Bononiensem, quibus admodū infensus erat, tum primū Patauū transfert. Omnes præterea quos fautores ecclesiæ intellexerat, uarijs calamitatibus afficit. Balduinus autem Constanti-nopolitanus imperator, omiſsa spe omni bene gerendæ rei in Asia, cum Raymundo Tolosano comite in Italiam ueniens, tantum precibus ualuit & autoritate apud Fredericum, qui tum Parmæ erat, ut cardinales captiuos aliosq̄ ecclesiasticos incolumes dimitteret. Qui non ita multo post Anagninæ conuentu habito, de creando nouo pontifice rationem habuere.

## INNOCENTIUS .IIII.

*elxxxvii. pont.* **I**nnoctius quartus, Synebalus antea uocatus, patria Genuēsis, familia Flisca,

e Lauanæ comitibus, Anagninæ pontifex creatur, quo nuncio Fredericus imperator nō admodum delectatus est. Norat enim hominis uirtutem magnitudinemq̄ animi. Antea nanq̄ simul familiariter aliquandiu uixerant, & ob eam rem uerebatur, ne a se antea uitæ rationem exposceret. Quare congratulantibus amicis dixisse ferunt, Synebalum cardinalem ex amico optimo in hostem acerrimum ob pontificatum mutatum esse. Innocentius autem pontificium habitum indutus, Romam ueniens, prodeunte obuiam honorato quoq̄ magno omnium applausu suscipitur: qui statim peractis quæ de more in consecrandis coronandisq̄ pontificibus fieri consueuerunt, de pace cum Frederico in eūda mentionem facit, Balduino ad rem conficiendam autoritatem suam interponente. In longum uero protracta res, quatuor mensium tempus insumpsit, conuentumq̄ inter eos tandem, ut pontifex ciuitatem Castellanam petens, eo loci imperatorem opperiret, secum de componendis rebus sermonem habiturum. Verum cum Innocentius paratas sibi a Frederico insidias, tum Romæ, tum in itinere certo indice comperisset, Genuensium nauigio fretus, quod apud Centumcellas in portu confederat, in Franciam proficiscens, secunda nauigatione usus, Lugdunum peruenit, ab omnibus benigne & comiter susceptus. Concilio deinde eo loci indicto, anno salutis millesimo ducentesimo quadagesimosexto, literis, nuncijs, præcone postremo imperatorem ad se citat, proposita pœna nisi dicto obtemperet. Imperator autem Sinuessanum quendam iureconsultum eo mittens, nihil aliud præter dilationem temporis a pontifice petens, iturū se breuē pollicetur. Datum est tempus quo id fieri deberet. Verum cum Fredericus fallendi arte callidus, occasionem calumniandi & opprimendi Innocentij quæreretur, omniū consensu imperio & regnis priuatur. Hanc ob rem Fredericus ira incensus, ædes ac uillas cognatorum quorundam Innocentij, qui eius monitu Parma, ubi fundos habebant, Placentiam commigrauerant, dirui iussit. Inito deinde foedere cum duce Burgundiæ, proficisci Lugdunum instituit parato ingenti comitatu. Peruenerat iam quidem ad Taurinos, cum ei nunciatum est Parmenses exules, superatis ad Tarum fluium ciuibus suis, urbem ui ingressos maximam cædem edidisse. Hæc ob rem Fredericus omisso itinere quod cœperat, coruocatis ex tota Italia copijs suis, quæ ad sexaginta millia hominum fuisse constat, obsidere Parmam instituit, ad quam tuēdam magna profecto ciuitatum sociarum cum legato apostolico auxilia conuenerant. Is autem biennio constanti animo obsidionē passus, tandē erumpens, Fredericū nil tale metuentē fundit fugatq̄, eiq̄ castris rerum omnium copia refertis spoliat. In urbis enim modum castra uallo ac fossa Fredericus ipse hac mente munierat, ut direpta & euerſa Parma, in quam magnum conceperat odium, eo loci ubi statiuā habuerat, nummosq̄ conſlarat Victorinos appellatos, Victoriam urbem conderet. Sunt qui scribant Fredericum ea clade & coronam maximæ præcij, & uasa aurea magni ponderis amisisse, agrēq̄ ex tanta calamitate ad Cremonenses confugisse: quorum tamen urbem intrare nequaquam ausus est, quod multi ex Cremonensibus cum Frederico militantibus eo prælio ceciderant. At uero Innocentius ubi intellexit Fredericum tanta clade infractum animo, uoluptatibus sese dedisse, extractis amcenissimis hortis, in eisdemq̄ inſuſo cum spadonibus suis pulcherrimarum mulierum agmine, hominis sortem miseratus, omisso concilio, legatos per Franciam & alias provincias misit, qui populis suaderent militiam Christi suscipere, Lodouicumq̄ regem Franciæ sequi in Asiam trañcere properantem. id enim se facturum Lodouicus dum graui ualitudine cruciaretur, pollicitus est, & uouit. Impedire tamen hanc expeditionem non nihil uisi sunt Tartari, qui agmine bipartito Europam tum & Asiam inuaserant. Nam qui Asiam petiere, Georgianam superiorēq̄ Armeniam peruagati, Iconium usque Turcorum regiam peruenere. Alia

uero manus Batone duce Poloniam & Vngariam populati, ad mare ponticum deflexere: ubi Russiam siue Rutheniam & Gazam amplissimas regiones uastarunt. Eodem quoque tempore Grossoni gens Arabica, Soldano Babylonis impellente, templarios aggressi eos fundunt: ac Hierosolymam facile capiunt inoenibus carentem. Christianos qui tum in ea erant trucidant, Sepulchrum Christi quouis genere turpitudinis foedant. Hanc ob rem motus Innocentius, Lodouicum regem accelerare iter in Asiam cohortatur cum eo exercitu, quem ad eam comparauerat. In Cypro hyemare ei necesse fuit, quia eo iniquo anni tempore peruenerat. Vere autem appetente, Damyatam contendens, & classem Soldani repulit, & pugnantes in litore terrestres hostium copias superat, ibique statua tamdiu habuit, donec ab Italia reliqua copia subsequerentur. Quo minus autem ex Italia eo miles proficisceretur, Frederici rabies effecit, qui a libidinibus quibus aliquadiu immerfus fuerat, ad arma conuersus, totam prouinciam tumultu compleuerat, impuleratque quasdam ciuitates studio partium a pontifice desciscere, maxime uero Foroliuenses, Ariminenses, Urbinates, ac totum Picenum. In Umbria praeterea defecerant omnes praeter Tudertinos, Perusinos, Assisates. Soli autem Florentini in Hetruria pontificem sequebantur, quos certe adeo bello Fredericus uexauit, ut tandem eos coegerit Guelphos conciuces suos ab urbe pellere. Bononienses uero cum Henrico Frederici praefecto pugnare ausi, hominem uincunt & obruncant. Sunt autem qui scribant Fredericum hoc tempore, dum in Siciliam traiecit, Panhormi mortuum. Alij uero affirmant cum in Apulia graui morbo laborasse, & iam conualescentem a Manfredi filio adolescente ex nobili concubina suscepto, compresso uero ore, mori coactum. Illud certe constat, Fredericum paulo ante mortem Manfredi quem Tarantinis principem dederat, multa etiam oppida, praeter ipsum principatum dedisse: Conradum uero ex Iole Iohannis Hierosolymitani regis filia susceptum, haereditem rebus omnium reliquisse, quem postea Manfredi opera ueneno peritum constat, cum tamen prius Neapolim & Aquinum uero captum diripiisset, obstante pontifice, & frustra reclamante: qui pacem Italiae ea mente quaerebat, ut ei transmittere militem Italum ad Lodouicum iam Damyatam oppugnantem liceret. Verum capta Damyata, cum Robertus Pictauiensis comes nouas ex Gallia copias traiecisset, Damyata mouens, ad Pharamiam urbem exercitum mouet, quo Soldanus cum magnis copijs id ueritus iam peruenerat. Fluuius certe duos exercitus dirimebat, qua ex re factum est, ut nunquam collatis signis ad summam dimicationem uentum sit. Leuia interdum committebantur praelia, utroque exercitu castra sua tuente. Robertus tamen maiora ausus, cum temere progederetur, ab hostibus capitur. At uero Innocentius incendijs bellorum iam pene in Italia extinctis, ad urbem redire instituit, redacto tamen prius in sanctorum numerum Hedimundo confessore Cantuariensi episcopo. Cum uero Perusiam iam peruenisset, Romam consulto declinans ob senatoriam potestatem, quae nimia ei ac curiae Romanae uidebatur, Petrum Veronensem ordinis praedicatorum, ab haereticis Mediolanum & Comum inter caesum, in sanctos Christi martyres retulit. Idem fecit de sancto Stanislao Cracouiensi episcopo, qui in uita miraculis claruit. Accersitus deinde a proceribus regni Siculi, Neapolim nuper instauratam statim proficiscitur: ibique moritur, ac sepelitur, in ecclesia sancti Laurentij, pontificatus sui anno undecimo, mense sexto, die duodecimo, dum breui se toto regno potiturum arbitratur. Ipsi autem Innocentij uiri optimi decretum fuit, ut octaua natiuitatis beatae Mariae uirginis in ecclesia dei quotannis celebraret. Idem uero bono consilio usus, cardinalium sedes iam pridem uacuas optimo quoque in collegium cooptato repleuit, statuitque ut cardinales equo in publicum uecti, galero rubro uterentur, honestandi ordinis causa. Multa quoque uir doctissimus in tanto rerum fastigio collocatus, edidit & compilauit, Apparatus namque decretalium come-

Cardinales rubro galero utuntur.

posuit, quo ipsi canonistae plurimum utuntur. Continent enim disputationes quasdam, quae rem ipsam mirifice aperiunt. Edidit & alium in concilijs approbatum, quem Hostiensis in summa sua Authentica uocat. Scripsit & librum de iurisdictione imperij & auctoritate pontificis, contra Petrum quendam cognomento Vincam, qui imperij & aliarum rerum omnium arbitrium imperatori tantum ascribebat. Hunc librum postea Innocentius apologeticum uocauit. Doctorum quoque uirosum familiaritate mirifice delectatus est: quos etiam ad dignitatis gradum euexit. Hugonem enim uita & doctrina insignem, sanctae Sabinae cardinalem promulgauit, qui ob dignitatem acceptam a priore uita nusquam deceffit. ordinis sancti Dominici prius habebatur. Scripsit idem Hugo & glossas in Bibliam & concordantias, ut istorum uocabulo utar. Huius quoque pontificis tempore & mandato, Alexander ordinis Minorum frater, qui iam gradus natu religionem ingressus fuerat, summam in theologiam scripsit admodum copiosam. Edidit & libros suo tempore in decretales, quos apparatus uocarunt, Bernardus Parmensis, & Compostellanus uiri doctissimi, ad hanc laudem diligentia & benignitate Innocentij excitati. Pontificis uero nepos Guilielmus, patruum non multo post sequitur, cuius quidem sepulchrum in sancto Laurentio extra muros adhuc cernitur.

## ALEXANDER .IIII.

Alexander quartus, natione Campanus (nam Hernicos olim, nunc Campanos uocant) patria Anagninus, in locum Innocentij successus, Manfredum statim admonet, ne quicquam contra dignitatem ecclesiae moliat, qui accersitis a Nuceria Saracenis, copias ecclesiae nil tale metuens apud Fossam aggressus, partim occidit, partim cepit, iam pridem animos regios gerens mortuo (ut ipse fingebat) Coradino, cuius se haereditem merito futurum dicebat. Christiani autem quos diximus ad Pharamiam castra habuisse, peste ac fame laborare ceperunt, parte Nilii ab hostibus occupata, per quam comitatus in castra uehebantur. Eo enim Hierosolymitanus patriarcha cum multis nauigijs profectus, ab hostibus capitur. Hanc ob rem Lodouicus ne fame opprimeretur, Damyatam repetens, in maximas incidit hostium copias, a quibus bello superatus, cum Alphonso Pictauiensi & Andegauensi comite fratribus germanis capitur. Verum interfecto a suis post tantam uictoriam Soldano, alter qui ei successus est, recuperata Damyata & accepta pecunia, Christianos omnes liberos & incolumes Ptolemaidam perduxit. Lodouicus autem rex suadente Alexandro pontifice, remissis in patriam fratribus, tandem in Asia commoratus est, quoad Caesarea, Ioppe & Sidon, quae oppida Christiani de Saracenis nuper receperant, instaurata praesidijs firmarentur. Tum demum uero sexto expeditionis suae anno in patriam reuertitur. Interea quidem Alexander pontifex excommunicato Manfredi profectus, Octavianum Vboldinae gente ortum, ecclesiae Romanae cardinalem, Neapolim mittit, quae Neapolitanos contra Manfredum in fide confirmaret, pollicitus se breui Campanis omnibus ac Neapolitanis auxilium allaturum. Sed Manfredus non contentus Neapolitanos uexare, in Hetruria quoque factiones mouet: maxime uero Florentiae, quae mortuo Frederico, statim in libertatem sese uendicauerat. Vnde communi decreto placuit Guelphos sub Frederico eiectiones in patriam reducere, qui Gibellinorum conatibus resisterent. Hac itaque ratione Guelpha factio tantum in Hetruria ualuit, ut Pistorienses, Arretinos, Pisanos, Senenses, qui Guelphos ciues suos eiecerant, graui odio & maximis bellis persequerentur: Lucenses contra Pisanos potissimum adiuuantes, quos certe Florentini tum oppressissent superatos ad Arsetim fluuium, nisi Bonitij oppidi suspectam fidem habuissent. Erat enim Bonitium in ualle Helsae situm, a Senis duodecim millibus passuum distans, loco, natura & arte munitum: quo quidem Gibellini ut arce belli in Guelphos utebantur; hoc uero sublato & euerfo, Florentini

elxxxij. pont.



contra quos Manfredus fenserat, Alexandro pōtifici Manfredi aduersario copias pollicentur. Hanc ob rem Manfredus iam Panhormi rex declaratus, conducto Saraceno milite, & legatum apostolicum magnis cladibus attriuit, & Iordanem copiarum suarum præfectum cum mille & quingentis equitibus in auxiliū Senensium cōtra Florētinos misit, q̄ nō ita multo post Florētinos ad Arbīā flumē tanta clade superant, ut relinquere urbē hostibus sint coacti. Non destitit tñ pontifex tyrānos ubiq; locorū perseq. Cū em̄ Ecelinus tyrānus, quē diximus totā fere Venetiā occupasse, Mantuam obsideret, Philippū Fontanensem archiepiscopū Rauennatē Alexander Venetiās propere misit, qui prædicata Christi cruce, comparatoq; exercitu Anselmum Ecelini ex uxore nepotem, e Patauio expulit. Hanc ob rem Ecelinus Mantuam obsidione soluens, ac Veronam concitato gradu petens, cum recuperandi Patauī spem omnino omisisset, Patauinos omnes (ad duodecim millia fuisse in castris cōstat) uarijs cruciatibus necauit. Tum uero theologi qdam ordinis Minorū perent, & partes ecclesiæ sequerentur. Idem quoque Placentini & Cremonenses fecissent, nī Obertus Pallauicinus dominatum adiuuātibus Gibellinis occupasset. In hunc uero & Ecelinum belli socium, legatus apostolicus Brixia mouēs, adiuuantibus Guelphis, apud Gambaram magnā accepta clade superatur & capitur cum episcopo Brixiano, & factionis Guelphæ optimatibus, quos oēs Ecelinus accepta prius Brixia incolumes statim dimisit, anno salutis millesimo ducētesimo quadragesimo nono. Legatus autem apostolicus ueritus ne Ecelini potētia supra modum cresceret, se iungere Obertum Pallauicinum ab Ecellino instituit. Id autem pōtiffimum per Bosum Donarium ciuem Cremonensem & domi nobilem tentat, qui Obertū impulit, proposita cū detestatione Ecelini crudelitate & saeuitia, ut omisso Ecelino, cum Mediolanensibus & Mantuanis, alijsq; socijs ciuitatibus fœdus iniret. Tum uero Ecelinus ira percitus, quod omnes propemodum in se coniurasse cernebat, comparato ad Cassanum exercitu, omnem lufubriam uastans, socias ciuitates ad bellū exiuit, a qbus non ita multo post superatus & captus, Soncini moritur: eo enim post acceptum graue uulnus delatus fuerat. Omnes itaque Cisalpinæ ciuitates libertatem mortuo tyranno consecutæ, Alexandri pontificis deinceps auspicia & monita secutæ sunt. Legatus autem apostolicus, q̄ Patauīos in libertatem uendicauerat, reliquias bellorum persecutus, Albericum Ecelini fratrem Taruīso pulsum, cū uxore & liberis obrūcat. Alexander uero pontifex sublatis tyrānis, extincto tanto incendio, repetere bellum Asiaticum instituerat: sed discordia inter Genuenses & Venetos orta effecit, ne tam pium bellum tamq; necessarium fumeretur. Ptolemaidam Tyrumq; urbes admodum diuitijs & opibus præpotentes, Christiani tum incolebant: maxime uero Genuenses, Pisani, Veneti mercatores, qui per annos iam quatuor & sexaginta, omnes fere orientis atque occidentis mercaturas eo contraxerant. Hi autem mercatores separatas habebant areas, separatos uicos, portoria propria: nec quicquam commune inter Venetos Genuēsesq; apud Ptolemaidam erat præter diuina templa. De monasterio sancti Sabæ orta contentio est, quod utraque ciuitas sibi uendicare conabatur. Componere hanc litem pontifex annixus, literas utrique dedit, quibus ostendebat sibi placere monasterium utrique ciuitati commune esse debere. Sed Genuenses cognita prius pontificis uoluntate, fretiq; beneuolentia Philippi Montisfortis urbis præfecti, excluso Veneto monasterium capiunt, & in arcem munitissimam redigunt. Hanc ob rem Veneti populariter abeuntes, inito fœdere cum Manfredo Siciliæ rege, contra Genuenses arma sumunt, eorumq; classem duarum triremium & triū ac uiginti magnarum nauium, in portu Ptolemaidæ ui irrupentes incendunt, ac monasterium sancti Sabæ eodem impetu captum euertunt. Genuenses autem hac calamitate magis

irritati quā perterriti, comparata denuo classe, apud Tyrum Venetis occurrunt, qui de industria cedentes, in Pontum delati, Selymbriam urbem de Saraceno expugnatam diripiunt. Interim uero auctis utrinque copijs, Tyrum communem belli sedem ab utroque contenditur. At pontifex ueritus, ne aliqua magna clades ex hac contentione oriretur, legatos utriusque populi ac Pisanos ad se uocat componendæ pacis causa: quæ propemodum composita erat, cum nunciatū est inter Tyrum & Ptolemaidam Pisanos ac Venetos eo bello socios, Genuenses ingenti clade superasse, uiginti quinque eorū nauibus partim captis, partim submersis, atq; uictores Ptolemaidam, uictos Tyrum rediisse. Ptolemaidæ autem omnia Genuensium aedificia diruta, omnia bona direpta fuisse, pulsosq; inde ciues omnes. Hanc cladē ita moleste tulisse dicitur pontifex, ut non prius admittere Venetorum legatos uoluerit, q̄ captiuos Genuensium incolumes dimitterent: & ne uni tm̄ incommodo pontifici mederi necesse esset, Balduinus impator Constantinopolitanus, quo stāte spes aliqua recuperandæ terræ sanctæ superat, de relinquēda Constantinopoli cogitabat. Michael em̄ Palæologus duorū Theodori Vatarī filiorū ob affinitatem ex testamento patris tutor, omni genere iniuriarū latinis persequabatur, pulso ex Achaia Guiljelmo Franco, uexatoq; Balduino & domi & foris armis ac seditionibus. Quo quidem abeunte ad tuendam oram ponticam ab hostibus uexatam, Constantinopolitanus ciues nocte concubia Palæologum in urbem admisere. Hanc ob rem Balduinus & Pantaleo patriarcha a Ponto in Europam flectentes, contentiones bellorū omiserunt. Tum uero Palæologus sublato æmulo & hoste, occisis clam pueris, imperium sibi desumit, quod post annos octo & quadraginta a Latinis in Græcos rursus translatum est. Interea uero Octauianus cardinalis Vbalduinus, re Neapolitana parum feliciter administrata, statim ad pontificē rediit: qui ubi Claram uirginem ordinis sancti Francisci Anagninæ in sanctas retulisset, Viterbiū statim proficiscitur, pacem inter Genuenses & Venetos compositurus. Qua in re diutius uexatus, eo loci tædio animi tandem moritur, & in ecclesia sancti Laurētij honorifice sepelitur, pontificatus sui anno septimo. Vacat tum sedes mensibus tribus, diebus quatuor. Huius pontificis uita ab omnibus certe mirifice laudatur. Beneficus enim & liberalis est habitus, maxime uero erga pauperes Christi, & bene de religione Christiana meritos: unde libellos quosdam contra paupertatem editos a quodam Guiljelmo de sancto amore, perpetuo edicto aboleuit. Affirmabat enim uir ille perniciosus, pauperes religioni deditos & elemosynis uiuentes, non esse in statu salutis. Combussit etiam uidente curia Romana libellum pestiferum, quo autor assererat statum gratiæ non a lege Euangelij, sed a lege spiritus procedere. Quæ opinio ex libris loachimi abbatis sumpta dicebatur. Hic autem liber a sectatoribus Euangelium æternum dicebatur. Ipse uero Alexander ubi ab externis negocijs uacuus fuit, aliquid semper quod ingenium saperet, edidit: nam & decretales epistolas compilauit, & uiris doctis ita fauit, ut eos ad cardinalatum usq; prouexerit: maxime uero Henricum cardinalem hostiensem, uirum diuini humaniq; iuris peritissimum. Usus est & magna liberalitate erga Bartholomæum Brixianum doctorem, q̄ multa in decretales edidit, quibus ex rebus præter doctrinam singularem & sanctitatem, magnam consecutus est laudem. eius quoq; opera redactum est templum testudineū, quod apud sanctam Hagnetem cernimus, ad cultum diuinum, cum antea Baccho dicatum esset, consecrationemq; altaris beatæ Constantiæ huius manus factam, literæ ipsæ indicant in uestibulo templi positæ.

## VRBANVS .IIII.

Urbanus quartus, ex Trecenti Gallica urbe oriundus, patriarcha Hierosolytanus pont. <sup>elxxix</sup> mitanus, pontifex creatus, statim e Gallia milites conuocauit, quos Manfredi inditionem ecclesiæ uexanti obijceret. Hanc ob rem Iordanis copiarum Manfredi in

Hetruria contra Guelphos dux reuocatus in regnum, Guelphis respirandi facultatem aliquantulam dedit: maxime uero Forentinis & Lucensibus, quos e medio tollere omnino Gibellini instituerant. Laboratur & eadem peste in Cispina Gallia, Vberto Pallauicino factionem Gibellinam ubique extollente, contrariamque deprimente. Tantæ etiam uersutia is fuit, ut Brixia potius sit, utraque factione id approbante, cum se omnibus pariter affuturum ostendit. Tum uero Mutinenses & Rhegienses Ferrariensium ac Bononiensium consilio usi, qui uerebantur ne Pallauicinus omnia occuparet, in partes ecclesiæ declinantes, Gibellinos ciuitatum suarum efficiunt, eorumque bona Guelphis Florentinorum exulibus condonant, quæ factio sua ubique ualidior haberetur. Fiebant hæc in Cispina Gallia, pontifice ipso omnes continuo ad pacem cohortante. Apud Constantinopolim uero Palæologum Veneti imperio deiecerant, nisi a Genuensibus socijs & amicis fuisset adiutus. Factus deinde potior Palæologus capta Manouasia, Venetis & Guilielmo Achaia principis facile resistebat. Parauerat iam legatum pontifex, qui pacem inter Venetos & Genuenses componeret, cum subito Manfredus comparatis nouis Saracenenorum copijs, agrum Picenum iam antea nutantem occupat. Pontifex itaque eundem legatum in Galliam mittit, qui Gallos crucesignatos, iam antea ea de re innotitos, maturare iter precibus & pollicitationibus impelleret: qui certe duce Guidone episcopo Antiodorensi in Italiam descendentes, superato ad Brixiam Pallauicino, nemine deinceps resistente, Viterbium usque peruenere. Unde non ita multo post accepta pontificis benedictione digressi, per Umbros & Marfos iter faciunt, Saracenos qui eo confugerant, facillime superant, & ad Lirim usque propellunt. Eodem quoque tempore Romani & si ditionem ecclesiæ nequaquam uexarent, non tamen pontificis imperio obtemperabant, magistratus in urbe suo nutu creantes. Desinentes itaque senatorem ex ciuitate Romana creare, tum primum ex exteris Brancalonem Bononiensem magni animi consilijque uirum, ad tantum magistratum magno proposito præmio acciure. Verum postea mutata sententia, hominem comprehensum in carcerem conijciunt. Hac autem iniuria Bononenses moti, Romanos quosdam captos non alia conditione dimissuros se affirmant, nisi restitutum in libertatem ciuem suum Brancalonem intellexerint. Tum uero Romani suis cauentes, non solum Brancalonem dimittunt, uerum etiam eundem in pristina dignitate restitunt; alio etiam ex omni regione urbis delecto magistratu (quem Banderosios appellabant) penes quem uita ac necis hominum arbitriū esset. Hac autem insolentia ideo uti Romanos pontifex intelligebat, quod se a Manfredi uexari armis cernerent, nec eorum conatibus posse resistere. Quare tyrannos a ceruicibus ecclesiæ aliquando reiecturus, legatos ad Lodouicum Franciæ regem mittit, qui eum adhortentur, ut primo quoque tempore Carolum prouinciæ & Andegauia comitem, consobrinum & generum suum, cum exercitu in Italiam mittat, quod sibi in anno esset Manfredi pulso, hominem regem Siciliae citra & ultra Pharus creare. Fecisset tum id quidem (adeo erat ad tantam rem ob ingratitudinem Manfredi animatus) nisi aegritudo a rebus gerendis eum abstraxisset. Quod deinceps a sequenti pontifice postea factum autumant. Sunt qui asseribant huius pontificis ætati Albertum Theutonicum ordinis Prædicatorum fratrem, quem ob amplitudinem doctrinæ Magnum appellant. Qui & omnia opera Aristotelis commentatus est, & theologiam Christianam acutissime aperuit, & de paruis naturalibus quam diligenter scripsit. Edidit & librum de coæquæuis, in quo quidem res naturales theologice, quantum fieri potest, persimiles ostenduntur. Exposuit & magnam partem Bibliæ. Euagelia ac Pauli epistolæ glossis optimis aperuit. Inchoauit etiam summam theologiam, sed non perfecit. Tantæ præterea modestiæ fuit, adeoque lectissimum appetentissimus, ut Ratisponensem episcopatum abnuerit, quem tumultu

Albertum  
magnum  
hoc tēpo  
re fuisse ait  
q̄ scribit.

& armis gubernare interdum opus erat, ut nunc etiam apud Germanos moest, quorum plerique episcopi ense & milite rem suam tutantur. Priuatus itaque Coloniae aliquandiu publice legit. Tandem uero octogesimum ætatis agens annum, eodem in loco moritur, multis discipulis qui posteritati consulerent relictis, maxime autem Thoma Aquinate: qui relicta patria insignique cognatione (originem enim e comitibus Apuliæ ducebat) Coloniam pergens, tantum profecit, ut post aliquot annos apud Parisios primum in doctrina locum teneret. Vbi & quatuor libros in sententias edidit. Scripsit & librum contra Guilielmum de sancto amore uirum perniciosum, ut antea diximus. Duos præterea libros edidit, quorum alter est de qualitate & essentijs, alter uero de principijs naturæ. Romam deinde ab Urbano accersitus, spretis dignitatibus quæ ultro ei offerebantur, totum sese lectiosum & scriptioni dedit. Nam & scholam Romæ instaurauit, & rogatu Urbani multa conscripsit, & totam fere naturalem philosophiam ac moralem commentationibus exposuit, & contra gentiles librum edidit. Declarauit & lob, catenamque auream cõtexuit. Composuit & officium de Christi corpore, quo in opere plurimæ figuræ testamēti ueteris cõtinent. Ad Urbanum pontificem redeo, quod pontificatus sui anno tertio, mense uno, die quarto Perusij moritur, in cathedralique basilica sepelitur. Vacat tum sedes mensibus quinque.

## CLEMENS .IIII.

Clemens quartus, Guido Fulcodij antea uocatus, natione Narbonensis, e uilla sancti Aegidij, merito ob sanctitatem & doctrinam pontifex creatur. Is enim iureconsultus totius Gallia sine contentione primarius, in curia regia causas integerrime agens, uxore & liberos habuit, qua mortua, primo Podiensis, deinde Narbonensis episcopus, postremo cardinalis omnium consensu creatus, solus ob integritatem & auctoritatem deligitur, qui lites inter Henricum Angliæ regem & Simonem Montisferrati comitem componeret. Postea uero pontificatum adeptus, (ut quidam tradunt) mendicantis religiosi cuiusdam habitum indutus, Perusium incognitus peruenit: eo deinceps profecti cardinales, quem etiam absentem in pontificem delegerant, hominem ipsum Viterbium honorifice perducunt. Carolus autem, quem diximus ab Urbano in regnum accitum, cum triginta triremibus Massilia soluens, Tiberi amne subuectus, Romam ingressus, tamdiu senatorium munus mandato pontificis obiuit, quoad superuenire cardinales a pontifice missi, qui hominem in Lateranensi basilica Hierusalem & Sicilia regem declararunt: hac conditione, ut Carolus sacramento adactus, quotannis feudi nomine quadraginta milia nummum aureorum ecclesiæ Romanæ persolueret: neue imperium Romanum etiam ultro oblatum acciperet. Magna enim de imperio contentio iam orta erat inter Alphonsum regem Castellæ, imperium armis & largitione quarentem, & Cornubiæ comitem regis Angliæ fratrem: ad quem electores non facile respiciebant. Ne igitur Manfredi spes ulla subesset discordiæ inter Alphonsum & Carolum, ad quem magna pars hominum imperium deferebat, sublata petendi facultate, pontifex hominem in Manfredum concitabat ecclesiæ Romanæ contemptorem. Iam enim Caroli copiæ, superatis Alpibus, in Cispinam descenderant: factoque per Flaminiam itinere, oēs factionis Guelphæ milites Romam usque perduxerant. Unde Carolus mouens & Ceperanum capit, pulso inde Manfredi presidio: & saltum Cassinatum occupat, quem Manfredus ipse custodiendum acceperat: quam deinde mutato consilio, Bnuentum profectus expectare hostem in planis patetibusque locis instituerat, quod plurimum equitatu ualeret. Mouit & eo Carolus: & facta pugnandi copia, licet ex itinere fessum militem essent, plium non detrectat. Ciet uterque dux suos in pugnam. Verum dum Carolus laboranti suorum turmæ intentius, ut sit, succurrit, ex equo cõsternatus, ita hostium aios auxit, ut Manfredus extra ordinem incautus pugnans interfectus, ap

Thomas  
Aquinas  
Alberti di  
scipulus.

exc. pont.

parente subito Carolo, fortunam belli statim mutauerit. Ex suis em̄ in fugam uersis multi interfecti sunt, plerique uero uiui capti. Carolus autem tanta uictoria potitus, Bñuentum mouens, urbē deditibus ultro ciuibus, ingreditur. Nuceriā deinde oppugnare adortus, quo se noui ueteresq; Saraceni receperāt, magistrū militiæ suæ (quem marescallum uocant) cum quingentis equitibus in Hetruriam mittit, q̄ Guelphos extorres in ciuitates suas reduceret. Is itaq; profectus, abeūtibus sponte Gibellinis, magistratū sine prouocatione Florētiæ cōstituit, quē accolæ factionis Guelphæ capitaneos uocāt. Inde uero in Senenses mouens, oēs Gibellinos Hetruriae, maxime uero Pisanos, in se concitauit, dum ad Bonitiū castra habet, quod Gibellini acriter defendebant. Carolus aut̄ utroq; regno in potestatem recepto, excepta Nuceriā, Saracenis tandē pacem cōcedit, permissis etiā suis legibus in Italia uere. Ipse uero cum exercitu uocante pōtifice, Viterbiū se cōtulit, quo & Henricus a fratre rege Castellæ pulsus, paulo ante puenerat: quē pōtifer Caroli cōmendatione motus, & multis muneribus donauit, & senatorē urbis creauit. Carolus autē in Hetruriam mouens, Gibellinos domiturus, qui Corradinum adolescentem Conradī Sueuī nepotem, in Italiam contra Guelphos uocabant, Bonitiū egregie defensum & natura munitum, cū ui capere non posset, fame ad deditiōnem compellere instituit; quo tandē post longam obsidionem recepto, in Pisanos mouens, Mutronium eorum oppidum captū, Lucēsisibus dono dedit. Moliturus etiam maiora tum Carolus uidebatur, nisi a suis in regnū prope uocatus fuisset, ob factiosos quosdam qui Corradini rebus fauebāt, maxie uero Saracenos, quos deinceps munitissimis castellis in Nuceriā cōclusit, quo ei tutius in Corradinū proficisci liceret, quem Pisanī in regnum deducere conabātur, uastatis prius Lucensium agris: superatoq; atq; interfecto apud Aretium Caroli marescallo, adiuuante praesertim Guidone Ferretano, totiusq; Cisalpinæ factione Gibellina, Ferunt pontificem (dum adolescens per agrum Viterbiensem iter in regnum faceret) eius casum miseratum, prophetica uoce dixisse, Corradinū ipsum ut uictimā ad cādē duci. Is itaq; Romā proficiscēs, Henricū senatorē ad pontē Miluiū cū populo Romano obuiū habuit, imperatoris nomie læpius acclamato, timore ne id fecerint, an studio partiu, haud satis cōstat. Dimisso aut̄ Romæ Guidone Ferretano, ipse cum exercitu in regnū properans, ubi intellexisset Carolū saltus hernicos latināq; uiam occupasse, flexit inde ad æquicolos montes, quos Tagliacocij uocant, in Marfos profecturus. Castra itaq; primo nō lōge a lacu posuit, fere aquā ductū uetere & ædificiorū ruina munita. Mauerat & eo Carolus, decimo inde stadio ad cōcauæ uallis fauces castra locās, q̄ Alarū Neapolitanū cōsilio usus (is em̄ cum Germanis diu militauerat) partē exercitus statim p̄misit cū marescallo regia ueste induto, laceffendi hostis causa. Ipse uero ciatra collē cū fortissimo quoq; in insidijs bñ gerendæ rei occasionē interim expectabat. Ad iij. aut̄ horas iā pugnatū est dūbio Marte, cū marescallus fortissime pugnas occidit: cuius in morte cedēribus Gallis, Germani ferocios facti, passim sine ullo ordine insequēbantur. In hos itaque incomposite ruentes Carolus delatus, statim fundit fugatq; magna in fuga edita hostium strage. Henricus autem senator Reate in fuga captus est: & Corradinus cum duce Austriæ cognitus, dum trañcere Tiberrim nauigio in Hetruriam tētat, ad Carolum pertractus, capitali supplicio afficitur: quod, ut diximus, pontifex futurum propediem diuinauerat. Carolus itaq; anno salutis millesimo ducentesimo sexagesimo octauo, tanta uictoria potitus, totoq; regno sine contentione in potestatem suam redacto, Romam proficiscens, senatorium munus uolente pontifice aliq̄ diu administrauit, misso marescallo suo in Hetruriam: cuius certe & industria & opera pax inter Senenses & Florentinos composita est. Vex̄ mortuo Clemēte, pontificatus sui anno tertio, die uigesimo primo, eodemq; Viterbiū sepulto, tāta repēte non solū inter populos Italiæ, quos aliquan-

tulum in officio sanctissimus pontifex autoritate sua continebat, uerum etiam inter cardinales discordia orta est de creando nouo pontifice, ut biennio sedes uacauerit. Tum uero Carolus omnia circūspiciens, ne quid mali ecclesiasticæ ditioni obueniret, cum parte exercitus in Hetruriam profectus, Bonitium oppidum (unde initium turbandæ pacis ortum est) captum Florentinis uendidit. Quo demolito, nouum haud longe in plano condidit, Poggium Bonitium appellatū. Carolus deinde inita cum Pisanis pace, quorum nauigijs in Africā traiecturus uti instituerat, redire in regnum cōstituit, relicto cum parte copiarū in Hetruriam Rufoso Anguillariæ comite, qui Hetruscos in officio cōtineret. Interim autem Lodouicus regem Massilia soluentem, tres filij adolescētes, rexq; Nauarræ Theobaldus, & comes Campaniæ cum legato apostolico secuti sunt. Tunisiū itaq; simul applicantes, urbem obsidione cingunt, incursionibus omnia circūquaque posita uastantes. Verum orta in castris pestilentia, ac diutius per ignota capita uagata, Lodouicus cum regem cum filio minore natu, cumq; legato apostolico e medio sustulit; cuius in locum Philippus filius successus, de discessu cogitare iam cœperat. Superueniente autem Carolo Siciliae rege, hac cōditione pax composita est, ut dimissis utriusque captiuis, rex gentis Carolo tributum penderet, liberamq; in Africā Christi prædicationem sineret. Reductis deinde in Siciliam copijs, mortuo apud Drepanum rege Nauarræ & Campaniæ comite, Philippo & Carolo placuit, partim pietate motis, partim uitandæ contagionis causa, Centūcellas ad nauigare, inde terrestri itinere Viterbium ituri: ubi de eligendo pontifice cardinales adhuc contentebant, qui certe tantorum regum præsentia moti, Theobaldum Placentinum, Leodiensem archidiaconum absentem, pōtificem creauerunt. Ad Clementem redeo: cuius uita omni ex parte laudanda est doctrina, pietate, religione, humanitate, modestia, charitate in proximum & pauperes Christi. Bona autem ecclesiæ ita accurate dispensauit, ut plus deo q̄ affinitati & cognationi tribuisse uideatur. Duas habuit filias ex mortua uxore ante pontificatum susceptas, quarum altera in monasterium collocata, triginta libras turonensium paruorum dedit, altera autem quæ marito suæ conditionis nupserat, trecentas libras turonensium dotis nomine numerari iussit: hac conditione, ne quid unquam amplius peteret. Habuit & nepotē clericum: quem ubi comperit tres præbendas (ita enim canonicatus uocant) habere, optionem facere compulit, ut quam uellet ex his retineret, duas relinqueret. Vex̄ institutibus amicis, ut non solum quæ habebat, nepoti dimitteret, sed maiora & plura tribueret, Respondit uir sanctissimus (quem utinā nostræ ætatis pontifices imitari essent) se deo, nō autem carni & sanguini acquieturum. Deum ita uelle, ut sua in pias causas erogarentur, nec esse dignum Petri successorem, qui plus cognationi quam pietati & Christo tribueret. Dum aut̄ Viterbiū esset, referreturq; quotidie Ednigem Poloniæ ducissam iam pridē mortuam, miraculis summo in precio esse, eam in sanctas retulit. Delectatus est etiam mirifice doctrina Bonauenturæ, ordinis Minorum generalis: qui grauer & copiose tum scripsit in primum, secundum, tertium, & quartum Sententiæ librum. Hac autem commendatione moriens uir sanctissimus, magnum sui apud omnes desiderium reliquit. Hinc contentio inter cardinales orta est, cum dignus Clementi successor quæritur.

## GREGORIVS X.

Gregorius decimus, Theobaldus antea uocatus, natione Italus, patria Placentinus, Leodiensis archidiaconus, in Asia existēs, Viterbiū a collegio cardinalium pōtifer creatur. Eo em̄ tempore quo Lodouicus in Africam nauigauit, Herdardus regis Angliæ filius, ex Angliā cum ingēti classe in Asiam traiecit, recuperandæ terræ sanctæ causa. Verum dum Ptolemaidæ tam diu immoratur, quoad Lodouicus rex Franciæ, ut pollicitus erat, co ex Africā uictor trañceret, ab Asfacida

Bonauentura ordinis Minorum Generalis.

cxci. pont.



familiari, dum solus in cubiculo esset, tribus uulneribus petitus, aegre mortis periculum euasit, adiuuante altero familiari: qui manum sicarij tam diu retinuit, donec a domesticis discerptus & extractus e cubiculo sceleratus Arfacida est. Herdardus autem ubi ex uulneribus conualuit, Theobaldum contubernale suum, magno sermo in precio habitum, quippe qui omnes reges & principes Christianos continuo in Saracenos animauerat, iturum Romam pontificatus gratia a cardinalibus accitum, nauigio, pecunijs, egregio comitatu mirifice iuuuit, eo potissimum tempore quo Henricus adolescens, Richardi pauloante mortui comitis Cornubiæ filius, Viterbium uidendi Clementis causa uenerat. Quo mortuo, dum adolescens ipse ibi aliquandiu moram trahit, malo fato sublatus est: a Guidone enim Monteforti, qui tum cum Philippo Francorum rege cathedralem ecclesiam audiendæ rei diuinae causa petierat, ante aram interficitur, quod a Richardo pater eius Simon in Anglia dolo neatus fuerat. Ultus hoc modo patris necem, ad Ruffum Hetruriæ præfectum incolumis euasit. Abiere Viterbio hac indignitate moti, non ita multo post, & Philippus in Galliam, & Carolus in Apuliam, qui pace cum Saracenis in Italia, Theobaldum Sipontum, quod & Manfredonia nunc uocant, nauigijs appulsum, Ceperanum usque comitatus est. Inde uero pontifex per Marfos & Sabinos iter faciens, Viterbium tandem peruenit: ubi a cardinalibus perbenigne & honorificentissime susceptus, coronæq; pontificia ornatus, omnem potestatem accipit, quam Christus Petro reliquit. Composito deinde pro tempore pontificatu, ad componendam pacem inter Genuenses & Venetos animum adhibet. Hi enim populi inter se magnis cladibus iam dudum decertauerant. Hanc ob rem Philippus rex Franciæ, Cremonæ subsistens, pontificis rogatu uocatis Genuensium & Venetorum legatis, pacem inter eos in quinquennium composuit: quo simul omnibus proficisci in Saracenos liceret. Quiescebat iam Italia, cum initium perturbandi omnia a Venetis ortum est, noua uectigalia exigentibus. Instituerat enim ne quis in sinu Adriatico nauigaret, maxime uero Pola Venetias, nisi soluto portorio e mercium numero. Hanc autem indignitatem non ferentes Bononienses, qui magnæ Flaminiae partim præerant, triennio uaria fortuna cum Venetis decertauerunt. Demum uero fessi, hac lege pacem acceperunt, ut dirupto castello, quod in primo Padi ostio edificauerant, quarundam mercium liberam educationem haberent, ostiorum Padi Veneto libera custodia dimissa. Anconitanis quoque indignabundi, quod Veneti Adriatici maris dominatum sibi uendicarent, uectigalq; a nauigantibus exigerent, ea de re apud pontificem conuenerunt, cuius officium est prohibere, ne noua uectigalia imponantur. Is autem Venetis statim imperauit, ut exactionem illam tollerent, qui certe nil aliud respondere, quam pontificem non habere rei ipsius planam cognitionem, uerum re cognita, tum melius iudicaturum. Non potuit Gregorius rem inchoatam ex sententia perficere. Eundem erat ad concilium, quod Lugduni indixerat: quo & Palæologus imperator Constantinopolitanus cum magno comitatu profectus, terdecima uice in sententiam Romanæ ecclesiæ Græcos toties deficientes pertraxit. Huius præterea auctoritatem quidam Tartari proceres secuti, sacrum baptismatum receperunt. Interea uero uacante imperio occidentali, Rodolphus Astani comes, ab electoribus hac conditione imperator creatur, ut sequenti anno Romam peteret coronæ accipiendæ causa. Florentini autem Guelphi, Gibellini concius suos a Gregorio (dum iter in Galliam facit) in patriam reductos, statim eiciunt. Hanc ob rem iratus pontifex, eis ius fasq; omne interdixit: paulumq; abfuit quin idem quoque in Bononienses ageret, qui Lambertescios Asmellosq; Gibellinos cum præclaris familijs eiecerant: sed hi non ita multo post pœnas dedere. Nam cum exercitum in Froluianos duxissent, qui exules suos perbenigne susceperant, eruptione facta, de

Concilium  
Lugduni.

Bononiensibus ad octo millia caesa traduntur: qua quidē calamitate confisæ quædam Flaminiae ciuitates, ab ipsis Bononiensibus statim defecere: maxime uero Ceruia, unde magnum salis uectigal suscipiebant. Gregorius autem absoluto Lugdunensi concilio, in quo multa decreta sunt, ad electionem summi pontificis, ad expeditionem in Saracenos, ad unionem Græcæ Latinæq; ecclesiæ, ad pacem Christianorum pertinentia, iter in Italiam faciens, obuium habuit Alphosum Castellæ regem apud Bellocadorum, admodum conquerentem quod imperium Rodolpho mandasset. Verum accepta pontificis satisfactione, ius omne suum Rodolpho concessit. Pontifex autem perbenigne ab omnibus Italis susceptus, dum iter per Hetruriam facit, Florentinos sponte deuitans, ne interdictum tolleret, Aretium peruenit: ubi pontificatus sui anno quarto, mense secundo, die decimo moritur, & sepelitur: uir certe in omni uita clarus, prudentia rerum gerendarum, fortitudine animi, qua pecunias & res humiles contemnebat: humanitate, clementia, benignitate in pauperes Christi, & eos potissimum, qui ad gremium sedis apostolicæ confugiebant.

## INNOCENTIUS V.

clxij. pō.

Innocentius quintus, Petrus Tarantasiensis antea uocatus, natione Burgundus, ordinis sancti Dominici, uir in sacris literis doctissimus, anno domini mclxxv. Aretij pontifex creatur: unde paulo post Romam abiens, in sancto Petro coronatus, statim animum ad pacandas res Italas adiecit. Quare legatos magnæ auctoritatis uiros misit, qui & Hetruscos in perniciem Pisanorum conspirantes, & Genuenses ac Venetos de uita ac sanguine inter se certantes, ab armis discedere sub anathematis pœna cogerent. Aderant & oratores Caroli regis, cuius etiam auctoritate rem magis ex sententia confici posse sperabat. Fecerunt mandata Hetrusci, maxime uero Florentini, quos ob hanc rem pontifex ab interdicto Gregorij absoluit. Genuenses autem & Veneti, quorum odia magis inoleuerant, in armis continuo erant, sese inuicem mutuis cladibus conficientes, quos tamen Innocentius in sententiam suam traxisset, si ei diutius uiuere licuisset: adeo ad eam rem animatus erat. Moritur autem pontificatus sui mense sexto, die secundo, sepeliturq; in Lateranensi basilica. Quo minus autem mors eius molesta presbyteris secularibus uideretur, effecit eius iudicium pauloante latum. Nam cum Viterbij inter sacerdotes cathedralis ecclesiæ & fratres prædicatores de corpore Clementis quarti orta contentio esset, uterq; enim ordo sanctissimum corpus apud se uolebat, adiudicauit id fratribus committi debere, quod diceret sanctissimum pontificem id ita dum uiuere instituisse. Hanc itaq; ob rem leuem offensunculam Innocentius contraxit, alioqui uir optimus, & de quo bona omnia sperari poterant.

## HADRIANVS V.

clxij. pō.

Hadrianus quintus, patria Genuensis, familia Flisca, Othobonus antea uocatus, Romæ in atrio Lateranensi pontifex creat. Fuit autem Innocentij quarti nepos: sanctiq; Hadriani diaconus cardinalis ab eodem creatus, & in Angliam legatus cum summa potestate missus ad sedandum tumultum inter regem & barones ortum. Creatus itaq; pontifex, Viterbium statim proficiscitur: Rodolphusq; imperatorem ad cominuendam Caroli potentiam, qui tunc Romæ oia pro arbitrio agebat, in Italiam uocat. Verum Rodolphus Boemico implicatus bello, Hadriano satisfacere non potuit. Carolus autem ad declinandam inuidiam intentus, oem uim belli in Achaiam transfert, uiam sibi ad imperium Constantinopolitanum facturum. Verum mortuo Hadriano, pontificatus sui die quadragesimo, in Italiam redijt. Moritur autem pontifex Viterbij ante munus consecrationis suæ, sepeliturq; in conuentu fratrum Minorum. Fuerat quidem ei in animo, & ditione ecclesiæ tutiore a tyrannis reddere, & constitutionem Gregorij de eligendo pontifice, in meliorem formam redigere,

non omnino tollere. Eius autem conatibus & animi magnitudini mors obstitit. Vacat tum sedes dies octo & uiginti.

exciiij. pō  
tifex.

## IOHANNES XXII.

Iohannes uigefimus secundus, natiōe Hispanus, patria Vlyxibonensis, Petrus antea uocatus, ex episcopo Tusculano pontifex creatur. Hic & si doctissimus est habitus, tamen ignoratione rerum gerendarum, & morum inæqualitate, plus detrimētī quā honoris & emolumentī pōtificatui attulit. Multa enim stoliditatem & leuitatem præ se ferentia egit, in uno tantum commendatione dignus, quod adolescentēs literarum studiosos, inopes maxime, beneficijs ecclesiasticis & pecunia iuuit. Vexabant tum Veneti Anconitanos, quod in Dalmatia mercaturam exercerēt, nullo persoluto Venetis portorio: neque eos (ut par erat) uectigales ecclesiæ pontifex ipse tuebatur, in uerbis tantummodo promptus, in rebus agendis timidus & infracti animi. Anconitani autem pontificis auxilio destituti, se ipsos colligētes, eruptione facta, Venetos urbem obsidentes, magno illato incommodo propellunt. Vnus tamen consilio Iohannis Caietani, cuius nutu omnia tum gerebantur, quod ipsius auxilio & suffragijs pontifex creatus fuerat, legatos tum ad Palæologū, tum ad reges occidentales misit, qui eos suo nomine cohortarētur, ut pace inter se iniata, arma in Saracenos & hostes Christiani nominis pararent. Pollicebatur homo stolidus sibi longam uitam, & diu se uicturum omnibus prædicabat: quippe cuius uita & mores omnibus patebant, adeo erat inuerecundus & secordis ingenij. Sed ecce dum hanc stultitiam omnibus prædicabat, canera quædam noua quam in palatio Verbiensi extruxerat, subito corruit, atque inter ligna & lapides inuētus, septima die post tantam ruinam acceptis omnibus ecclesiæ sacramentis, pontificatus sui mense octauo moritur, Viterbijs sepelitur, uir (ut dixi) admodum literatus, sed parum prudens. Multa enim in uita sua scripsit, potissimum uero canones quosdam ad medicinam pertinētes. Nam medendi arte admodum peritus habebatur. Scripsit & librum quem thesauros pauperum uocat. Edidit & problemata quædam, Aristotelem imitatus. Sed hoc nescio quo pacto compertum est, ut uiri quidam admodum literati, ad res agendas parum idonei uideantur. Nescio quo pacto dixi, cum mirum potius omnibus uideri debeat, ut qui contemplatione delectatur, idem etiam rebus terrenis animum applicet.

## NICOLAUS .III.

excv. pō.

Nicolaus tertius, patria Romanus, ex familia Vrsina, Iohannes Caietanus antea uocatus, pontifex tandem creatur, protracta in sex menses electione, non sine magna cardinalium contentione: quorum conclauis senator Siciliae rex præfuit, quod admodum instabat, ut unus aliquis ex natione Gallica eligeretur. Nicolaus autem inito pontificatu, anno dñi millesimo ducentesimo septuagesimo octauo, Caroli potentiam comminaturus, Hetruria uicariatū ei abstulit, quod diceret Rodolphū id ægreferentem, non aliter expeditionem pro terra sancta promissam acturum, cum Hetruria imperatoris iurisdictionis haberetur. Hoc consecutus pontifex, nihilominus Flaminiam ipsamque Bononiam cum hexarchatu Rauēnatum, quæ tum imperatori suberant, in potestatem suam redegit: eoque misit Bertholdum nepotē, Ramandiola comitem declaratum. Misit & alterum nepotem Latinum cardinalē legatum in Hetruriam, qui restitutus ubique Gibellinis, Florētiae ac in cæteris Hetruriae urbibus p arbitrio animi magistratus imposuit. Munus uero senatoriū, quod principibus & regibus demandari consueuerat, ipse solus obiuuit. Legatos Venetorum (qui tum Anconitanos bello uexabant) a conspectu suo reiecit. Abeuntes præterea ex itinere reuocatos, grauissimis uerbis increpauit: & perniciem eorum ciuitati comminatus est, ni ab Ancona oppugnanda desisterent. Tandem uero multis ultro citroque illatis incommodis, æquis conditionibus pax inter utranque ciuitatem

ciuitatem componitur. Huic autem pontifici in animo fuerat duos reges creare, utriusque Vrsinum: quorum alterum Hetruria, alterum Lombardiae præficeret: qui inde Theutonicos partem Alpium incolentes, hinc Gallos Siciliam & regnum Neapolitanum tenentes, armis in officio continerent. Ut uero id ei facere liceret, Petro Aragonum regi persuaserat, ut iure hæreditario Constantiæ uxoris suæ, regnū Siciliae repetere anniteretur. Senatoriam autem dignitatem ipse a Carolo ad se trāstulit: uetuitque perpetuo edicto, ne quis rex aut princeps magistratum ipsum petere aut obire auderet. Fuit autem Nicolaus pontifex (ut autores scribunt) uir magni animi atque consilij, adeoque moribus & uita integer, ut uernacula lingua compositus uulgo diceretur. Amator & cultor doctorum uirorum, & eorum maxime, qui doctrinam cum prudentia & religione coniunctam haberent. In partiendis autem dignitatibus & honoribus communis omnibus est habitus. Nam semel habita potestate factorum initiadorum, Albanum episcopum ex ordine Minorum, Hostiensem & Portuensem ex ordine Prædicatorum delegit. Prænestinus & Tusculanus episcopi seculares fuere. Creauit & duos presbyteros, uidelicet Gerardum tituli duodecim apostolorum, & Hieronymum ordinis Minorum, tituli sanctæ Pudentiænæ. His addidit duos diaconos, uidelicet Iordanem fratrem suum tituli sancti Eustachij, uirum multæ doctrinæ & innocentiae: & Iacobum Columnam tituli sanctæ Mariæ in uia lata, uirum exactæ religionis & grauitatis. Aedificijs præterea aedes pontificias exornauit. Aedes enim apud sanctum Petrum percommode extruxit, quarum partem aliquam adhuc cernimus. Has postea Nicolaus quintus magna impensa restituit. Cinxit etiam mœnibus in urbis modum pomerium sancti Petri, quod uiridarium nunc uocant. Ecclesiam quoque sancti Petri fere uetustate collapsam restituit, ac pictura summorum pontificum exornauit. Idem etiam fecit in basilica Pauli. Auxit præterea mirum in modum diuinum cultum, aucto canonicorum numero, & seruientium ecclesiis prouentu. Diuisit etiam ordines ecclesiasticos inter se, & quid cuique conueniret ostendit. Habitationes quoque unicuique assignauit: ut & aduenæ scire possent, quo in loco quisque magistratus, curialis præferri inueniri posset. Perfecit etiam Lateranenses aedes ab Hadriano quinto antea inchoatas. Condidit præterea a fundamentis Sancta sanctorum, primo sacello iam uetustate collapso: templumque ipsum opere uermiculato (ut adhuc cernitur) & crusta marmorea exornauit: eoque transtulit apostolorum capita, donec templum Constantinianum sua impensa restitueretur. Quo facto, statim in capsulis argenteis suo iussu extractis, comitante populo in templum restituit: condunturque in sacello ad eam rem percommode fabricato. Eodem quoque die basilicam ipsam consecrauit, pridie nonas Iulij is dies est habitus. Scribunt historici quidam, neminem ante ipsum sacrificare religiosius uisum, cum semper dum solennia ageret, lacrymas funderet. Erat enim religionis obseruantissimus, & adeo ordinis Minorum, ob contemptum rerum humanarum, amator, ut ipse etiam decretali epistola quædam ipsius ordinis ambigua declarauerit. Vacantibus ecclesiis nullus pontifex celerius ac maturius consuluit, cum eas statim optimo cuique & idoneo committeret. Prius enim mores hominum & doctrinam inspiciebat, deinde uacantes sedes his statim committebat: quod diceret in mora periculum esse, cum non deessent qui diuina etiam cupidissime diriperent & occuparent. Notarios & tabelliones, utpote sanguine pauperum & litigantium uiuentes, a se ut pestiferos reiecit, Gregorium decimum & Iohannem uigefimum primum hac in re imitatus. Verum quoniam ubique terrarum magna in magistratibus corruptela erat, constituit ne magistratus ipsi ullo in loco magis quam annui crearentur: eos si quispiam retinere ulterius ausus fuisset, anathematis poena notabatur, a qua nisi a pontifice absolui non posset. Multa præterea constituit, ad utilitatem cleri populique

Tiberis  
inundatio.

Christiani pertinentia, ut in titulis suis apparet. Non caruit tamen in tantis laudibus reprehensione. Suos enim ita amasse dicit, ut aliunde raperet quod eis condonaret. Nam quibusdam nobilibus Romanis castella uel abstulit, ac suis dono dedit, maxime uero Surianum. Vbi idem pontifex cibi ac potus continentissimus, subita tamen morte correptus, tertio sui pontificatus anno, mense octauo, die quintodecimo moritur. Quam mortem praedixisse quendam ferunt, notato per excrescentiam Tiberis uaticinio. A deo enim in immensum excreuerat, ut altare sanctae Mariae rotundae quatuor pedibus & eo amplius excederet. Eius autem corpus Romae delatum, in sacello tituli beati Nicolai a se condito in basilica sancti Petri sepelitur, tumulo marmoreo & uermiculato opere exornato, quem adhuc cernimus, anno dñi mclxxx. assumptionis octaua die. Quo quidem anno Carolus rex beatae Magdalenae corpus iam antea a beato Maximino in uilla sui nominis conditum, ornatiore sepulchro & maiore sacello exornauit: caputque eius seorsum in theca argentea condidit. In morte autem Nicolai uacasse pontificatum quinque mensibus ferunt. Nam dum Viterbii a cardinalibus noui pontificis electio fieret, praesertim conclauit Richardus ex Hannibali familia Romana, ac sine contentione primaria, quae paulo ante Vrsi mortui Nicolai nepotem, praetura Viterbiensi deiecerat: erat enim huius familiae hostis acerrimus: duo cardinales ex familia Vrsina impediunt, quo minus electio fieret, nisi Vrsus in praetura restitueretur. Hanc ob rem Viterbienses Richardum secuti, conclaue ingressi, cardinales capiunt, & in uincula coniungunt. Quod ubi Romae scitum est, eadem Hannibalum factio familiam Vrsinam ab urbe pellit. quae statim populariter cum sua factione abiens, Praeneste secessit. Post quantum itaque mensum Gallici cardinales absentibus Vrsinis, suffragiis Italos superantes, Gallicum pontificem creant.

## MARTINVS .III.

ex vi. pō.

**M**artinus quartus, Simon antea uocatus, tituli sanctae Caeciliae presbyter cardinalis, natione Gallicus, patria Turonensis, pontifex electus, Viterbii coronari noluit, quod ei ciuitati ob impetum in cardinales factum, interdictum sacris putabat. Urbem itaque ueterem petens, quod Orvietum uocant, eo loci omnia solennia peregit decimo calendis Aprilis. Resurrectionis autem die sex cardinales creauit: quorum de numero fuit & comes Mediolanensis tituli sanctorum Marcellini & Petri, & Benedictus Caietanus sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus. Regem uero Carolum ad se uenientem, non modo perbenigne suscepit, uerum & eisdem senatoriam dignitatem, qua a Nicolao priuatus fuerat, restituit, quod non ita ab omnibus probatum est, cum ea res excitatura uideretur magnas in urbe seditiones, reuersis iam Vrsinis & pulsis Hannibalibus. Vrsinis enim ob odium in Nicolaum conceptum, Carolus mirifice aduersabatur. Iohannes itaque Latini fratris uultus iniurias, tutaturusque dignitatem sibi a populo Romano traditam, comparatus est. At Martinus qui tum in Montefascone erat, Viterbiensium calamitate per motus, Matthæum ex gente Vrsina cardinalem, Romam prope misit ad res componendas: qui ex itinere Iohannem populi Romani capitaneum (ita enim populi ducem appellant) secum duxit. Venerant & eo omnium factionum capita mandato legati: maxime uero Richardus Hannibal, ut ab interdicto quod Viterbii contraerat, dum conclaue uiolenter irrupit, & cardinales Vrsinos in carcerem coniecit, absolueret legati auctoritate. Is itaque ad cardinalis pedes prouolutus, laqueum collo gerens, quod est maximum poenitentiae signum, ac ueniam petens absoluitur. Composita autem hoc modo inter utranque factionem pace, reuocatoque exercitu Romano ab iniuria Viterbiensium, pontifex Romanis statim concessit, ut ex ciuibus duos senatores sibi deligerent, qui urbem gubernarent. Delecti itaque duo, Hannibal

Petri Hannibalis filius, & Pandolphus Sabellus, qui ciuitatem toto suo magistratu optime gubernarunt: eo potissimum tempore, quo Martinus pontifex Palaeologum unionis pacta non seruantem, instante Carolo Siciliae rege, excommunicauit. Tum uero Palaeologus Caroli potestatem ueritus, claustra foedera cum Petro Aragoniae rege inijt, qui regnum Siciliae ob Constantiam uxorem Manfredi filiam, & Corradini neptem, suo iure repetebat. Communi itaque impensa magna classis ab utroque paratur. Quare pontifex legatum ad Petrum mittit sciscitatum, quid sibi uellent tanti apparatus. Cui ille ita respondit, interiore se tunicam laceraturum, si illam arbitrareretur suarum cogitationum consciam fieri posse. Abijt itaque re infecta legatus. Petrus uero comparata iam classe in Africam contendens, Hipponensem litto-ram uehementer populatus, in Sardiniam redijt, expectans ut a Iohanne Prochita res nouae in Sicilia orientur, quemadmodum inter eos conuenerat. Obortum sunt interim & noui motus in Cisalpina Gallia. Nam uicecomites familia nobilissima, duce Luchino Turrianos admodum potentes, Mediolano pellunt. Inde uero Luchinus in Heturiam uicarius ab imperatore missus, apud Miniare oppidum se continens, Florentinos & Lucenses grauissimis incursionibus uexabat, spretis pontificis interdictis, quibus hominem a ceruicibus sociorum remouere conabatur. Perusini quoque sumptis armis, ita Fulginiates tum inuadunt, ut eorum urbem uel ceperint, & moenia aliqua ex parte demoliti sint. Quam ob rem a pontifice sacris interdicti, ueniam deinceps meruere, perfoluta tamen prius magna pecunia poenae nomine. Interim uero Siculi, quorum motus rex Petrus in Sardinia expectabat, superbiam ac libidinem Gallorum amplius ferre nequeunt, suadente Iohanne Prochita, in Carolum coniurationem ineunt, data die ad rem conficiendam, ut cum primu uespera campana audita fuerit, ubique Galli nullo sexus discrimine habito caederent. Qua in re adeo certe sauitum est, ut etiam mulieres Gallico compressu praegnantem, caesae dicantur. Hinc tritus ille sermo est, cum quis multorum interitum exoptat, ut uesperas Siculas comemoret. Malum quoque fatum expertus est eodem tempore Guido Appius cum octingentis equitibus Gallici nominis, ad recuperandam Romandiolam missus pontificis nomine. Nam dum Forumlium obsidet, essentque erumpendi cupidi ciues, Guido Bonatus astrologiae peritissimus, conciuces suos adhortatus est, expectata astrorum benignitate, ut tum demum erumperent, quando eis signum daret. Fecere illi mandata, & in tempore erumpentes, Guidonem cum omnibus fere Gallis interfecere. Atque ita urbs tanta obsidione liberata est. Carolus autem audita Siculorum defectione & sauitia, cum magnis copiis in Siciliam transijt, primo Messanam urbem obsidet, quam certe per ditionem tandem cepisset, nisi Galli ultionis cupidi, deleturos se urbem minati fuissent. Tum uero Petrus Arago tantos motus (ut diximus) expectans, ea de re certior factus, e Sardinia prope in Siciliam transijt, Panhormum contendit, a ciuibus & Siculis perbenigne susceptus: a quibus etiam regium nomen consecutus est, conflente undique ad eum omni multitudine. Hanc ob rem Carolus perterritus, Messana relicta, in Calabriam se statim recepit, expectaturus filium Salerni principem, quem paulo post e Narbonensi prouincia cum aliquot cohortibus uenturum sciebat. Reprehensus a Carolo Petrus Arago, quod affinis consanguineusque regnum inuadere ausus esset, respondit se misericordia motum, calamitose populo & indigna ferenti petitam opem negare non potuisse: quam id quoque regnum iure hereditario ei deberetur, propter uxorem Constantiam Manfredi filiam, & Corradini neptem. Concreuentibus autem ultro citroque iurgijs, res tandem ad singulare certamen deducta est: hac conditione tamen, ut uterque rex centum sibi ad tantum certamen commilitones cooptaret, loco certandi apud Burdegalam delecto. Vtrique enim rex Angliae affinitate coniunctus erat, qui tamen certamen, adiuuante Martino pontifice, tandem diremit. Verum



cum nihilominus Petrus Carolum bello premeret, Martinus Gerardum Parmensem cardinalem legatum Neapolim misit, qui & populos in fide Caroli contineret, & Carolum ipsum adolescentem consilio & autoritate iuaret. At vero cum Petrus Rogerium Loriam classis suae praefectum Neapolim misisset, Carolus aliter sentiente legato & reclamante, nequaquam tantum regnum fortunae committendum esse, in hostem mouens, non longe a Neapoli, ingenti suorum clade superatur: & captus in Sicilia primo, deinde in Aragoniam perducitur. Hoc certe ei non accidisset, si bene monenti legato (ut par erat) obtemperasset. Nam paulo post pater Carolus cum ingenti classe superuenit, qua etiam cum hoste nondum uictore decertare potuisset. Martinus autem calamitate Caroli permotus, Petrum Aragonensem anathemate notat, eiusque regnum in praedam id occupare uolenti exponit, subiectos a Petri iuramento absoluit, cruce signatos in hominem concitat, bonorum ecclesiasticorum usurpatorem, ut ipse dicebat. Milites quoque ecclesiasticos Carolo auxilio misisset, nisi ei bellum in Flaminia gerere necesse fuisset contra Foroluianos, qui adiuuante Guidone Montisfeltri comite, deficere ab ecclesia sunt ausi, & quaedam etiam castella haud longe posita oppugnare. Verum cum Guido ipse penitentia ductus, pacem cum pontifice inisset, & moenia Foroluianorum demolitus est in ultionem Guidonis Appii, & magnam partem Flaminiae breui recepit. Urbem quoque quod tum oppugnabat cepisset, nisi Rubeus Anguillarius Hetrutiae comes, in oppugnatione ipsa mortuus fuisset. Duo tum castris praerant duces, quorum alter in Hetrutiam missus est, ad eam oram tuendam, quae ad Soanam uergit; alter uero (quem luuenatii comitem uocabant) obsidionem iussu pontificis continuabat, subministrante clanculum auxilio & comiteu oppidanis ipsis Guidone Montisfeltrano. Interim uero cum Martinus curis agitatus addubitaret a quo duorum populorum, Pisanoorum scilicet & Genuensium, contra Petrum Aragonensem auxilium peteret, tanta repente inter hos de possessione Corsicae contentio exorta est, ut ipsi aliunde auxilium peterent. Legatum tamen apostolicum pontifex adhortatus est, ut tam diu populos in fide contineret, quoad Carolus cum supplemento copiarum superuenisset. Ingressus deinde Neapolim Carolus, confirmatisque ciuium animis, in Africam proficiscens febre correptus moritur: quare ad legatum ipsum totum gubernandae provinciae pondus recidit. Erat tum rumor ac prope constans fama, Philippum regis Franciae filium, comitem Atrebatensem, eius regni causa aduentare: qui tamen deterrere Petrum non potuit, quo minus regnum uexaret, cum iam constaret eum cum paruus copiis aduentare. Nam pater Philippus in Aragoniam cum magno exercitu profecturus erat, ad occupandum Petri regnum a Martino pontifice grauibus censuris prius interpositis, in praedam occupanti datum. Pontifex autem tot curis circumuentus, Vrbevetanis etiam tumultuibus (nam Gibellini Guelphos expulerant) Perusium proficiscitur. Vbi non multo post lenta febre diu uexatus, tandem moritur, pontificatus sui anno quarto, mense uno, sepeliturque in cathedrali basilica. Ad cuius sepulchrum multi ualetudinarii delati, multi caeci perducti, muti & claudii, pristinam ualetudinem sanctissimis pontificis meritis a deo recepere.

### HONORIUS . III.

ex xvij. pontifex.

**H**onorius quartus, patria Romanus, e gente fabella, familia nobilissima, Iacobus antea uocatus, diaconus cardinalis, Perusii pontifex creatus, Romam uenit anno dñi millesimo ducentesimo octogesimo quinto, fratre eius Pandulpho senatoriam dignitatem tum gerente. Tantae enim seueritatis & iustitiae Pandulphus est habitus, ut quoties Romani ciues purgare urbem latronibus, sicarijs, furibus, parricidis uellet (quorum tum in solo Romano magna copia ob seditiones ciuium erat) non alium senatorem, quam Pandulphum exposcerent. Is etsi podagra & chiragra uexabatur, non tamen animi magnitudine & constantia a bene ualentibus superaba-

tur. Eodem quoque morbo ita etiam interdum Honorius laborabat, ut ei instrumentis quibusdam ad id apte fabricatis, sacrificare necesse esset. Consilio tamen & prudentia tantum ualuit, ut non multum corporis uires in eo desiderarentur: quippe cum solus plura prope uideret, quam omnes simul qui tum in urbe aderant. Habitauit hic in Auentino apud sanctam Sabina, egregiasque aedes (quarum uestigia adhuc cernuntur) in monte ipso aedificans, eo ad incolendum multos quoque Romanos exciuit, unde breui mons ipse frequentibus aedificijs incoli coeptus est. Cum autem neminem laedere in pontificatu suo constituisset, omnibus prodesse quoad fieri poterat, prouocatus Petri Aragonum regis iniuria, qui regnum Siciliae occupare conabatur, Martini interdicta contra Petrum confirmauit. Rodolphus autem imperator comparandae pecuniae studiosus, cancellarium suum e gente Flisca in Hetrutiam misit: qui populos omnes liberos faceret, & eos potissimum qui se pecunia redimerent. Perfoluere autem ob eam rem Lucenses duodecim millia nummum auri; Florentini uero sex millia, qui statim liberi omnino facti, magistratum (quem Priores artium uocant) addito uexillifero iustitiae creauere. Non displicuit haec ueditio Honorio, licet indigna tanto principe uideretur, quae ea ratione ecclesiastica ditio futura securior uidebatur, cum non amplius imperatori liceret liberas ciuitates uexare. Dum uero rex Franciae urbem Gerundensem obsideret, curaretque Petrus Arago, quo minus in castra hostium comiteus a Narbona ferrentur, acri praelio commisso graue uulnus accipiens, paulo post male curatus moritur, atque ita Gerunda de dēribus ex pacto ciuibus, in potestatem regis Franciae redacta est, qui non diu superuixit. Ex febre enim moritur contracta in castris, dum Perpinianum obsidet. Cuius etiam classis non multo post in portu Narbonensi a Rogerio Loria capta & incensa est. Duos habuit filios Petrus Arago, Ferdinandum & Iacobum. Ferdinandum autem natu maiorem Aragoniae, Iacobum uero Siciliae regem ex testamento reliquit. Hac autem ratione mortuis primis regibus, bella ad secundos translata sunt: qui hinc Pisanos, hinc Genuenses maritimis praelijs insignes, trahere in partes suas conabantur. Verum hi odio & armis inter se certantes, tanta rabie apud Lamellum insulam Pisano portui uicinam concurrunt, ut ex Pisanis qui triremes quadragintanouem amifere, duodecim millia hominum desiderata sunt: partim caesa, partim capta: quam quidem calamitatem Honorius ita aegre tulit, ut paulum abfuerit quin Genuenses obstinate nimium Pisanos insequentes, interdicto ecclesiastico notaret. Ea calamitas adeo certe Pisanos attriuit, ut nunquam postea uires recuperauerint. Edoardus uero Angliae rex in Vasconiam tum se contulit, pacem compositurus inter Carolum adolescentem regis Franciae filium, quem diximus bello captum, & Ferdinandum Aragoniae regem. Confecta iam ex sententia res erat, & de libertate Caroli agebatur, cum interim legatus apostolicus & comes Atrebatensis, Auelini comite adiuuante, Cathinam urbem occupat, eoque ex Hetrutia collectas copias transmittit. Hanc ob rem Edoardus re infecta in patriam rediit. Rogerius autem Loria gallicam classem ex Sicilia redeuntem occupans, Ferdinandum regis fortunam meliorem reddidit. Ad dicere certe animum huic bello Honorius non potuit, quod armis a Guidone Feltrano in Flaminia uexaretur. Verum tandem superato Guidone, totam Flaminiam breui recipit. Non diu tamen post moritur pontificatus sui anno secundo, die uno, corpusque eius a sancta Sabina ad basilicam Petri magna funeris pompa transfertur: sepeliturque sepulchro marmoreo, quod adhuc extat in numerum a Pio pontifice translatum, ut insignia familiae indicant, eiusque epigramata: & merito quidem, cum uir fuerit omni uita probatissimus, & Christianae religionis amantissimus. Nam & ordinem carmelitarum non satis in concilijs probatum, mutatis chlamydebis nigris in albas: & ordinem eremitarum apud Parisios improbatum, confirmauit, Solum autem cardinalem Iohannem Boccamatum episcopum Tusculanum,

tuo pontificatu creauit, uiros dicens & eosdem bonos ac doctos, non etiam rudes & rerum humanarum ignaros, in tantum collegium cooptandos esse. A deo uero aulicos amauit, ut quotannis, ætate præsertim, Tibur proficisceretur uitæ diæstus urbani causa, unde multæ agritudines oriuntur. Mortuo autem Honorio, decem mensibus sedes tum uacat. Nam cum apud sanctam Sabinam cõclauē haberetur, multi cardinales repentina agritudine sunt correpti: quorum de numero morit̃ Jordanus Vrsinus comes mediolanensis, Hugo Anglicus, Geruasius Andeanensis decanus Parisiensis, & Antherius uir insignis. Hanc ob rem soluto conclaui, in aliud tẽpus magis salubre rẽ ipsam reijciunt, maxime uero cũ terræ motus ipsi q̃ tum permagni fuere, religionem quandam iniecerint, quo minus tum quidẽ id fieret.

## NICOLAUS .III.

excviij.  
pontifex.

Nicolaus quartus, natiõẽ Picientinus, patria Asculanus, Hieronymus antea uocatus, ordinis Minorũ frater & generalis, dein de presbyter cardinalis apud sanctam Sabinam, decimo mense post mortem Honorij pontifex creatur, collocaturq̃ in sede Petri, ipsius sancti cathedra. Reate dein de p̃fectus ob seditiones quæ tum Romæ subortæ erant, quosdam cardinales creat ex omni fere religione. Oes enim pariter amabat: nec plus se debere affinibus & cognatis, q̃ cuius bono arbitrabatur. Virtutes & uitia faciebant, ut in hunc magis q̃ in illũ inclinaret. Horum de numero quos cardinales creat, fuere, Neapolio, Petrus Columna, Hugo Bononius ordinis Prædicatorum doctor insignis, Matthæus Aquasparta fratrum Minorum generalis, episcopus Portuensis. Romam deinde post annum rediens, sedatis aliquantulum perturbationibus ciuitum, apud sanctam Mariam maiorem habitauit, quam basilicam ipse unã cum Iacobo Columna restituit, ut in fornice maiori apparet: unde saluatoris ipsiusq̃ p̃tificis, ac Iacobi cardinalis imago ex opere suo adhuc cernitur. Idem quoq̃ pontifex anteriorem posterioremq̃ partem basilicæ Lateranensis restituit, ornauitq̃ opere uermiculato, quemadmodũ literæ ipsæ indicant. Interim uero reges Aragoniæ & Siciliæ his fœderibus, adhortante Nicolao pacem ineunt, ut rex Carolus e uinculis missus, sua impensa Iacobum Aragonem Siciliæ regem constitueret: q̃ nisi triennio id effecisset, in carcerem se rediturum pollicebatur, datis ob eam rem obsidibus duobus filijs: Carolo cui postea regi Ungariæ creato, Marcello cognomentum fuit, & Loyso qui post bene actam in ordine beati Francisci uitam, in sanctos relatus est. Dum hæc autem in Europa gererentur, Soldanus discordijs Christianorum fretus, Tripolim Asiæ ciuitatem insignem quidem, interfecto Christianorũ præsidio, igni ferroq̃ euertit. Parem quoq̃ calamitatem Sidon & Barutum pertulere, nemine adiuuante. Restabat Ptolemaidam in annos duos inducias a Soldano consecuta: hanc ut tueretur Nicolaus pontifex annixus, milites ad uexillum Christi uocat, aere suo conductos. Hi ad mille & quingenti fuere. Hos postea multi nullo dato nomine, nullis signis & auspicijs secuti, cum Ptolemaidem peruenissent, non minora Christianis q̃ Saracenis damna intulere. Soldanus autẽ cum res suas repetisset, nec redditæ essent, nostris omnibus exitium comminatus est. Magna inter Christianos de possessione Ptolemaidæ concertatio tum orta erat, cum eam patriarcha Constantinopolitanus, Templarij Theutonici, rex Cypri, Siciliæ rex Carolus uindicare anniterentur. Erat & Pisanis in animo Ptolemaidam repetere (ut ipsi dicebant) suo iure, quos profecto bellum in Hetruria ortum, a tanta rei fœditate auertit. Hi enim Vgolino comite cum duobus filijs, totidemq̃ neptibus in carcerem cõiectis, inedia interempto, animos Gibellinorum in Guelphos ita concitarunt, ut omnibus pariter exitium minaretur. In Aretinos primum arma conuersa sunt, petentibus id exulibus Gibellinis. Præerat tum Aretio Guilielmus Petramala eiusdem ciuitatis episcopus, cui Feltranus comes & Florentini auxilio uenerant. Verum cum Florentini non satis suis copijs

viderent, etiam eo misere Carolum secundum cum aliquot cohortibus, qui ad pontificem iturus, forte ea tum iter faciebat. In agro Tiphernate collata sunt castra castris: Tiphernum, ciuitatem castelli mutato nomine nunc uocant. Commissio itaq̃ prælio, magna statim de Florentinis cædes fieri cœpta est. Verum non ita multo post mutata fortuna, cadentibus tamen in prælio Guilielmo episcopo, & Feltrano comite, ex Gibellinis ad tria millia interfecta, & duo millia capta dicuntur. Campaldinum locum ubi pugnatum est, accolæ dixerunt. Carolus autem tanta uictoria potitus, recta ad Nicolaum proficiscitur, ac utriusq̃ Siciliæ regnum feudatario iure obtinet. Hoc ubi Iacobus Arago intellexit, oppugnare Caietam statim aggreditur. Ne quid autem deesset ad perturbandam Christianorum quietem, inter Philippum Franciæ & Eduardum Angliæ reges, grauissimum bellum exortum est: quæ res & Christianos in Asia mirifice perturbauit, & hostibus nostris delendi in Asia Christianum nomen audaciam & spem dedit. Saldanus enim qui tum ægrotabat, ad centum & quinquaginta millia hominum, filio duce Ptolemaidam miserat. Interim uero duorum mēsum obsidione protracta, patre mortuo, filius statim sufficitur: qui certe acrioribus animis urbem oppugnans, completis fossis, prædaq̃ militibus promissa, ad mœnia usq̃ iam pugnando peruenerat, cum a Christianis erumpentibus magno suorum incommodo in castra retruditur. Dum hæc in Asia gererentur, Nicolaus pontifex duos e latere legatos, Benedictum Caietanum, & Gerardum Parmensem in Franciam prope mittit, qui composita inter duos reges pace, eos contra Saracenos Ptolemaidam oppugnantes animarent. Nam & pacem inter Iacobum Aragonensem & Carolum captum his conditionibus (quas supra memorauimus) iam composuerat, quo omnibus in hostem liberius proficisci liceret: & parare classem cœperat, de pace fere certus. Sed nec reges ipsi pontifici benemontem obtemperarunt, nec qui in præsidio Ptolemaidæ erant inter se dissidentes (quemadmodum poterant) uim hostiũ propulsarunt. Dilabentibus enim quotidie multis, soli tum ad duodecim millia remanserunt, qui postea cũ patriarcha Hierosolymitano per dromonem ad id seruatum, fugientes, primo secunda nauigatione usi, tandẽ sub ipsam Cyprum naufragio periere. Soldanus autem desertam cultoribus urbem ingressus, eam ferro ac flamma statim euertit, anno centesimo nonagesimo sexto, posteaquam a Gothifredo capta fuerat. In tantis autem malis insula Cyprus & Armenia minor, Cilicia prius appellata, in fide Christianorum tamen permãserunt. Instabat tum uel maxime Nicolaus, ueritus ne hostes reliquum Asiæ occuparent, ut imperator Rodolphus eo copias suas mitteret. Quo non ita multo post mortuo, cum Adolphus Hassio electus successor, imperij iura repeteret, ab Alberto Rodolphi filio in agro Spirẽsi prælio interficitur. Vir quidem insignis, sed parum milite & pecunijs potens: oppressus enim multitudine hostium potius quam superatus dicitur. Nicolaus autem pontifex tædio animi (ut quidam putant) q̃ male sibi cedere omnia uideret, quodq̃ etiam plusquam pontificẽ decebat, in partes declinauerat, Romæ apud sanctam Mariam maiorem, p̃tificatus sui anno quarto, mense uno, die octauo moritur, eoque loci sepelitur, ad caput basilicæ apud Petri Columnæ cardinalis sepulchrum, ut in pauimento cernitur, emblemate & porphyreticis lapidibus notato. Post eius uero mortem cardinales Perusia profecti, quo eis liberius eligere pontificem liceret, rem ipsam discordijs intestinis biennio mensq̃ tertio in longum deduxerunt. Interim autem Michael Palæologus imperator Constantinopolitanus moritur. Quo minus autem eius corpus in loco sepeliret̃ sacro, uetere sacerdotes & monachi, q̃ occidentali ecclesiæ in Lugdunensi concilio acquieuisset. Andronicus autem Michaelis filius, libenter tum quidem cum latinis sensisset, si quid auxiliij a nostris habuisset. Verum cum sedes uacaret, destitutus auxiliio Andronicus, a fide catholica tãdem defecit. Hæc autem

incommoda Carolus secundus rex Neapolitanus prospiciens, e Narbonensi provinciâ Perusium ueniens, cardinales ipsos sapius ad concordiam & electionem pontificis adhortatus est. Nec id quidem facere destitisset uir insignis, nisi acriter reprehensus a Benedicto Caietano patria Anagnino, quod instando acerbè nimium, ipsis cardinalibus uim afferre uideretur, quorum suffragia libera esse deberent.

## CAELESTINVS V.

excix. p. p. t. f. ex.

\* Aquilia

**C**Aelestinus quintus, Petrus Moroneus antea uocatus, professione anachorita, patria Eterniensis, secundo a Sulmone miliario cenobium incolens, instante Carolo rege & Latino cardinali, pontifex creatur: adeo maiore omnium admiratione, quo ob sanctitatem uitae a tanto fastigio rerum sponte remotior esse uidebatur. Aquilam itaque post creationem suam profectus, eo statim cardinales omnes Perusio ad se uocat. Instabant tamen illi & literis & nuncijs, ut Perusium proficisceretur ciuitatem pontificali dignitati magis conuenientem. Vicit demum Caelestini sententia, quod ita uelle Carolum regem intelligebat. Omnes igitur eo profecti, Caelestinum ipsum ut uerum pontificem adorant. Eius autem coronationi interfuisse ducenta millia hominum Ptolemæus scribit: & se etiam affuisse fatetur, homines credo motos nouitate rei & sanctitate uiri, quod homo eremita ad tantum dignitatis gradum non nisi diuinitus prouectus esse uideretur post tam longam gentium contentionem. Inito itaque pontificatu, duodecim cardinales statim creat, uiros integerrimos, quorum de numero duo eremitae sunt habiti. Verum cum Caelestinus a priore uita ob pontificatum nequaquam declinaret, adeo benignus & facilis omnibus petentibus erat, ut eadem diuersis concederet: unde & contemptus dignitatis, & imminutio pontificatus oriebatur. Erat siquidem ob priuatam uitam, quam antea in eremo duxerat, rebus agendis parum idoneus. Hanc ob rem de abrogatione eius mentio fieri coepta est: maxime uero mortuo Latino cardinali uiro optimo, cuius autoritate Caelestinus tantum pondus adhuc sustinebat. Verum instantibus acriter cardinalibus quibusdam, maxime uero Benedicto Caietano, uiro in iure ciuili & canonico peritissimo uafroque, qui primum locum apud pontificem tenebat, ut se pontificatu abdicaret, ne ecclesia dei ob imperitiam gubernantis periclitaretur, deponendo pontificatu cogitare coepit. Hac autem eius leuitate & superstitioe motus Carolus, hominem amicissimum Neapolim perducit, eiusque animum a tanta foeditate rei amouere conatur, clamante ubique locorum populo se nolle alium pontificem quam Caelestinum, idque ab eodem pontifice precibus & obsecrationibus contendente. Cui pontifex respondit, nil aliud se esse facturum, quam quod deus uellet, quodque ipse e reip. Christiana esse censeret. Tum uero cardinales abdicacionem hominis quærentes, uehementer instant, ut id quamprimum agat, proposito reip. Christianae discrimine, quod sua ignoracione imminere omnium ceruicibus ostendebant, affirmantes omnia mala tum accideria, die iudicii sibi imputatum iri. Motus his uerbis uir sanctus & simplex, futurum se in eorum potestate dixit, modo id iure fieri posset. Quare constitutio omnium consensu facta est, licere pontifici abdicare se magistratu. Quam quidem constitutionem Bonifacius octauus eius successor postea confirmauit, quemadmodum libro sexto decretalium apparet. Tum uero Caelestinus ad priuatam uitam se redigens, alterius subrogandi pontificis cardinalibus ex instituto potestatem dat, pontificatus sui mense sexto. Atque ita Benedictus Caietanus plurimorum consensu pontifex creatus, Caelestinum ad eremum abeuntem, ex itinere ad se retrahit, eundemque praefecto arcis Fumonis, quae in Hernicis est, custodiendum tradit. Hac ratione motus, ut ipse dicebat, ne autores seditionum aliquam calamitatem hoc duce ecclesiae dei aliam quando inferrent, licet reuera hominis sanctitatem admirarentur. Vt cunque est, constat hominem ipsum magnae ingratitudinis & calliditatis fuisse: quippe qui am-

bitionis causa & uirum sanctum deceperit, dum eum magistratu se abdicare compulit, & captum uitam eremiticam appetentem, in arce Fumonis dolore animi ante tempus mori coegerit, anno uno, mense quinto post initum pontificatum. Sunt autem qui scribant Caelestinum post mortem adeo miraculis claruisse, ut plerumque in concilijs de eo in sanctos referendo habita mentio sit: fuisseque plerumque qui eum pro sancto colerent, & in catalogo confessorum recenserent. Eius autem celebritas quartodecimo calendis Iulij, qua die moritur, quotannis obseruatur ex institutione Clementis quinti Auenioni facta.

## BONIFACIUS VIII.

ca. pont.

**B**onifacius octauus, natione Hernicus, patria Anagninus, Benedictus Caietanus ante uocatus, Neapoli pontifex creat in uigilia natalis domini m. cc. xciiij. uir quidem doctrina & experientia rerum insignis. Diu enim in curia uersatus fuerat, & per omnes dignitatis gradus ad pontificatum, non sine tamen ambitionis crimine puenerat. Nam dum esset sancti Martini in motibus presbyter cardinalis, adeo dignitatem pontificatus exoptauit, ut nil ambitione & fraude praetermiserit, quod ad eam rem consequendam pertinere arbitraretur. Tantae praeterea arrogantiae fuit, ut & omnes fere contemneret, & gratias a Nicolao quarto & Caelestino quinto factas reuocauerit. Gibellinos quoque mirifice persecutus est. Hinc oritur illa inter pontificem & Columnenses Gibellinos contentio, qui etiam Anagninae contra pontificem factionis suae partes fouebant. Hos itaque, maxime uero cardinales duos, Petrum & Iacobum eiusdem familiae uiros insignes, calumniari coepit, quod thesauros ecclesiae in morte pontificum diripiissent, quodque libellos famosos contra se sparsissent. Scripserunt siquidem post illatam sibi iniuriam ad reges, ad principes, ad nationes de arrogantia Bonifacii, de ambitione, quod contra ius fasque pontificatus sedem occupasset, reiecto fraudibus Caelestino, eodemque in carcerem coniecto. Sunt enim qui scribant Bonifacium immisisse subornatores claculum quosdam, qui noctu dimissa quasi caelitus uoce in cubiculum Caelestini hominis simplicis, ei persuaderent ut pontificatum dimitteret, si saluus fieri uellet. Citati autem cardinales cum nusquam apparuissent, Bonifacii pertinaciam ueriti, Nepe sum enim secesserant una cum tota Columnensium familia, publico decreto schismatici habent, beneficij, dignitatibus, fundis paternis, castellis, oppidis priuantur: quam priuationem Bonifacius postea in decreti formam retulit, ut libro apparet quem Sextum appellat. Sumptis deinde armis Bonifacius, concitatisque multis cruce signatis, eos opprimere conatus, Praeneste quo se cum Sarra uiro insigni eorum patruo receperat, obsidione cingit. Dilapsos inde, capto ac direpto Praeneste, Zagarolum & Columnnam confugientes persequitur: unde non ita multo post abire ob multitudinem hostium necesse fuit, a quibus haec item castella diripiuntur, maxime uero Columnae paternum solum. Cardinales autem inde quoque dilapsi, Reate petiuere, Sarra uero apud Antium multum diuque in nemoribus uixit, sauitiam Bonifacii ueritus: sed in piratarum manus incidens, remigio admotus, multas calamitates perpeffus est, quam sauitiam Bonifacii experiri, quod Gibellinos omnes uno odio persequeretur. Notum est illud certe quod Procheto dixerit Genuensi archiepiscopo, ad pedes eius die cinerum procedenti. Nam cum dicitur a sacerdote tum soleat, memeto homo quia cinis es & in cinerem reuerteris, dixit mutatis quibusdam uerbis, memeto homo quia Gibellinus es & cum Gibellinis in cinerem reuerteris: in eiusque oculos cinerem coiecit, non in caput, ut mos est. Eundemque ob nomen factionis archiepiscopatu priuauit, licet postea in integrum restituerit, cum intellexisset cardinales Columnenses, quemadmodum ipse suspicabatur, Genuam non petisse. Pulsis hoc modo Columnensibus, Bonifacius duplicem celebritatem, & apostolis, & euangelistis, & quatuor ecclesiae doctoribus, Gregorio, Augustino, Hiero-



nymo, Ambrosio statuit. Idem etiam dum in urbe ueteri esset, beatum Lodouicum ex regia Francorum stirpe ortum, utpote ex Carolo secundo, ordinis sancti Francisci professum, ut quidam uolunt, in sanctos retulit. Idem quoque ecclesiam cathedralem sanctae Caeciliae Albiensis ciuitatis, canonicis secularibus pulsus inde, regulis tribus commisit, instante Bernardo Castaneto Albiensi episcopo. Edidit praeterea sextum pontificij iuris codicem, suo iussu a tribus doctissimis uiris compilatum, quibusdam decretis nouis a se additis. Urbem quoque Eugubium, quae Gibellinorum auspicijs ab ecclesia defecerat, breui recuperauit. Alberto duci Austriae, imperij confirmationem bis terque petenti, negauit. Mortuo autem Iacobo Aragonio, cum Robertus Caroli filius Calabriae dux in Siciliam traiecisset, Cathinamque cepisset, tantum repente bellum exortum est, ut tota fere Italia tumultuaret. Nam & Siculi Aragonensibus fauentes, comparata classe, Philippum Roberti fratrem bello superant, & captum in carcerem coniciunt. Quare Robertus relicta Cathina, re infecta, in Italiam reuertitur. Fredericus autem Arago ex Hispania cum exercitu in Siciliam delatus, non solum Siciliam totam, uerum etiam Calabriam recuperauit. In Hetruria uero adeo contra Pisanos Genuenses exarserant, ut & Liburnum ceperint, incendioque euerterint: & naues onerarias in fluminis ostio demerserint, ne Pisanis nauigare liceret. Fiebant haec in Italia cum magno prouinciae detrimento, pontifice nullibi ad pacem conficiendam auctoritatem suam interponente. Et ne existimares tum deum cum hominibus pacem habuisse, tantus repente terrae motus exortus est, quantus nunquam antea; quo quidem multis diebus per interualla plurima durante, aedificia passim corruere. Reate pontifex tum erat cum tota curia, qui certe ueritus ne ruina aedificiorum opprimeretur, casulam quandam ex tabulatis subtilibus, in medio claustro fratrum Praedicatorum, prato admodum lato, aedificari iussit: eoque in loco aliquandiu resedit, licet horrida saeuiret hyems. In celebritate namque sancti Andreae haec perturbatio exorta est. Apparuit tum quoque cometes, magnae alicuius futurae calamitatis indicium. Verum Bonifacius post tantos & tam diuturnos terrae motus, ad se rediens, cardinales aliquot creauit, quorum de numero fuere archiepiscopus Toletanus, Richardus Senensis, Nicolaus Taruissinus ordinis Praedicatorum magister, Iohannes Murro ordinis Minorum generalis, Petrus Hispanus. Iubileum quoque idem retulit anno millesimo trecentesimo, quo plenam delictorum omnium remissionem his praestabat, qui limina apostolorum uisitassent, ad exemplum testamenti ueteris, licet primo quidem apud Iudaeos huius longe alia ratio habita sit. Iubileum namque quinquagesimo quoque anno repetebant, quo debitores a creditoribus laxabantur, ut ait Iosephus, & serui libertatem uerba dicabant: unde libertatis nomen praese fert tam animi quam corporis. Nam liberi uere hi dici possunt, quibus peccata remittuntur. Idem etiam centesimo quoque anno obseruari mandauit. Ob hanc rem eo anno tanta undique hominum multitudo Romam uenit, ut uix incedere per urbem, amplam quidem & uastam, liceret. Venerat & Romam Carolus Valesij comes, Philippi Francorum regis frater, qui filiam Balduini ultimi Constantinopolitani imperatoris in uxorem duxerat, a Bonifacioque impetrauerat, ut socero suo liceret imperium ipsum repetere, a quo depulsus fuerat. Fecerat id quidem libenter Bonifacius, quod ei in animo erat horum principum auxilio exercitum in Asiam transmittere, qui Hierosolymam recuperaret. Interim uero dum res ipsae componerentur, & Carolus ipsum patrimonio sancti Petri cum omni potestate praefecit, & legatum in Hetruriam misit, qui nouas seditiones compefceret. Nam a Gibellinis & Guelfis, ad Albos & Nigros transferant. Verum cum legatus nil proficeret, propositis etiam interdictis, Carolus Valesius eo pontificis mandato profectus, continere Florentios non potuit, quo minus Albos non sine magna caede ab urbe sua pe-

Iubilei uero  
tio. Antiquitatum  
lib. 3. cap.  
14.

lerent. Albi enim Gibellini tum appellati sunt. Sed pontifex Hierosolymitanam expeditionem iam pridem meditatus, Apameensem episcopum ad Philippum regem Francorum mittit, qui hominem ad eam rem cohortaretur. Is itaque eo profectus, cum nil precibus impetraret, minas quidem addidit. Hanc itaque ob rem iratus Philippus, hominem subito in carcerem conicit. Quod ubi Bonifacius rescituit, eo statim misit Narbonensem archidiaconum, uirum certe insignem, qui pontificis nomine Philippo mandaret, ut missum faceret episcopum Apameensem. Id si non impetraret, diceret audientibus omnibus regnum Franciae ad ecclesiam de uolui ob contumaciam Philippi, & uiolatum ius gentium: adderetque anathema, & omnes Francos a iuramento regio absolueret. Fecit omnia quam diligentissime archidiaconus, ac regem compulsi episcopum Apameensem dimittere. Rex autem aliqua ex parte iniurias sibi a pontifice illatas ulturus, edictum proposuit, ne quisquam e regno suo Romam proficisceretur, aut eo pecunias mitteret. Secundo uero post iubileum anno, Carolus Valesius ad Carolum secundum consobrinum suum se contulit: cuius aduentu motus Fredericus Arago, pacem his conditionibus petijt & impetrauit, ut redditis quae in Italia ceperat, ei Siciliam quoad uiueret, retinere liceret. Verum abeunte ex Hetruria Carolo Valesio, Albi Florentia pulsi, Forumlij uij populariter comigrarunt: quorum de numero habitus est Dantes Aldegerius uir doctissimus, & sua uernacula lingua poeta insignis: qui postea redire in patriam persaepe conatus est, sed frustra adiuuantibus etiam Bononiensibus, & Canegradi Veronensium domino, quo cum postea familiariter aliquandiu uixit. Sunt qui scribant Bonifacium hoc tempore Hermanij cuiusdam corpus apud Ferrarienses iam uiginti annis pro sancto cultum, exhumari mandasse ac comburi, habita de eius haeresi quam diligentissima inquisitione. Hunc ego e fratercellis fuisse crediderim, quorum secta tum maxime inualecebat. Interim uero Philippus rex Franciae, Bonifacij arrogantiam iniquo animo ferens, habito apud Parisios ecclesiasticorum & nobilium magno conuentu, commemoratisque iniurijs a Bonifacio acceptis, eiusque ambitione & malis artibus ad occupandum pontificatum, quem iniuste teneret, ad sedem apostolicam tum, ut ipse dicebat, uacantem, futurumque concilium appellauit. Quaque re percitus Bonifacius, habito generali concilio, Philippum eiusque regnum Alberto imperatori subijcit, quem in initio pontificatus sui repulerat. Tum uero Philippus superbiam hominis domiturus, Sarram Columnensem in portu Massiliae cognitum, a piratis redemptum, cum Nogaretio Gallo equite fidelissimo Romam mittit, hac ratione (ut ipse palam dicebat) ut appellationem suam publicarent. Verum ei longe alia mens fuit. Nam Sarra seruili habitu Latium ingressus, collectis undique amicis, Nogaretium cum ducentis equitibus Gallis mercede conductis, e militia Caroli Valesij Ferentinum praemittit: qui inde ei si opus esset, auxilium ferret. Ipse uero Anagninam clam noctu ingressus, adiuuantibus Gibellinis, quos Bonifacius diu multumque uexauerat, pontificem nil tale metuens in domo paterna capit, refractis ualujs, captumque Romam perducit: ubi quinto & trigesimo die post dolore animi confectus perijt, pontificatus sui anno octavo, mense nono, die decimo septimo, sepeliturque in basilica Petri, sepulchro a se antea extracto: quod quidem adhuc extat in sacello a se condito opere uermiculato. Idem quoque suggestum condidit cum porticu apud basilicam Lateranensem, in quo execrationes in caena domini fiunt: quoque in loco & Philippum regem Franciae, & Columnenses anathemate notauit. Moritur autem hoc modo Bonifacius ille, qui imperatoribus, regibus, principibus, nationibus, populis, terrorem potius quam religionem iniicere conabatur: qui dare regna & auferre, pellere homines ac reducere pro arbitrio animi conabatur, aurum undique conquisitum plus quam dici potest, sitiens. Discant itaque huius exemplo principes omnes iam religiosi quam

seculares præesse clero & populis, non superbe & contumeliose, ut hic de quo loquimur, sed sancte & modeste, ut Christus rex noster, eiusque discipuli ac ueri imitatores: & malint a populis amari quam timeri, unde tyrannorum pernicies oriri merito solet. Sunt qui qui scribant hunc quoque discordias inter Italos aluisse: maxime uero inter Genuenses & Venetos, populos quidem nauali plio satis potentes.

eci. pont.

## BENEDICTVS .XI.

**B**enedictus undecimus, natione Italus, patria Taruifinus, Nicolaus antea uocatus, cardinalis Hostiensis, Romæ calendis nouembris pontifex creatur. Hic enim ab ineunte adolescentia ordinem prædicatorum ingressus, tantum uirtute & doctrina apud fratres suos ualuit, ut eum per omnes magistratus ad Generalis dignitatem prouexerint. Vnde & pontifex creatus, magnum breui tempore uirtutis suæ documentum præstitit. Ita enim uixit, ut post mortem inter beatos merito censeatur. Inito autem pontificatu Nogaretium & Sarram, omnesque Anagninos cum his in capiendis Bonifacio sentientes, & citatos antea ad iudicium, nec apparentes, grauiori anathemate notat. Cognita quoque regis Philippi causa, hominem Bonifacii censuris irretitum absoluit. in gratiam præterea recipit Iohannem & Iacobum cardinales Columnenses, quos ingenti odio Bonifacius factionis Guelphæ studiosus, plus quam pontificem decebat, persecutus fuerat. His quoque bona restituit, a galero tantum rubeo quo a Bonifacio priuati fuerant, ad breue tempus abstinere sunt iussi. Compositis autem hoc modo in urbe rebus, creatisque cardinalibus quibusdam, quorum de numero Nicolaus Pratenfis ordinis prædicatorum est habitus, animum statim ad componendam Italiae pacem adiecit. Verum quia in Hetruria magis quam alibi seditionibus laborabatur, eo Nicolaum episcopum Hostiensem cum summa potestate mittit: qui & nouos magistratus Florentiæ constituit, in illisque ædibus collocauit, quas nuper ad recipiendos magistratus ædificauerant, dominorum palatium nunc uocatur. Tum uero Nicolaus plura his sibi licere arbitratus, de reducendis exulibus mentionem facit: quod ubi ex animi sententia non impetrauit, proposito anathemate, Pratum se contulit. mortuo deinde non ita multo post Benedicto pontifice, tumultuatis in Hetruria omnibus, exules omnium ciuitatum in agrum Bononiensem conuenientes, primo ingredi Florentiam instituit, atque ita clam noctu apud portam, quæ Bononiam ducit, moenia nondum perfecta superingressi, usque ad templum diuæ Reparatae paulo ante inchoatum perueniunt. Verum dum & prædam cupide nimium quærunt, & amicos consulunt, quid maxime agendum censeant, hostibus suis sumendi animos, & capiendi arma tempus dant: a quibus non sine multorum caede prope expelluntur. Conducto deinde Roberto Calabriae duce, non solum sua tueri, uerum etiam aliena oppugnare ausi, Pistorium obsidione cingunt, adeo egregie ab his, qui in præsidio erant defensum, ut eruptione facta, Robertum cum exercitu Pratum usque repulerint. Benedicti autem uiri optimi ac sanctissimi mens fuerat, pacata Italia, Tartaros, Syriam & Palæstinam ingressos iuuare, a quibus literis & nuncijs ad tantam rem conficiendam continuo inuitabatur. Mortuus itaque Perusini (eo enim profectus cum curia fuerat) pontificatus sui mense octauo, die decimoseptimo, rem destinatam omittit. Sepelitur autem magna pompa, ut par fuit, in ecclesia fratrum prædicatorum, nonis Iulij millesimo trecetesimotertio. Fuisse autem Benedictum uirum optimum ac sanctissimum, declarant miracula a se post mortem edita, sanatis ægrotis, pulsisque dæmonibus e cordibus obsessorum. Vacauit tum sedes a nonis Iulij usque ad nonas Iulij insequentis anni, licet cardinales in conclaui ob eam rem constituti, a Perusino populo impulsis persæpe sint minis interdum additis, ut pontificem deligerent.

## CLEMENS .V.

eci. pont.

**C**lemens quintus, natione Vasco, Burdegalensis episcopus, Bertrandus Gotho antea uocatus, Perusini a collegio cardinalium absens, post longam contentionem pontifex tandem creatur. Is autem electioni consentiens, ex Burdegala Lugdunum profectus, eo cardinales omnes ad se uocat: qui sine mora pontifici obtemperarunt, atque ita curia Romana in Gallias translata est, millesimo trecentesimo quinto: ubi etiam ad septuaginta quatuor annos remansit cum magno Christianorum incommodo, potissimum uero urbis Romæ, cuius templa magna ex parte ob solitudinem & situm corruere, absentibus his, ad quos quidem ea restituere pertinebat. Coronationi autem pontificis interfuere, & Philippus rex Franciæ, eiusque frater Carolus nuper ex Italia reuersus, Iohannes Britannia dux, qui ruina muri oppressus moritur cum plerisque alijs, dum pompa coronationis, ut fit, per urbem ducitur. Philippus quoque rex ea ruina aliqua ex parte debilitatus est. Pontifex autem in tanta trepidatione ex equo deturbatus, solum carbunculum ex tiara amisit, precij aureorum sex millium, ut quidam scribunt. Peracto deinde solenni, sedatisque rebus omnibus, Clemens multos cardinales Gallicos tum creat, ex Italia nul- lum, licet Iohanni & Iacobo Columnensibus dignitatem cardinalatus integram restituerit. Tres præterea cardinales cum senatoria potestate Romam misit, quorum auspicijs urbs ipsa atque Italia gubernaret. At uero cum cerneret Genuenses & Pisanos inter se grauissimo bello implicitos, interimque Sardiniam a Saracenis occupatam esse, insulam hac conditione Frederico Siciliae regi concessit, ut primo quoque tempore eam pulsus inde hostibus recuperaret. Veneti autem cum Carolo secundo contra imperatorem Constantinopolitanum foedus ineuntes, eo Rastianum regem perpulere, millesimo trecentesimo septimo, ut orthodoxæ fidei rationem a Romano pontifice petierit. Verum cum postea Veneti ac Carolus refraxissent, Rastiani ipsi malo exemplo sententiam mutant. Interim uero apud Nouarienses noua hæresis a Dulcino & Margarita inuenta est, qua mares & feminae simul habitantes, in omnem libidinem prolabeantur. Fratricelli hi sunt appellati, quos opprimere Clemens conatus, eo statim milites quosdam cum apostolico legato misit, qui eos in alpibus positos, partim inedia & frigore, partim armis oppressit. Dulcinus autem & Margarita uiui capti, membratim lacerantur: eorumque ossa combusta dissipauit. Rescitum quoque eodem fere tempore est, templarios olim Christi milites, a nostris ad Saracenos defecisse. Hanc ob rem interfecti illi sunt, qui comprehendendi potuerunt: eorumque bona partim Rhodijs militibus, qui insulam paulo ante occupauerant, partim uero nouis religionibus sunt attributa. Iudæos quoque que Philippus rex Franciæ cum singulis uestimentis e prouincia sua deiecit, diruptis eorum bonis ob maleficia quædam & avaritiam. Verum cum non ita multo post Albertum imperatorem Iohannes ex fratre nepos interfecisset, omnes fere ciuitates Cisalpinæ Gallia dominos sibi eos delegere, quos antea capitaneos habuerant. Capitaneos enim præfectos urbium uocant, ut Verona Scaligeros, Mantua Pafferos, Patauium Carrarienses. Estenses autem iam pridem dominatu Ferrariae potiebantur, sed tunc potissimum Mutinam in potestatem suam redegere. Nec indignatus est Carolus secundus Neapolitanus rex, Beatricem filiam Azoni marchioni Estensi in uxorem tum collocare. Vex Friscus eius filius nouercam sibi superinducta cernens, patrem in carcere coniectum necat, Ferrariaque potius impetrato a Venetis auxilio ad expugnandum Thedaldum, castellum (ita accolæ uocant) potius positum. Tum uero cardinalis cognomine Pelagura, Bononiæ a Clemete missus, Venetis sub anathematis poena impat, ut a re Ferrariensi abstinerent. Optabat quidem Ferrarienses ipsi ditioni ecclesiasticæ subesse. Hæc ob rem Veneti maturandum ratum, castellum die noctuque oppugnatum tandem capiunt: quo facto, Friscus ipse uindictæ cupidus, dimidiam

Hæresis apud Nouarienses.

Templa-rij ad Saracenos defecerunt.

Ferrariæ partem incēdit, potissimum uero eorum domos, qui rebus nouis studere uidebantur. At ciues tantam iniuriam non diutius laturi, sumptis armis, Frisco dominatu electo, Venetis sese dedunt, cum cernerēt se ab his egregie defendi posse. Quare Pelagura indignatus, cruce signatos in Venetos & Ferrarienses undequaque propere ad se uocat. Clemens uero cognita Venetorum contumacia & regnandi cupiditate, eis anathemate notatis sacra interdicit: pro seruisque, direptis eorum bonis, ubicunque locorum reperirētur, haberi iussit. Quam ob re gens ipsa mercaturæ admodum dedita, & in Angliā & in Gallia maxima incōmoda perpeffa est. Alios præterea cardinales in Hetruriam bellis tumultuantem pontifex misit, qui Roberto Calabriae duci, Florentinis ac Lucensibus reliquisque prouinciæ populis mandarent, ut oppugnare Pistorium desisterent. Paruere tum omnes præter Florētinos & Lucenses: quare his quoque a sacris interdictum est. Verè abeunte Roberto Auenionē salutandī pontificis causa, Pistorienses diutino bello fatigati, deditiōnem tandem fecere. Captæ urbis Florentini & Lucenses incēnia euertunt, fossas compleunt, agrum sibi diuidunt: a sanguine tamen ciuium temperatum est. Solū urbis utriusque populo commune remanet. Quod quidem Florentini nō ita multo post contra fœdera inter se & Lucenses inita occuparūt, ducto circumquaque muro, eliminatisque fossis. Iidē præterea ut omnia circumquaque tutiora haberent, Acianum gentis Vbaldinæ castellum in agro Mugellano positum, emptū pecunia diruunt: in planoque haud longe Scarpariam, ut paucis ante annis in ualle Arni Castelfrancum & sanctum Iohannem, condunt. Missus tum quidem in Hetruriam Neapolio cardinalis Ursinus, qui res ipsas cōponeret, spretus a Florētinis & Lucensibus, eo ire prorupit, ut anathemata & interdictum publice continuaret. Hanc ob rem Florentini clericum ipsum grauissimis exactionibus diu multumque uexarunt. Vbi præterea hac scelerata sunt: nam Cursum Donatum ciuē egregium & de rep. benemeritum, interfecere, quia Vgutionis Fagiolani filiam in uxorem duxerat, adeo nobilitatem odio habebant. Verum cum postea Pelaguram legatum in recuperanda Ferrariæ castelloque Thedaldo a Venetis occupato iuuissent, a pontifice in gratiā recipiuntur millesimo trecentesimo nono. Eodem uero anno Carolo secundo rege Neapolitano mortuo, filius Robertus in regnum a pontifice missus, Bononiam ad Pelaguram proficiscitur: quem statim ecclesiæ nomine tumultuanti Ferrariæ præfecit. Is autem Neapolim iturus, Degum Catelanum uirum insignem, cum cohorte equitū in præsidio reliquit. Qui ubi continere Ferrarienses uerbis & minis in officio nō posset, equites ex arce in ciues demisit: quorum de numero multos certe trucidauit. Ad octo namque & uiginti ex optimatibus Estensium dominatum appetentes laqueo necauit. Eodem uero tempore Henricus Lucenburgenis a Germanis imperator electus, hac quidem lege a pontifice confirmatur, ut intra biennium coronam Romæ habiturus, Italiam ingrediatur. Hoc autem animo id egerat pontifex, ut imperatoris aduentu motus Italici cōprimerentur. Imperator itaque omnia se facturum pollicitus, oratores statim in Italiam ad populos & principes mittit: maxime uero ad Florentinos, qui tum Aretinos uexabant: petitque ut sibi & exercitui suo hospitium in urbe parent, ac uexare Aretinos desinant. respondere tū Florentini, tantum quidem principem imprudenter agere, qui barbaros in Italiam ducere conetur, quam ipse imperii causa a barbaris tueri deberet. Aretinis præterea imperatorem ipsum non bene consulere, quos sciret Guelfos quidem ciues suos expulisse: exules enim ab imperatore institui consueuisse, & extorres retineri. Ferunt tum Dantem Florentinos cæcos appellasse, quod imperatori tam insulse respondissent: quo certe nil poterat esse magis a rep. sua alienum: maxime autem tanto principe cum tanto exercitu hostili animo aduentate. Animos siquidem eis dabant Roberti regis promissa, qui in regnum proficiscēs, factionis Guelfarū de-

fenforem acerrimum ubique se futurum pollicitus erat. Imperator autem ad Taurinos alpes transgressus, in plana descendens, omnes fere ciuitatum principes honoris causa obuios habuit. Duæ tum præerant Mediolani factiones: quartā altera Turrianorum, altera uicecomitum habebatur. Guelfis præerat Guido Turrianus populi capitaneus, ut gentis uocabulo utar: Gibellinis uero Maffeus uicecomes. Veritus autem Guido, ne uicecomes Hærici gratiam ob factionem præoccuparet, contracto exercitu in agro Mediolanensi castra ponit, uisurus, ut ipse dicebat, qui nam urbem se inuito ingrederetur. Tum uero Maffeus nuncijs imperatorem ipsum propere Mediolanum uocat, ad urbem, ut ipse dicebat, imperii Romani domiciliū. Henricus itaque copias urbi admouens, magnos tū quidem tumultus in gressoriam Guidone concitauit: quos statim rebus hoc modo compositis repressit, ut Guido Vercellis potiretur, Maffeus uero equitum suorum dux & præfectus haberetur. Potitus Mediolano imperator, omnes fere ciuitates statim in deditiōnem accepit, præter Alexandrinos. Coronam itaque ferream Mediolani accipiens, quam modo etiam de more capere debuerat, tanta ciues impensa uexauit, ut grauata onere plebs, quæ libertatem sperabat, arma sumpserit. Tum uero Germani cū ab utraque factione suos cædi uiderent, ex suburbis urbem ingressi, factionum capita aduocant. Galeatius autem Maffei uicecomitis filius, relicto domi genitore, cum magna clientum manu ad imperatorem proficiscitur, ostenditque Turrianos tyrannidem urbis affectantes, tantum tumultus concitasse. Hanc ob rem Germani cū Gibellina factione in unum conuenientes, Turrianos non nihil apud plateam sanctæ Mariæ nouæ resistentes, ab urbe pellunt: qui Guidone suadente, Vercellas populariter petunt. Ex hac autem factione ad triginta interfecti referuntur, quorum de numero quatuor Turriani fuere. Mouens deinde in Cremonenses & Cremenses Henricus, qui Gibellinos eiecerant, Guelfos ad supplicium uocat: sed libera Cremonensium deditiō, Henricum mitiorem reddidit. In Cremenses aliquantulum sceleratum est, & eorum incēnia funditus euersa sunt. Parmenses autem timore percussis, qui Giberto Corrigia suadente, Rubeos in urbem acceperant, pulsos Guelfis imperatoris uicarium recipiunt. Tutati sunt aliquandiu se Brixiani. Verum cum acriter ab Henrico oppugnarentur, noctu ad Montana confugientes, uacua cultoribus urbem reliquere. Ingressi itaque Germani, urbis incēnia cōfestim demoliuntur. His autem uicinarum calamitatibus perterriti Mantuani, Veronenses, Vincētini, Patauini, Taruisini, Veneti, mandata imperatoris statim fecere. Placentini quoque pulso Alberto Scoto Guelforum duce, imperatoris præfectum suscipiunt. Compositis itaque hoc modo Cisalpinæ Galliarum rebus, imperator Amedeo Sabaudia comite, Pisanorum Genuensiumque oratoribus subsequētibz, per Placentinos iter faciens, Genuam proficiscitur. Quo etiam non ita multo post applicuere & legati Roberti Neapolitani & Frederici Siculi regis: illi simulatam, isti ueram amicitiam præ se ferentes. Nam Robertus rex marescallum suū cum duobus millibus equitum in Hetruriam miserat, qui Florentinis & Lucensibus, si opus uideretur, contra imperatorem auxilio essent. Verum Henricus Pisas classe delatus, præmissis terrestribz copiis, maximis incommodis Lucenses afficit. Libuit hæcenus commemorare hæc incommoda Italici illata, quorum omnis culpa a quibusdam in Clemētem transfertur, qui Henricum impulit cum exercitu Italiam ingredi. Sunt tamen qui scribant id ex utilitate prouinciæ a Clemēte factū ob intestina mala, quæ quotidie cum magna hominum cæde in unaquaque ciuitate, imo in quouis paruo etiam castello, committebantur. Cædebantur ciues, necabantur senes, allidebantur infantes, nec ullus crudelitatis modus inerat: unde Clementi placuit, quod scriptum apud Homerum est, unus sit princeps, ad quem omnia referantur. Henricus autem Romam uersus iter arripens, cum quingentis equitibus Lodouicum Sabaudiensem





autem ordinis, quem diximus a pontifice constitutum, caput in maritimo Syluensis diocesis oppido repositum est: militibusque omnia bona templariorum, annuente rege Portugalliae concessa sunt, quo liberius militiae Christi uacarent. Cuius censor & moderator est abbas Alcohafiani monasterii Cisterciensis ordinis Vlyxibonenfis diocesis, qui & conscribendi & exautorandi militum facultates habet. Deinceps uero duos Thomas in sanctos retulit, Thomam scilicet episcopum Herferdensem uirum nobilem genere, probatum moribus, doctrina insignem, miraculis clarum: & Thomam Aquinatem ordinis sancti Dominici doctorem praeclentem, de cuius uita & scriptis multa superius annotauimus. Creatis deinde septem cardinalibus secunda ordinatione, millesimo trecentesimo uigesimosecundo, statim edictum proposuit, quo eos declarauit pertinaces & haereticos, qui affirmarent Christum eiusque discipulos nihil priuati uel proprii habuisse, quod certe non multum cum sacra scriptura conuenit, quae multis in locis testatur Christum eiusque discipulos ac ueros imitatores nihil proprii habuisse, ut illud euangelij: Qui non uendiderit omnia, quae habet, & pauperibus dederit, non potest esse dignus me discipulus. Praeterea uero haereticum putauit esse, si quis affirmaret ipsis discipulis uendendi, donandi, testandi, acquirendi suo apte ingenio ius non competere, quod ad religionem euntes, in alterius arbitrium transeant: unde fit ut domini mancipia non sibi, sed domino acquirant: uel acquisita prius, ex arbitrio & mandato eius pauperibus distribuant. Harum autem institutionum literas apostolicas ad gymnasia publica transmisit, ne amplius scholastici ea de re disputare auderent. Damnauit praeterea glossulam quandam fratris Petri ordinis Minorum, qui conuentum quandam tertij ordinis ad imitandam Christi paupertatem animauerat, quorum de numero multi damnati & exusti fuere. Habita praeterea constitutione, ut eorum uocabulo utar, decem cardinales creauit: inter quos Iohannis Columnae & fratris Matthaei e gente Ursina ordinis Praedicatorum, ratio est habita. Dum haec a pontifice agerentur, Florentinus exercitus ingenti clade non longe a monte Catino ab Ugutione Fagiolano superatus est. Verum lucenses non diutius tyrannidem Ugutionis laturi, capta occasione, Nerium eius filium urbe eiciunt, dum Castrucium uirum domi nobilem & manu promptum, quem in carcerem coniecerat ob praedam ex hostibus captam, ad supplicium ducit. Pulsus itaque Luca Nerius, patrem in Lucenses concitat: cui quidem ex urbe in hostem prodeunti, Pisani statim claudere portas. Is autem cum filio ad Malaspinas confugiens, tentato saepius ac frustra ad tyrannidem reditu, tandem in Flaminiam solum paternum pontifice iubente rediit. Atque ita Castrucius ab extrema calamitate ad summam felicitatem perducitur: e carcere enim ad dominatum ciuitatis Lucensis traductus est. At uero pontifex intelligens & Estenses, pulso praesidio ecclesiastico, omnino Ferraria, & uicecomites adiuuante Lodouico Bauaro Mediolano potitos esse: omisis, ut ipse dicebat, ad tempus Estensibus, uicecomites interdictis notauit, magis in Lodouicum qui titulos imperij sibi usurpabat, quam in uicecomites inuectus. Eodem quoque tempore Gibellini Genuenses a conciuibus suis Guelphis pulsi, adiuuante Roberto rege, cuius potestati ciuitatem commiserant, Saonam populariter migrare uere. Hos postea etiam extorres bello insequens Robertus, dum in Gallias traehit, una cum Saonensibus in potestatem suam redactis, aliquandiu male habuit. Pontifex autem intelligens discessu Roberti Guelphos ubique opprimi, Carolum Valesij comitem, Franciae regis Philippi filium, in Italiam mittit, qui Guelphis praesidio esset: & his potissimum qui apud Vercellas cum Turrianis erant, urbis ditio ne potitis. Verum superueniente Lodouici imperatoris iussu Galeatio uicecomite ante aduentum Caroli, Turriani Vercellis pelluntur, eaque urbs in potestatem uicecomitum redigitur. Potitur & Castrucius non ita multo post Pistorio, ut Guido

Math. 19

Petramala paulo ante Tipherno, Florentinis aduersantibus. Sed Castrucius Galeatio uicecomitis auxilio fretus, nam Accium filium cum mille & quingentis militibus ei auxilio miserat, Florentinos magna clade superatos ad moenia usque persequitur. Tum uero pontifex uidens in Bauaro turbadi omnia principum inesse, ei sacra interdicit more solenni, ut fieri consueuit: Guidonemque Petramalam post occupatum Tiphernum, sacerdotio exautorauit. Cortonam quoque a diocesi aretina separatam in ciuitatem erexit, creato Iohanne Viterbensi Cortoniensium episcopo. Interim autem Nicolaus Estensis Ferrariae dominus, Argentam Rauennatis ecclesiae oppidum ui occupat, adiuuante Passarino Bonacossio urbis Mantuae tyranno, qui sororem Nicolai paulo ante in uxorem duxerat. Hi etiam iunctis simul copijs Bononienses aggredi sunt ausi, sed a Beltrando ecclesiae copiarum duce superati, cum magno incommodo abiere, non ita multo post a pontifice anathemate notati. Ferrariae praeterea interdictum sacris, donec Argenta redderetur. Castrucius uero adeo Florentinos tum uexabat capto oppido Signa, unde frequentes incurfiones in eos faciebat, ut desperatione rerum adducti, Carolum Roberti filium in dominum uocauerint. Tum uero Iohannes pontifex Iohannem Ursinum in Italiam prope re mittit, qui Florentinos & Guelphos omnes in Bauarum confirmaret, iam Alpes cum magnis exercitibus transeuntem. Is autem Romam iter facturus, primo Mediolanum proficiscitur, Gibellinorum precibus motus. Verum cum accepta ferrea corona pecunijs indigeret, atque eas a populo exigeret, quem Galeatius tuebatur omnibus uicecomitibus in carcerem coniectis, quatuor & uiginti ciues deligit, qui remp. administrarent addito praefecto, quem ex gente sua urbi praefecit. Bauarus tamen postea Castrucij precibus motus, uicecomites omnes incolumes dimisit, dum Lucae essent, ubi imperator a Lucensibus magna cum benignitate susceptus est. Inde uero abiens, comitante cum mille & quingentis equitibus Castrucio, Romam peruenit: ubi apud aedes Laterani iussu cleri populique Romani a Stephano Columna coronatur. Praerant tum urbi duo ex nobilitate Romana, quos Romani imperatoris uicarios appellabant. Tum uero cum Nicolaus comes alter collega abesset, Stephano ea fors obtigit. Coronatus imperator, Petrum Corbariensem ordinis Minorum, ex Reatino agro oriundum, pontificem statim creat, Iohannis uigesimotertij, aemulum futurum, hominem quidem humili loco natum, sed doctum, & ad res agendas aptissimum. Habuit hic primo uxorem, qua renuente ac reclamante, religionem & habitum sancti Francisci suscepit. Creatus itaque pseudo pontifex, ac Nicolaus quintus appellatus, ab imperatore & his qui tum cum eo aderant, ut uerus Christi uicarius consalutatur. Creauit is quoque cardinales & episcopos homines suipsius consimiles. Interea uero cum equites Galli in praesidio Florentinorum relictis, noctu insidijs Pistorium occupassent, Castrucium Roma abire confestim cogunt: qui primo iunctis cum uicecomitibus copijs, Pisas Lucamque peruenit: inde uero in Pistorium mouens, ciuitatem diu obsessam fame ad deditionem tandem compulit. Subsequens autem Castrucium cum exercitu Bauarus, Viterbij antipapa reliquit Florentiam oppugnaturus: qua fortasse occupasset, nisi Castrucio graui morbo ex immensis laboribus tracto, mori contigisset. Bauarus tamen tanti accepti beneficii immemor, eius filios Pisis ac Luca expulit, dum in ciuitatibus praesidia disponerent, urbibusque ipse potitus est. Mortuo quoque eodem tempore Galeatio uicecomite, eius filij ad Bauarum confugiunt, hominem rogantes, ut accepta grandi pecunia, quam ipsi pollicebantur, se in patriam remittat. Tum ille pecuniae admodum cupidus, Accium in patriam remittens, Marcum fratrem tandiu obsidem apud se detinuit, quandiu ei pecuniam remitterent. Verum Bauarus relicto Pisis antipapa, Marcoque uicecomite, Mediolanum profectus, in Germaniam iturus, nequaquam ab Accio in urbe recipit paternam

iniuriarum memore. Germani autem milites, qui in Hetruria Marcum uicecomitem obsidem retinebant, cognita hominis uirtute, in eius uerba iurauere, ex captiuo ducem creantes: qui statim deditibus arcem castrucianis militibus, Luca positus est. Verum non ita multo post absente Marco, Germani milites mutata sententia, Lucam urbem cuidam Genuesi ex gente Spinola, qui multum classe ualebat, uendiderunt. Abeunte praeterea in Germaniam Bauaro, re omni infecta ad imperium spectante, Bonifacius Pisanus comes rem gratam Iohanni pontifici factururus, antipapam Auenionem perducit: ubi in carcerem coniectus, uitam cum morte permutauit. Tum uero pontifex duabus maximis curis liberatus, quod antipapam e medio sustulerat, quodque Bauarus in Germaniam relicta Italia abierat, instante Francia rege, expeditione in Saracenos promulgat, impositis decimis, quae Philippo ipsi ad expeditionem ituro, darentur. Ceperant tum Lucae Florentini, unde a militibus Boemicis statim expelluntur, quos antea Brixiani contra Bergomates in Italiam accersierant: quorumque auxilio fretus pontificis legatus, Parmam, Rhegium, Mutinamque ceperat. Is autem in ita cum Iohanne rege Boemiae amicitia, omnem rationem factionum Italicarum repente commutauit. Nam quibus pontifex & Boemiae rex amici ac socii erant, illis Robertus ac Florentini repente aduersabantur, nullo Guelphorum aut Gibellinorum discrimine habito. Mastinus enim Scala Veronae, Philippinus Gonzaga Mantuae, Carrarienses Patavii, Estenses Ferrariae domini, amicitiam & societatem cum Roberto ineunt, cuius etiam auxilio Florentini adiuti, Pistorium capiunt, deditibus tamen urbem quibusdam ciuibus, nemineque aduersante. Inter ea uero marchiones Estenses non prius ab interdictione ecclesiastica absoluti sunt, quam Ferrariensium precibus fatigati, Argentam a se occupatam, ecclesiae Rauennati reddiderunt. Hi tamen auxilio Scaligerorum freti, castellum sancti Felicis agri Mutinensis obsidere incipiunt. Vix superueniente Carolo Boemiae regis filio, Manfredoque cognomento Pio Carpi domino, qui societatem simul inierant, Estenses funditur fuganturque. Ex eorum militibus ad octingentos cecidisse ea pugna constat, multosque ex nobilitate captos, maxime uero Nicolaum Estensem Rainaldi marchionis fratrem. Hac autem opportunitate motus legatus Bononiensis, comparato satis iusto exercitu, cui & Galeotus Malatesta Ariminensis, & Franciscus Ordellapus Foroliuensis, & Richardus Manfredus Fauentinus, & Hostasius Polentanus Rauennas praesere, Ferrariam obsidet. Nam hi omnes suarum ciuitatum dominatum paulo ante occupauerant, cum prius earundem capitanei haberentur. Oppugnabatur tum acriter Ferraria, capto sancti Antonii suburbio, cum auxiliares copiae a Philippino Gonzaga, a Mastino Scala, ab Vbertino Carrariensi missae, animus ad erumpendum Ferrariensibus deditur: qui & hostes fundunt, & omnes fere duces capiunt. Captus autem Romandiolae comes, cum Nicolao Estensi commutatur: reliqui deinceps incolumes ad suos remittuntur, hac conditione tamen, ne arma amplius contra Estenses capiant. Elatus uero tanta uictoria Rainaldus Estensis, in agrum Bononiensem mouens, longe omnia populatus, a capienda urbe paululum affuit. Venturum quidem in auxilium legati regem Boemiae Bononienses sperabant: & iam esse in itinere dicebatur, cum subito ei nunciatum est, & Mastinum Scalam Brixiam ac Bergomum in deditorem accepisse: & Accium uicecomitem Papiam ingressum, arcem oppugnare. Hanc ob rem ab instituto itinere discedens, relicto Parmae filio, cum aliquot cohortibus Papiam ipse profectus, cum superare munitiones uicecomitis non posset, uastato Mediolanensium agro, Parmam deinceps re infecta rediit: ubi quoque intellexit Americum Castrucii filium, Lucam amicorum opera recepisse. Oppugnabatur tamen arx, quam etiam rex accepta granda pecunia Lucensibus & Americo reliquit, breui in Germaniam iturus, Italicas factiones praesens, Nam uicecomites capta iam arce Papiensi, longe & late uires suas diffun-

debat. Mutinae itaque & Rhegii imposito Germanorum praesidio, comendataque Parma Marfilio & Petro Rubeo, in Germaniam abiit, celerem reditum cum maioribus copiis pollicitus. Abeunte autem rege, Bononienses ipsi adiuuantibus Florentinis, & marchione Estensi, pulso legato, in libertatem se uindicant, caeso tum in urbe, tum in agris ecclesiastico praesidio. Hanc ob rem legatus omni ope destitutus, Auenionem proficiscitur anno domini millesimo trecentesimo quarto, quo tempore eodem in loco Iohannes pontifex moritur aetatis suae anno nonagesimo, pontificatus uero xix. mense quarto, relicta in thesauris tanta uis auri, quantum ante se pontifex. Sepe litur autem in ecclesia cathedrali cum magna funeris pompa. Sunt qui scribant Petrum Murroneum, quondam pontificem, a Iohanne in sanctis relatum: Gertlemque Fulginatam & Dylum Florentinum medicos insignes, magnis praemiis & honoribus tum ab eo affectos. Amator enim doctorum uirorum est habitus.

## BENEDICTVS XII.

Benedictus duodecimus, patria Tolosanus, ordinis Cisterciensis, Iacobus antea uocatus, sanctae Priscae presbyter cardinalis, sextodecimo die post Iohannis mortem, Auenione pontifex creatus, statim censuras in Bauarum a Iohanne factas, ut in usurpatorem imperii, confirmauit. Hac autem ratione uacante imperio, ad arma omnia respiciebant, cum unusquisque quantum uis paruus dominus, rapere ex alieno conaretur. Scaligeri enim non contenti Veronae, Brixiae, Bergomi dominatu, Parmam adimerent Rubeis conabantur: Gonzaga Rhegium, Estensis Mutinam, Florentini Lucam appetebant. Vix cum Scaligeri potiri Parmae nequirent, acriter qui in praesidio erat, urbem defendentibus, maxime uero Germanis militibus, qui Scaligero infensi habebantur, in Vincentinos exercitum mouent: unde re infecta abeuntes, cum Germanos milites abesse Parma intellexissent, eo profecti, urbe statim potiuntur, Rubeis ipsis eam deditibus: Nicolaus quoque Estensis, Beatrice Guidonis Gonziaci filia in uxore accepta, soceri copiis adiutus, Mutinam capit. Philippinus item Gonzaga ciuibus ipsis ultro deditibus, Rhegium Lepidi in potestatem suam statim recipit. Tum uero crescente Mastini Scalae potentia, qui & Parmam & Lucam & Patauium, dedente Vbertino Carraria, in potestatem suam redegerat, ad tantum dominatum extinguendum omnes fere Italiae populi & principes simul coniurarunt: maxime autem Veneti, & Luchinus uicecomes, qui Accio paulo ante mortuo in dominatu successerat. Cinxerunt Veronam obsidione Veneti, Gonzaga, Estensisque, dum Luchinus alio exercitu Brixiam & Bergomum in suam potestatem redigit. At uero cum Veneti timerent, ne dum potentiam unius extinguere parant, aliter ausgerent, pacem hac conditione cum Mastino Scaligero ineunt, ut omisso Patauio Carrariensibus, dimissaque Brixia & Bergamo uicecomiti, quas urbes nup occupauerat, ipse Veronam, Vincentiam, Parmam Lucamque retineret. Displicuit uehementer haec pax Florentinis sociis & amicis, qui potiri Luca admodum cupiebant: sed reiecta in aliud tempus querela, tum quidem reticere. Pontifex autem misso in Italiam legato, senatus populoque Romano psuasit, ut senatoriam dignitatem, quam diu regio nosse gesserat, suis tandem & ecclesiae auspicijs administraret. Hanc ob rem & Stephano Colonnae senatoria dignitas in quinquennium progata est, & collegae annui ei dati sunt. Vix cum pontifex Stephanum ad se Auenionem uocasset, Ursus Anguillariae comes, Stephani collega, Franciscum Petrarcham uirum eloquentissimum, maxime autem ueraculum lingua rhythmicisque uulgaribus, corona poetica in capitolio donauit, astate populo omnique Romana nobilitate, anno salutis millesimo trecentesimo octauo. At pontifex ueritus, ne uacante imperio Italia ab aliquo externo hoste intraderetur, Luchinum uicecomitem Iohannemque eius fratrem archiepiscopum Mediolanensem, Mediolani aliarumque urbium, quas possidebant, uicarios instituit. Eandem quoque potestatem Mastino Scalae, Veronae & Vincentiae: Philippino

ccliij. po.

Franciscus Petrarcha.



Gonzaga Mantuae & Rhegi: Albertino Carraria, Patau: Obicioni Estensi Ferraria, Mutinae, Argentae suo iure (ut ipse dicebat) tribuit: quod uacante imperio, omnis eius potestas in pontificem recidat, Iesu Christi superni regis unicum in terris uicarium. Obicioni tamen Estensi hoc uectigal imposuit, ut quotannis decem millia nummum auri ecclesiae Romanae persolueret. Semel autem toto sui pontificatus tempore sex presbyteros cardinales creauit, uiros egregios, non de sua stirpe, ut nunc fit, sed unde quae ad tantam dignitatem uocatos. Non improbo tamen eos, qui ob cognationem & affinitatem ad summos dignitatis gradus eriguntur, si tanta conditione digni sunt. Tantae praeterea constantiae fuit, ut dimoueri a recto uel uel uel precario uel pollicitationibus nunquam potuerit. Bonos enim diligebat, & uicissim malos ac sceleratos aperte odio habebat. Componere item pacem inter Philippum Franciae & Eduardum Angliae regem saepe tetrauit per legatos, at frustra, qui maximis cladibus quam saepissime inter se concertarunt. Nam Eduardi classis supra Scylas non longe a portu Flandriae, tanta uicissim Gallis dimicauit & uicit, ut ad triginta millia Gallorum una pugna interfecta referantur. Pontifex autem rem saepius tentatam omittens, aedes pontificias cum turribus & pomis in choa uicissim ac perfecit: suoque iussu impensaque basilicae sancti Petri tectum restituit, quemadmodum epigramma ad eius statuam in eadem basilica positum, indicat. Moritur autem pontificatus sui anno septimo, mense tertio, die decimosextimo. Multam uim auri non cognatis suis & affinibus, sed ecclesiae reliquit. Zorum pictorem illa aetate egregium, ad pingendas martyrum historias in aedibus ab se structis conducere in animo habuit. In morte autem optimi pontificis & doctissimi, omnes fere collachrymarunt: idque in pompa funeris qui aderant, stertibus & gemitu praese tulere.

CLEMENS VI.

Clemens sextus, patria Lemonicensis, Petrus antea uocatus, primo monachus, deinde archiepiscopus Rhotomagensis, postremo pontifex Auenione creatus est. Fuit autem uir multae doctrinae compositaeque eloquentiae, liberalis in omnes, comis & perhumanus. Electus itaque nonis Martii, millesimo trecentesimo quadagesimo secundo, coronatur xiiii. calendas Iunii. Sequentibus uero ieiunijs pontificatus sui anno primo, octo presbyteros cardinales creat, diaconos duos, scilicet fratrem suum monachum Tutellenis professionis, & Guilielmum ex sorore nepotem. Ex his praeterea quos presbyteros creauit, unus ei affinitate coniunctus fuit. Sequenti autem annos duos item creauit: quorum alter eius erat ex altera sorore nepos. Perentibus siquidem Romanis, ut quemadmodum Bonifacius octauus olim concesserat, ut centesimo quoque anno (quod seculum antiqui appellabant, unde ludii seculares nominati sunt) plenam peccatorum omnium remissionem uisitantibus limina apostolorum Petri & Pauli, quinquagesimo quoque anno id facere libenter annuit, cum dicerent aetatem hominum iubileum illum centum annorum attingere non posse. Verum cum intelligeret totam Italiam in tumultu esse, solos Luchinum & Iohannem uiccomites, uicarios Insubriae confirmauit, de reliquis Italiae principibus nulla mentione habita. Existimabat enim solos uiccomites Bauaro resistere posse, in Italiam (ut ipse praedicabat) descensuro, qui uicissim, ut par pari pontifici redderet, in ditione ecclesiastica multos uicarios imperiali autoritate confirmauit. Nam Iohannem de Vicourbis, praefectum Viterbii: Galeotum Malatestam & fratres, Arimini, Pensauri, Fani: Antonium Felettarium, Urbini: Nolphum & Gallasium fratres, Callii: Alegretum Clauellum Fabriani, Bulgarutium Matelicarum: Ismedutium, sancti Seuerini: Gentilem Varraneum, Camerini: Michaelem montis Milonis: Pongonium Cingoli: Nicolaum Boscaretum Esii: Guidonem Polentensem Rauennae: Franciscum & Synebaldum, Foroliui & Cesena: Iohannem Manfredum, Fauentiae dominos confirmauit: licet ante quidam

vide *Sarbellicum lib. 8. enead. 9. non longe a fine.*

ex his loca ipsa partim ui, partim beneuolentia ciuium adepti fuerant, ut in Benedicto diximus. Interim uero Frescobaldi Florentini ciues admodum potentes, a ciuibus suis pulsi, Pisanos ad arma concitant iniquo quidem tempore. Florentini enim Parmam a Scaligeris empturi tum erant: & ob eam rem filios obfides iam Ferrariam miserant, quingenta millia nummum auri polliciti. Sequester enim ad eam rem conficiendam, Ferrariensis ab utroque electus est. Verum cum Florentini alia super aliam clade, tum a Pisanis, tum ab eorum socijs afflictati essent, omittere tantam emptionem coacti sunt: ferre tamen auxilium Lucensibus a Pisanis obsessis non omiserunt, adiuuantibus etiam socijs, copiarum duce Malatesta Ariminensi, cognomento Vngaro, qui Pisanos a ceruicibus Lucensium armis quidem repulit. Tum uero Robertus Florentinorum amicus, sociorum calamitatibus permotus, Gualterium quendam Gallum Athenarum duce appellatum, cum paruo equitatu in Hetruriam misit, qui artibus exquisitissimis deiecit Malatesta, ut imperito belli duce, ita gratiam Florentini populi aucupatus est, ut breui & copijs eorum & urbi praeficeretur, deiectis & extinctis omnibus urbis magistratibus. Huius quoque fortunam iuuenere Aretini, Pistorienses & Volaterrani, qui homini sese statim dedidere. At cum Accius Corrigiensis Parmam urbem quam ipse tueri non poterat, Obicioni Estensi dedisset, Philippinus Gonzaga bello ab ipso Obicione laesissimus, comparato exercitu in agro Rhegiensi hominem inuadens, collatis signis tanto impetu fundit, ut fugientem Ferrariam usque persecutus sit. Tum uero Obicio desperatione rerum motus, Parmam ipsam quam retinere non poterat, Luchino uiccomiti tuendam tradit, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto. Cum autem Florentini ferre Gualteri tyrannidem diutius non possent, necarenturque quotidie multi, in eum ob libertatem coniurantes, Angelus Acciaiolus urbis episcopus, ciues armatos in episcopatum prope ad se uocat, patriam in libertate uendicaturus. Quare tyrannus imparem se ciuibus uidens, episcopo ipso pacis sequestro adhibito, incolumis cum militibus & rebus suis decimo tyrannidis suae mense abiit. Vix plebs ipsa ingrata ut semper, nobiles ciuitatis, quorum consilijs & armis libertatem consecuta erat, exules facit, direptis eorum bonis aedibusque euerfis. Et ne quid deesset ad perturbandam totam Italiam, in regno quoque Neapolitano magna discordia exorta sunt. Rex enim Robertus sine stirpe uirili moriens, Iohannam filiam Andreae nepotis sui, Caroli regis Vngariae filio uxorem dedit. Neapolim enim illis diebus adolescens uenerat. Verum Iohanna hominem socordem perosa, eum in urbe aduersa per insidias interimmit: alterique fratrueli nubit, Lodouico olim Tarentini principis filio, quem Roberti quoque fratrem fuisse constat. Tum uero Lodouicus rex Vngariae primi mariti frater tantum scelus ulturus, cum paratissimo exercitu in Italiam ueniens, primo Sulmonenses resistere ausos oppugnare adoritur. Interim autem Romae creandorum senatorum ex autoritate apostolica commutata ratione, Nicolaus Rentijs ciuis Romanus populicus scriba, uir quidem erecti ad libertate excelsumque animi, occupato armis capitolio, tantum sibi beneuolentiae & autoritatis apud omnes comparauit, ut facile quo uellet mentem populi Romani flecteret. Is autem quo magis animos hominum commoueret, hoc titulo usus est: Nicolaus seuerus & clemens, libertatis, pacis iustitiaeque tribunus, ac sacrae Romanae reipublicae liberator illustris. Hac autem uerborum pompa tantam de se & admirationem & opinionem concitauit, ut omnes Italici nominis per legatos pacem amicitiamque ab eo petierint. Fuere & quaedam externae prouinciae, quae ad Romani imperii gloriam renascentem, ut ipsae putabant, respicerent. Sed parum inoleuit fucata gloria: nam dum parti ciuium consulit, parti aduersatur, repente ex patrono tyrannus est habitus. Hanc ob rem septimo magistratus sui mense, sponte sua, ignaris omnibus, mutata ueste, per obscuram noctem Roma abiens, ad Carolum Iohannis filium in

Boemiam proficiscitur: quem Clemens pontifex ob multarum linguarum literarumque peritiam, in Bauari etiam contumeliā, ab electoribus in Cæsarem designari paulo ante fecerat. Captus itaque tribunus a Carolo, & Auenionem missus, pontifici dono datur. Lodouicus autem Sulmone post longam oppugnationem potitus, regnum deinceps facile occupat, abeuntibus in provinciam Narbonensem ob timorem Iohanna & adultero Lodouico, relicto ad regni custodiam duce Dyrachino, Roberti regis nepote: quem Carolus prælio superatū & captum, ultimo supplicio affecit. At uero cum fere in tota Italia peste laboraretur, Carolus relicto satis magno præsidio, tertio mense in Ungariam reuertitur, eo maxime tempore, quo Iohannes archiepiscopus magni animi consiliūque uir, mortuo fratre Luchino, uicarium Mediolanensem a pontifice suscepit. At Clemens retento in uinculis Nicolao, cardinales quosdam Romam misit, qui statum urbis cōponerēt: ad quos Franciscus Petrarca perscribens eis persuadet, ut promiscue senatores ad tollendam seditionem ex plebe ipsa creent, cum non satis constet in ipsa urbe Roma, qui senatorij, quique plebei ordinis sint, quod omnes fere peregrini sint & ignotis parētibus orti. Declarati itaque senatores sunt, Petrus Sarra Columnensis, & Iohannes Vrsifilius. Quo quidem tempore pestis adeo triennio totam Italiam peruagata est, ut uix decimus quisque ex millesimo homine superferit. Nec id quidem mirum, cum ob iubileum contagione hominum & multitudine undique Romam commigrantium, squalore, situ, pedore, omnia inficerentur. Venere autem tum in potestatem Florentinorum Collis oppidum, & Geminianum. Venit & in potestatem archiepiscopi Mediolanensis Bononia, ciuibus ipsis ultro deditibus. Quare pontifex commotus, misso in Italiam legato, Florentinos & Mastinum Scalam in uicecomitem concitat. Sed mortuo Mastino, archiepiscopus Canem grandem Mastini filium, omnesque Flaminiae & Hetruiae Gibellinos in foedus amicitiamque sui pelliciens, Bernabouem nepotem Bononiam misit, qui ciues in fide contineret. Interim uero Florentini nemine uetante, Pistorienses ac Pratenses aggressi, eos tandem in potestatem suam armis redigunt. Verum postea ab archiepiscopo uexati, duce copiarum Iohanne Aulegio, uix tum quidem se moenibus tutati sunt. Defecisse tum Anagnare & Burgum sancti sepulchri ecclesiae oppidum ad uicecomites constat. Pugnae tum etiam legitur Genuenses & Venetos inter se bello nauali, in quo primo uicti Genuenses sunt: mox uictores praefecto classis Philippo Auria, & Chium insulam de Venetis cepere, & Euboiam (quam Necropontum uocant) magnis claudibus uexarunt. Clemens autem quieti Italiae tandem cōsulturus, Lodouicum Tarantinum principem, regem Neapolitanum decreuit, pacem cum Ungaro instaurat. Urbem Auenionensem a Iohanna regina emit, eius enim patrimonium habebatur. Perfoluitur precium feudi permutatione: tantundem enim & eo amplius ob regnum Neapolitanum ecclesiae Romanae debebat. At uero dum Anglerianus uicecomes Scarperiam in Mugello obsideret, Senenses, Aretini, Perusini suis rebus timentes, nouam societatem cum Florentinis contra uicecomites ineunt. Sentire cum uicecomitibus Pisani aperte non poterant ob Gambacurtos familiam potentem Florentinis amicam: qui resistere uicecomiti nequeunt, Carolum imperatorem in Italiam uocant. Hac ob rem motus pontifex, ueritusque ne Italia ferro ac flamma uastaret, quemadmodum se factus: imperator minabatur: & uicecomitibus Bononiam hac lege permittit, ut xij. millia nummū auri quotannis ecclesiae psoluerent: & pacem inter uicecomites & Florentinos componit his conditionibus, ut neuter istorum Pisanos, Lucenses, Senenses, Perusinos uexaret: utque Burgum sancti sepulchri ecclesiae obtemperaret, libertatemque Cortonensium uicecomites tuerentur. Pacem quoque & foedus componere inter Philippum regem Franciae & Eduardum Angliae annixus est, sed frustra: adeo erant ad bellum animati, in quo Eduardus uictor caesis uiginti

*Pestis in Italia.*

Gallorum militibus, Calesium undecim mensibus obsessum, uix tandem cepit. Eadem quoque fortuna superantur Scoti, ab his qui Eduardi auspicijs in Scotia tum militabant. Pontifex autem boni pastoris officio functus, cum foris prodesse Christianis non posset, domi ecclesiastico senatui consuluit. Aliquot enim praestates uiros in cardinales legit: maxime uero Aegidium Hispanum archiepiscopum Toletanum, Nicolaum Cappocium Romanum ciuem, Rainaldum Vrsinum ecclesiae Romanae protonotarium. Nepotem quoque suum huic numero ascripsit, qui postea pontificatum adeptus est, & Gregorius undecimus appellatus. Sunt qui scribant hunc pontificem in sanctos retulisse Iuonem presbyterum & confessorum Britannicum. Pontificatus autem sui anno decimo, mense sexto, die uigesimo octauo millesimo recentesimoquinquagesimo secundo mortuus, Auenione sepelitur, adhibita a cardinalibus, qui tum aderant, honesta funeris pompa.

#### INNOCENTIUS VI.

*cebi. part.*

Innocentius sextus, patria Lemonicensis, Stephanus antea uocatus, pontificis ciuilibusque iuris uir consultissimus, procurator primo, mox episcopus Claromontanus, deinde cardinalis, pontifex tandem creatur, anno domini millesimo recentissimoquinquagesimo secundo, decimo sexto calendas Decembris. Fuit autem uir integerrimae uita, magnaeque constantiae & seueritatis. Beneficia autem ecclesiastica non nisi probatissimis sacerdotibus, tum uita, tum doctrina dedit. Post uero coronationem suam multas reseruaciones a Clemente factas suspendit: constituitque statim, ut omnes praelati, omnesque qui beneficia habebant, ad ecclesias suas sub anathematis poena proficiscerentur. Dicebat enim oues pascuas a proprio pastore, non a mercenario custodiri debere. Impensam quoque domesticam quae magna erat immiuit, familiam suam ad certum & honestum redigens numerum. Nec domi uoluit nisi uixitros habere probatissimos. Idem ut faceret cardinales, acerrimo edicto mandauit, distans suam ac omnium ecclesiasticorum uitam caeteris exemplo esse debere, ad imitationem saluatoris nostri, cuius tota uita ad institutionem humani generis respiciebat. Praeterea uero sacri palatii auditoribus salaria instituit, ne muneribus corumpi in decernendis litibus ob inopiam possent. Dicebat enim famelicos non facile etiam ab alieno cibo abstinere, si sit oblata quouis modo edendi facultas. In uictu parcus est habitus, in sumptu bellico largissimus, dum bello repetit quae a tyrannis superioribus temporibus occupata fuerant. Aegidium namque Hispanum e gente Carilla cardinalem Sabinum uirum insignem, e latere suo in Italiam misit, qui bello tyrannos persequeretur, ditionemque ecclesiasticam tutiorem redderet, eo maxime tempore, quo imperator Constantinopolitanus, Aragonum rex, & Veneti, contra Genuenses foedera inter se iniere. Hi autem comparata in genti classe, numero nauium & copia militum superiores, Genuenses inter Constantinopolim & Chalcedonem aggrediuntur loco ipsis Genuensibus iniquo, uento aduersante. Pugnatum est ab aurora usque ad uesperam: ac tandem Graecis in fugam uersis, Veneti ac Catelani magna ex parte cum praefecto classis caduntur, Pagano Auria duce. Veneti autem tantam cladem & ignominiam iniquo animo ferentes, redintegrata cum Catelanis classe, Nicolao Pisano Venetae classis praefecto, sequenti anno non longe a Corsica Genuenses fundunt, eorumque triremes quadraginta uiris onustas demergunt. Hac clade pterriti Genuenses, archiepiscopo Mediolanensi ciuitatem ac sua dedit: qui Venetos bello aggressus, Patauinum principem, Veronensem, Ferrariensem, Mantuanum, & Florentinos in se concitat, ueritos ne superatis Venetis, ad se demum iretur. Pugnabat terra marique: sed Genuenses praefecto Pagano Auria, mira felicitate nauali pugna usi, apud Sapientiam Peloponnesi promontorium Venetos superant: eorumque praefectum Nicolaum Pisanum captum cum quinque millibus hominum, Genuam perducunt, anno domini millesimo recentissimoquinquagesimo quarto,

*Vita ecclesiasticorum alijs exemplar*

Verum sequenti anno mortuo archiepiscopo Mediolanensi, Veneti ac socij magna cura liberati sunt. Bernabos & Galeatius ex Luchino fratre nepotes, patruj heredes fuere. Sola Genua ab his defectit, inuito cum Venetis foedere, inchoato prius a Bernaboue & Galeatio, suadente pontifice Aegidioq; eius legato. Interim uero Caliohannes Constantinopolitanus imperator in patriam redijt, pulso armis Catacufino imperij contra ius fasq; occupatore. Id autem factum est Francisci Gatalufi Genuensis opera, uiri rerum maritimarum peritissimi: cui Mitylenem cum Lesbo dono dedit, grati animi signum pra se ferens, quam certe insula superioribus annis Turcus Gatalufis ipsis ui abstulit, occupata prius Constantinopoli, totaq; Thracia. Nec Romae certe minor perturbatio, quam Constantinopoli tum fuit. Franciscus enim Barocellus Romanus ciuis admodum potens, pulsus e senatoria dignitate Iohanne Ursino & Petro Columnensi, tribuniciam dignitatem sibi usurpat cu his titulis, Franciscus Barocellus scriba senatus, dei gratia almae urbis tribunus secundus, ac Romanus consul. Tum uero Innocentius pontifex re cognita, ad comprimentam hominis audaciam Nicolaum Genci, qui eodem modo dominatum appetierat, e carcere Auenionensi ductum, Romam mittit ad tribunatum repetendum. Is itaq; urbem ingressus, adiuuante nobilitate, ac magna plebis parte, Barocellum e Capitolio deiecit, ac solus tribunatu potitur. Verum cum non ita diu pristinae conditionis immemor nobilitatem persequeretur, maxime uero Columenses a porta Exquilina in Hernicos cum clientela proficiscetes, magno incommodo pulsus, in Capitolium se recepit: unde fugiens instantibus hostibus, mutata ueste cognitus a ciuibus Romanis obruncatur. Tum uero auctoritate apostolica Guido Jordanis unicus senator ad annum creatur. Imperator autem regis Boemiae filius, perbenigne a Carrariensibus, Gonziacis, uicecomitibus susceptus, Mediolani coronam ferream, ut mos est, accipit. Inde uero Pisas abiens, legatos Senensium, Volaterranorum, totiusq; fere Hetruriae obuios habuit, qui dicerent se paratos esse eius mandata facere. Idem fecissent Florentini, nisi prius data ingenti pecunia se ab eius manibus redemissent. Romam autem proficiscens, hac conditione a duobus cardinalibus ad eam rem missis coronatur, ut neq; Romae, neq; in Italia diutius immoraretur. Quo quidem in Germaniam abeunte, Aegidius legatus omnia fere oppida breui recepit, quae tyrani instigante Bauaro in Flaminia, quam Romanolam uocamus, in Marchia Anconitana, in patrimonio sancti Petri occupauerat. Eos tamen uicarios in oppidis suis confirmauit, quos uiderat ecclesiae Romanae obsequentes, utpote Galiothum Malatestam, & Guidonem Polentanum in Flaminia, Varranenses in Piceno. Ordolphos autem nequaquam ecclesiae Romanae obtemperantes, bello biennio persecutus, eos tandem e Foroliun Forog; Populij, ac Cesena deturbauit. Potuissent hi quidem aliquam partem dominatus retinere, adiuuante Iacobo cardinali Columnensi, uiro huic familiae amicissimo, sed maluerunt totum constanter amittere, q; partem turpiter retinere. Aegidius autem pacata Flaminia, adeo Foroliun delectatus est, ut & ararium ecclesiae & pecuniam ab Auenione missam, unde arces Italiae aedificarentur, eo loci reposuerit, & institutiones quasda ibi composuerit, quibus adhuc prouincia ipsa utitur. Cum autem Aegidius Italiam pacasset, arcesq; in ditione ecclesiastica plures ac pernecessarias aedificasset, omnesq; Italos principes ac populos ad officium redegit, ad annum quintum legatiouis suae successorem habuit, Arduinum Burgundum abbatem Cisterciensem, hominem rebus agendis nequaquam idoneum. Hanc ob rem abeunte Aegidio, omnes Italiae principes ac populi arma capiunt. Nam & Pisani Florentinos adeo uexauere, ut cum nemo prodire obuiam auderet, agrum omnem Florentinum diriperent, capto Figino superioris Arni castello: incensisq; uillis omnibus quae passim in agris aedificatae erant. Dux autem Florentini exercitus Pandolphus Malatesta tum erat,

quem populus abdicare se magistratu coegit, quia nunquam congregari cum hoste ausus est. Tum uero Pisani elatiores facti, non tam spe potuere urbis q; inferenda contumeliae causa, leuibus aliquot praels ante portas commissis, cum magna praeda domum redeunt, instante iam autumno: & Bernabos quoq; Bononiam bello agitata, acriter eam defendente abbate Cluniacensi, multis castellis spoliata. Erat quidem Bononia, ut antea diximus, uicecomitum dominatiui subiecta, sed Aulegi anus eam abbati Cluniacensi prodidit. Firmum in mercedem proditionis accepturus. Verum dum Bernabos Bononiam & Rhegium bello premit, legatus apostolicus accitis in societatem belli Philippino Gonzaga, Cane Veronensi, Nicolao Estensi, in Brixianos mouet. Tum Bernabos Brixianorum periculo motus, relicta Bononia ac Rhegio, in hostem proficiscens, apud Montemclarum tanto praelio superatur, ut aegre deinceps urbis moenia tutatus sit. Eodem fere tempore Florentini Galeotho Malatesta duce Pisanos superant, illectis prius ad se eorum militibus pecunia. Hanc ob rem Pisani in Gambacurtos ciues suos praepotentes, omne crimen conicientes, quod auare maligneq; stipendia militibus persoluerent, Iohannem Agnellum exulem Bernaboui amicum, & Gambacurtis aduersantem, reuocant, qui ciuitatem breui in potestatem suam redegit, sublatis e medio aduersae factionis amicis. Verum composita a pontifice inter Pisanos & Florentinos pace, Iohannes Haucut Pisanorum stipendijs militare solitus, milites omnes passim per omnem Italiam sparfos colligens, magnum omnibus terrorem iniecit, tumultu ante potissimum ciuitate Romana in creandis senatoribus: quam discordiam Innocentius optime sedauit, externo senatore ad urbem misso, Raymundo Ptolemaeo ciue Senensi, qui annum integrum magistratum gessit, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo nono. Non quicquid autem compositis etiam hoc modo rebus Romani. Nam pulso senatore, septem ciues creati cum summa potestate: quos Reformatores totius rei publicae uocant. Hanc ob rem Innocentius Hugonem Lusignanum, Cypri regem, ad bellum quod in Turcos gerebatur proficiscetem, senatorem creauit: mandauitq; ut magistratum Reformatorem omnino aboleret. Erat autem tum maxime intentus abolendo bello quod inter Anglos & Gallos gerebatur, quo omnibus proficisci in Turcum liceret. Verum cum Angli in Pitirienfi agro Gallos superassent, cepissentq; regem cum Philippo filio, rem difficiliorem factu fecisse uidebantur. Cum Eduardus magnitudine animi motus, captiuos omnes hac conditione liberat, ne amplius contra se bella gerant: qui non ita multo post pacis foedera rumpentes, Eduardum capere arma & obsidere Parisios impellunt. Parare & classem contra hostes Christiani nominis Innocentius constituerat, cum & Pisani qui rem nauticam optime norant, cum Florentinis, & Veneti qui classe plurimum ualebant, cum Lodouico Ungariae rege bella tum gererent. Taruisium enim rex magnis copijs tum obsidebatur: nec seditionibus intestinis Veneti carebant. Nam Marinus dux affectatae tyrannidis conuictus, securi percutitur. In tantis uero animi perturbationibus afflicto Innocentius, pontificatus sui anno nono, mense octauo, die sexto moritur: eo potissimum tempore, quo & Bartholus Saxoferratus uir illa aetate omnium consultissimus. Ante uero pontificis mortem tanta solis defectio facta est, quanta nunquam antea. Visum itaq; omnibus est, tantae mortis planetas etiam signa aliqua dedisse.

## VRBANVS V.

Urbanus quintus, patria Lemonicensis, Guilielmus Grisant antea uocatus, sancti Victoris Massiliensis abbas, absens etiam omnium consensu pontifex creatur. Legatione enim tum apud uicecomites in Italia fungebatur. Vocatus itaq; Auenionem pontificatum iniens, uir singularis uirtutis, ingentis animi, innocentissimaq; uita, statim ad tuendam libertatem ecclesiasticam animi adiecit: eorumq;

ccvij. pat.



opera utitur, qui ad eam rem animati erant. Aegidium enim Hispanum uirum p̄stantem (de quo antea diximus) in Italiam cum summa potestate mittit: qui ita Louicum Gonzagam, Nicolaum Estensem, Franciscum Carrarium in itis fœderibus in Bernabouem concitauit, ut praelio ab his superatus, & saucius a gre aufugerit, amisso in bello filio: captisq; Andrea Pepulo Bononienſi exule, Synbaldo Ordelapho, Paulo Mirandula, Guidone Foliano, Azone Corrigienſi, Guiljelmo Caualcaboue egregijs copiarum suarum ducibus. Permoti autem calamitate uicecomitum, Fraciæ, Angliæ, ac Cypri reges, legatos ad Aegidium misere oratum, ut uicecomitibus pacem redderet. non discessere re infecta legati. Reddita siquidem pax est, quæ non diuturna fuit. Iohannes em̄ Haucut uicecomitibus militans, cum florentinos bello laceſſeret, eorum copias apud Miniæ oppidum grauiter profici daut. Hanc ob rem Aegidius legatus Thomam Obicionem egregium copiarum ducem, cum tribus millibus equitum, & satis magno peditatu Florentinis auxilio mittit. Pugnatum est inter Aretium & Cortonâ dubio Marte quatuor horis: atq; demum Thomas ita hostes superat aduente peditatu, ut ex sex millibus equitum qui cum Anglico militabât, pauci euaserint, atq; ipse dux in deditiõnem uenerit. Huius autem tantæ uictoriæ fama permoti, qui ab ecclesia defecerât, statim deditiõnem fecere. At uero cum Urbanus ad quartum sui p̄tificationis annum in Italiam uenisset componendarum rerum causa, ei legatus Aegidius Corneti fit obuiam, rationemq; administratæ prouinciæ reddens, dum Corneto Romam proficiscit, liberatus tantæ legatiõis onere, quieturus ob senium Viterbium redijt: ubi & tertio mense post moritur: uir certe singularis uirtutis, p̄stantisq; animi: quicq; dignitatem ecclesiasticam, dum uixit, mirifice turatus est. Eius autem corpus Assisium delatum, in ecclesia beati Francisci tumulatur, sepulchro a se condito dum uiueret. At uero cum Carolus imperator intellexisset Urbanum Romam p̄fectum, eo & ipse quoq; cum uxore & liberis statim aduolâs, in itinere Lucam Pisanis, Miniæ oppidum Florentinis adimit, sibiq; uendicat. Profectus ne sit Romam, haud satis constat, cum ab Innocentio sexto pontifice Romano coronâ imperij accepisse dicatur, cardinali Hostienſi Romam ob eam rem misso. Accepta autem a Florentinis ingenti pecunia, ne eos bello uexaret, tertio mense posteaquam uenerat, Italia cessit, anno millesimo trecentesimo sexagesimo octauo. Urbanus uero apostolorum capita diu quæſita tandem inuenit: deserant enim in honore esse propter desuetudinem & ignorationem hominũ. Apud uero Sancta sanctorum reperta, ac locellis argenteis recondita, ad altare maius basilicæ Lateranensis cum maxima ueneratione & celebritate collocant, aſtate clero populõq; Romano. Idem quoq; p̄tiffex ædes pontificias tum in urbe ueteri, tum in Montefascone construxit: ut ei ac cæteris p̄tifficibus eo proficisci liceret, uitandi urbani æstus causa. Breui autem in Galliam reuersurus, Iohannem Haucut egregium copiarum ducem e carcere missum, copijs illis omnibus p̄fecit, quæ ante sub Aegidio militauerant, ut tam diu ditionem ecclesiasticam ab hoste tueretur, quoad ipse reuertereſ. Redire namq; ad Italiam ei in animo fuit. Verum dum in Gallias proficiscit, pontificatus sui anno octauo, mense quarto Massiliæ moritur: uel (ut alij uolunt) Auenione uitam finiuit, eo maxime tempore quo Brigida deuotissima Christi mulier, Suetiæ princeps, Romam uoti causa uenerat: motusq; nonnulli in Apulia exorti sunt, mortuo Nicolao Acciolo, eiusdem prouinciæ gubernatore, uiro strenuo ac in rebus agendis sapientissimo.

## GREGORIUS XI.

**G**regorius undecimus, patria Lemonicēſis, Petrus Belfortis antea uocatus, sanctæ Mariæ nouæ diaconus cardinalis, Auenione pontifex omnium consensus creatur, Hunc enim adolescentem, uix decimum septimum annum attingentem,

ccvii. p̄o.

Clemens sextus eius patruus cardinalem creauit: & ne uideretur carnî ac sanguinî magis q̄ ecclesiæ cõsuluisse, eundem ad exquisitissimos doctores, maxime uero ad Baldum, qui tum Perusii legebat, disciplinæ gratia statim misit: ubi tantũ in quouis genere doctrinæ profecit, ut idem Baldus eius autoritate in confirmadis rebus dubijs plerunq; uteretur. Fuit præterea tantæ innocentia & placabilitatis, adeoq; humanus & pius, ut ab omnibus unice diligeretur. Eo itaq; tempore quo pontificatum inijt, Romæ senator singulo semestri a pontifice datus, ius populo dicebat. Urbis autem custodiam totamq; reipublicæ administrationem & curam Banderesii tum gerebant. Banderesii enim appellati sunt germanico uerbo a uexillis, quibus in bello utebantur. Singulæ enim decuriæ signo internoscebantur suo, capita regionum nunc uocantur, qui urbis tribus p̄sunt. In Cisalpina autem principes illi, quos diximus in uicecomites cõiurasse, Rhegium a uicecomitibus possessum, proditiõne occupât. Supererat arx, per quam Bernabos urbem ingressus, hostes primo impetu fundit, Rhegiumq; libere recipit, Lucio theutonico duce inde deturbato. Agebantur hæc in Italia, cum Perinus Cypri rex, Petro genitori in regnum susceptus, magnarum discordiarum inter Genuenses & Venetos causa fuit. Nam dum Famagusta coronationis suæ pompam duceret, adessetq; Genuensis et Venetus <sup>\*balius</sup> baiulus (ita em̄ appellât mercator: prætores) uelletq; uterq; ad dextram regis incedere, tantus repente tumultus exortus est, ut Genuenses cæsi ac pulsi per ignominiam sint, rege in Venetos magis q̄ in Genuenses inclinâte. Hanc ob rem Genuenses Petri Fregosi auspicijs, Domini Fregosi ducis fratris, comparata quadraginta triremium classe, Cyprum hostili animo inuadit, quatuordecim millibus hominum in insulam positis, qui omnia ferro ac flamma uastaret ob uiolatum ius gentium. Rex uero ab omnibus auxilio destitutus, ad misericordiam confugiens, dedita Famagusta, quadraginta millia nummum auri quotannis Genuensibus pollicetur, si pacem reddiderint. At uero cum legatus pontificis in Italiam uenisset, resq; ecclesiasticas recenseret, inita cum uicecomitibus pace, inijtium perturbandi omnia a Pratesibus ortum est. Hi enim uindicare se in libertatem a populo Florentino quarentes, exercitum ecclesiæ permittente legato in Heturiam uocant: quem ita Florentinus populus pecunia corrupit, ut eorum auxilio Pratum ingressus, & coniuurationis capita ultimo supplicio affecerit, & multa uexilla libertatis literas & nomen præ se ferentia, pluribus cohortibus distributa, ad oppida transfugerent: populos ut dominos cohortibus distributa, ut libertatis ecclesiæ memores, iugum reijcerent. Primi autem Tiphernates (quos castellanos uocant) ab ecclesia desciuere: hos deinceps Perusini, Tudertini, Spoletini, Eugubini, Viterbienses, Foroliuenses, Aſculani secuti sunt. Occupauerat tum etiam Astorgius Manfredus sub Barbaro, tyrannidis dulcedine gustata, Granariolum agri Fauentini castellum: ad quem opprimendum e Bononia legatus Iohannem Haucut cum aliquot cohortibus mittit. Tutati sunt Astorgium Florentini & Bononienses: qui excluso Haucut cum omni p̄sidio, in libertatem se uindicauerant. Haucut uero cernens Fauentinos ad rebellionem spectare, & ciuitatem crudeliter diripuit cæsis passim omnibus, quos obuios miles habuit: & solum urbis uiginti millibus nummũ auri Nicolao & Alberto Estensibus fratribus uendit, occupato Bagnacuallo, ubi impedimenta exercitus sui ad tempus reposuit. Tum uero pontifex cognita tanta rerum permutatione, cardinalem Gebenensem legatum cum sex millibus equitum Britonum in Italiam mittit, qui per Taurinos descendentes, sine ullo maleficio usq; ad Bononiæ portas peruenere, urbem obsessuri. Sed legatus cognito Florentinorum aduentu, qui Rodolpho Varraneo duce Bononiensibus suppetias ferebant, cum copijs suis Cesennam hyematum concessit: in qua urbe ita tumultuatum est ob superbiam Galorum, ut sexceti Britones interfecti sint, reliqui urbe electi, Qui postea per arcem

ingressi, aucti numero, caedibus & rapinis omnia compleuere: neque his quidem parentes, quorum aetas suppliciter ueniam petit: sola uirgines & iuniores matronae ad iniuriam referuatae sunt. Foroliuenses autem ueriti ne a legato inopia consilii & gubernatoris opprimerentur, Synebaldum, Pynum, Iohannem, Theobaldum, Ordelaphos dominos in urbem recipiunt, quorum uirtute ab impetu Britonum defensi constantissime sunt. Existimans autem Gregorius pontifex haec omnia mala quae in Italia committebantur, sua absentia fieri, naufragiumque tam diuturnum absente gubernatore committi, de profectioe sua ad Italiam uir bonus diu multumque cogitare coepit: sed hominem permaxime mouere cuiusdam episcopi uerba, qui interrogatus a pontifice, dum simul inambularent, cur non rediret ad ecclesiam suam, quam haud par erat tam diu sine pastore nudam relinquit: Cur, inquit, tu summe pontifex caeteris exemplum daturus, tuum episcopatum non repetis, ecclesiamque Romanam? Motus his uerbis pontifex, paratisque in Rhodano una & uiginti trirēmibus, alio se iturum simulans, ne a Gallis retineretur, si se profecturum ad urbem intellexissent: ipsam namque curiam emolumentum causa in Gallia uolebat. Genuam itaque primo, inde Cornetum contendit: unde terrestri itinere navigationem pertaxus, hyeme praesertim, Romam peruenit anno domini mcccclxxvi. idibus Ianuarijs, pontificatus sui septimo, migrationis uero Romanae curiae in Gallias anno septuagesimo. Quo autem apparatu, quamque incredibili populi Romani laetitia susceptus in urbem sit, honorato quoque obuiam prodeunte, non attinet dicere, cum uultu, gestu, acclamationibus omnem laetitiae speciem effuderint, ut filii solent redeunte peregre exoptato parente. Indigebant omnia aduentu pontificis. Nam & moenia & basilicae & publica ac priuata aedificia ubique ruinam minabant, quae certe magna ex parte restituit, ut turris suo iussu aedificata ad sanctam Mariam maiorem indicat. Labefacti etiam ita ciuitatis mores erant, ut nihil urbanitatis habere uideretur: utque illi mores aliunde petendi essent, quae totum orbem terrarum quondam ad urbanitatem redegerat. Collocata itaque in urbe sede sua pontifex (ut bonum pastorem decet) omnia circumspicere coepit, de medelaeque uulneribus inferenda cogitare: pax igitur, qua sanari nondum obducta uulnera poterant, sibi diu multumque cogitanti oblata est. Legatum itaque primo ad Florentinos mittit, qui ad arma spectabant, eosque adhortatur, ut aequas pacis conditiones non detrectent. Hi uero pontificis potentiam suspectam habentes, ne ad pacem cogerentur, cum Bernaboue hoste paterno auctoreque foedus & amicitiam ineunt. Postea uero Iohannem Haucum pecunia & pollicitationibus corruptum, ab ecclesia in partes suas trahunt, quo successu elati, nullum iniuriae contumeliaeque genus praetermittunt, quod in pontificem transferri possent: qua ex re anathemate notati, hac insolentia usi sunt, ut etiam sacerdotes suos quibus a sacris interdictum erat, celebrare contra ius fasque coegerint. Tum uero pontifex a precibus ad arma conuersus, conciliatis prius Bononiensibus, qui suo nomine urbem gubernarent, Varraneum mercede conducit, hac in re Florentinorum artibus usus: eiusque exercitum ecclesiae committit, paulo post in Florentinos moturo. Id ne ut destinauerat statim faceret, discordia inter Genuenses & Venetos orta effecit. Venetus enim est ne aliqua externa uis Italiam inuaderet, si ipse quoque cum Florentinis decertaret. Nam dum Andronicus Genuensium auxilio fretus, quibus Tenedon insulam mercedem facinoris permiserat, patrem Caroli Iohannem Constantinopolitanum imperatorem regno deturbasset, Veneti eundem in patriam reduxerunt, ac Tenedon insulam ab eo acceperunt. Qua ex re indignati Genuenses, in aliud tempus uindictam distulere, ueriti pontificis anathema, qui utriusque populo interminabatur, nisi ab armis discederent, cum diceret neutri eorum bellum illud competere. Sed dum uir sanctus accurate agit omnia, quae ad pontificem pertinent, intolerabili uellicae dolore moritur, sui pontificatus anno septimo, mense quinto, quinto

calendas Aprilis, millesimotrecentesimo septuagesimo octauo: sepeliturque in basilica beatae Mariae in uia noua sepulchro marmoreo, quod adhuc uisitur, tanto omnium cum gemitu & lachrymis, quanto nunquam ante quisquam sepultus est: parentem enim & unico genitore priuati omnes uidebantur: Lugebantque non modo praesentem, uerum etiam futuram calamitatem, in quam sublato optimo pontifice ob patrum discordiam incidere.

## VRBANVS VI.

ccix.

Mortuo itaque Gregorio cum de creando nouo pontifice mentio haberetur, clerus populisque Romanus ad cardinales concurrunt, eosque rogant, ut unum aliquem uirum praestantem deligant e natione Italica, qui & ecclesiam Romanam & Christianam rempublicam integre ac sancte gubernet: aliter de Christiano nomine illo maxime tempore actum esse, nisi optimus pastor tum deligeretur. Italium autem requirebant, ne si Gallus deligeretur, Romanae curiae iterum migrare ultra montes necesse esset, cum maximo urbis Romae totiusque Italiae detrimento & damno, quod dicerent absente pontifice omnem prouinciam urbemque Romam tyrannicis seditionibus continuo uexari, ecclesiasque Romanas neglectas & incultas situ, squalore iam magna ex parte prolabi: tollique ob eam rem populorum pietatem Romanam continue proficiscentium, cum uideant & sedem pontificiam, & titulos cardinalium & monasteria, ac sacratissima martyrum loca sine tecto, corrudentibus iam parietibus, pecoribus & brutis animalibus patere: aequum esse, ut eo loci pontifex resideat, ubi Petrus sedem pontificiam, relicta patria sua, relicta natione, uolente deo collocauerit: auxeritque martyrum, confessorum, sanctissimorum pontificum cineribus ac sanguine: unde pastores ecclesiae undequaque circumspectantes mandatorum Christi memores, incitatique maiorum exemplis, quorum martyria & res gestas ante oculos haberent, saluti hominum consulerent: patrimoniumque beati Petri recuperarent, quod pontificum absentia in Hetruria, in Sabinis, in Hernicis, in Umbris, in Piceno, in Flaminia, a tyrannis quibusdam occupatum fuerat. Reticere se in praesentiarum, quae imminuta sit hominum pietas & peregrinatio ad urbem Romam, imo ad sanctorum corpora & reliquias uisendas ob pontificum absentiam, quae adhuc reuoluntari possent, si pontifex Italicus crearetur. Respondere tum cardinales, sibi curae fore, ut uirum optimum deligerent, qui ecclesiae dei praesesset, nulla personae aut nationum acceptione habita, ad imitationem saluatoris, qui ad apostolatum uiros ex omni natione delegit: irent ipsi & bono animo essent, arbitrarereturque se nil acturos, quod non totum ad honorem dei, ad utilitatem ecclesiae Romanae, totiusque Christiani populi pertineret. Disposito deinde apud sanctum Petrum conclauis, collocatisque in Vaticano militum stationibus, ne tumultu aliquo tanta electio impediret: ubi de ineundis suffragiis mentionem faciunt, magna contentio subito exorta est. Tredecim erant cardinales Gallici: hi pontificem e suo corpore uolebant, quatuor erant Italici: quorum unus ex gente urfina ad pontificatum maxime aspirabat. Inclinauit autem in Gallos, quippe qui plures erant, res ipsa: sed forte fortuna inter Leononicenses & reliquos Gallos orta discordia, cum utraque pars e suis aliquem creari uellet, effecit, ut Bartholomaeum Barensem archiepiscopum, patria Neapolitanum, uel ut alibi legitur, Pisanum, extra collegium cardinalium pontificem crearent, absentem quanuis, Urbanumque sextum appellarent. Prius tamen quam in publicum prodirent, scitumque sit Urbanum pontificem creatum esse, calumpiari Galli electionem illam fraudibus & metu extortam, instantibus Romanis uis & armis, ut Italus aliquis crearetur. Cardinales autem e conclauis prodeuntes, partim in Hadriani molem, partim uero ad montana loca confugere, impetum populi furentis uitaturi. Secessit & ad Vicouarum cardinalis urfinus, in tanta discordia magnam spem consequendi pontificatus collocans. Verum non ita multo post cardinales penitus

rentia duci, ad urbem uenere, Urbanumq; ante electum confirmant, cōsalutaruntq; ut uerum pontificem decebat. Post mēsem uero tertium in calores urbanos Galli culpam reñcientes, a pontifice petūt, ut sibi proficisci Anagniam cum bona eius uenia liceat, aerem mutaturū pestilentē, astate præsertim, maxime uero Galis: sed reuera seueritatem Urbani ueriti, abiere. Nam semel atq; iterū eos ad se uocatos admonuit, ut manus abstinentes haberēt, non dona aliqua, nō munera acciperēt, dū causas agūt, dū patrociniū suū bñficia petēti præstāt. Interminatusq; est se acerrime puniurum in simonia deprehensos, aut iniustas causas fouētes. Præterea uero ostendit sibi placere, & ita uelle, ut pompam dimitterent, tantamq; familiarium turbam & equosq; cum id quod in tales sumptus consumerent, ecclesiæ Romanæ perniciosos, pauperibus & restituendis corruentibus basilicis deberetur: se deinceps bonorum delectum habiturum dicebat, affirmans malos suorum flagitiorum pœnas laturos, nisi sententiā mutarēt. Et quia sentiebat cardinales Gallicos de reditu curiæ Romanæ in prouinciam suam aliquando mentionē facere, aperte ostendit se Romæ mansurum: neq; cuiq; suadenti ut inde abiret, obtemperaturum, quod diceret fundamentū uniuersalis ecclesiæ fideiq; Christianæ, Romæ iactū & auctum ad culmen esse. His itaq; rationibus moti cardinales Gallici, & h̄ maxime, qui thesauros ecclesiæ in morte pontificum expilauerant, quicq; pro arbitrio animi sui omnia prius agebant, Anagniam primo, mox Fundos confugere: ubi primo in Urbanum (ut falsum pontificem) inuecti sunt, quod dicerēt hominē uicreatū, uel etiā coronam pontificatus accepisse, cū electio illa & coronatio in loco minime tuto sit habita, in qua liberæ deberent esse hominum uoluntates, libera suffragia, cum contra ipsi a populo Romano coacti sint Italicum potius q̄ Gallicum eligere. Has autem ob causas sede uacāte, ut ipsi dicebāt, (cōcto namq; erant) Iohanna regina fauente, Gebēnensem cardinalem, qui ante legatus in Italia fuerat, pontificem deligunt: eiq; Clemen̄ti septimo in dita appellatio est. Hinc magna discordia in ecclesia dei orta, & diuturna, quam schisma uocant, cum pars Christianorū principū Urbano, pars Gebēnensi faueret. Neq; hoc modo cōtenti seditiosi cardinales, Britones qui multa ecclesiæ castella, multas urbis uillas iam diripuerant, arcesq; occupauerant, in pontificē & Romanos mittunt. Ad pōtem Salarum Romanus populus hosti incomposito agmine obuiam factus, superat & cæditur. Verum cum postea apud Marinū pugnā magna animorū concitatione inhiēnt, adeo Britones cædunt, ut uix nūcius tantæ cladis superfuerit. Qui in arcibus erāt, se aliquādiu ac suos tutati sunt: maxime uero arcis Surianæ præfectus, qui post multos annos Martino pontifici deditionem fecit. Interim uero Genuenses odiū quod in Venetos mente conceperāt, ostendunt, ascito in societatem belli Lodouico Ungariæ rege, Francisco Carrariensi Patauino dño, Austriæ duce, patriarcha Aquileiensi. Sentiebāt tum cum Venetis Perinus Lusignaneus Cypri rex, & Bernabos uicecomes. In primo autem cōgressu nauali prælio superiores Veneti fuere, in littore Antiātū, Victore Pisano classis p̄fecto. Ex decē namq; Genuensium trirētib; quinq; amissæ sunt. Tum uero marchiones Carreti adiuuāte Bernaboue, Albingaunium (quod nunc Arbingā uocant) Naulū & castrū Francū de Genuensibus occupant. Verū non ita diu post in gratiā cū Genuensibus redeunt, oīa reddidere. Genuēses præterea coniecto in carcerem Dñico Fregoso duce, eiusq; fratre Petro, & Nicolaum Gualchum ducatuī, & Lucianum Auriam classis maritimæ præficiunt. Bernabos uero qui filiam regi Cyprio in matrimoniū collocauerat, eam cum duodecim trirētib; sex Catelanis, & totidē Venetis, honorifice ad maritū in Cypriū misit: quibus trirētib; Perinus deinceps terra mariq; Famagustā oppugnat, sed frustra, acriter qui in præsidio erant urbem defendentibus, disiectaq; etiam uentis & procellis classe. Non cessabāt hinc Veneti, hinc Genuenses maria ipsa, tum inferum

tum superum uexare. Nam dum Carolus Zenus classis Venetæ præfectus, Tyrthenum mare Genuensibus infestum reddit, Lucianus Auria adriaticum cum magno Venetorum detrimento discurrit, ab ladera, ubi stationes habebat, in Venetos mouens: ladera nauque regis Ungariæ erat. Ob hanc autem iniuriam commoti Veneti, cum allicere ad certamen Lucianum non possent, Catarum & Sibinicum ipsius regis oppida, incendunt. Interim uero mortuo Galeatio uicecomite, anno domini millesimo trecentesimo septuagesimonono, tota fere Insubria ad Bernabouem inclinatura uidebatur: qua ex re maximā uoluptatem cepere Veneti, sed frustra. nam & dimidia pars regionis primo, deinde tota Iohanni Galeatio nepoti obrigit. Lucianus autem Genuensium præfectus, Polam mouens, classem Venetorum in portu ipso superat & capit. Verum dum incaute nimium in hostem fugientem ruit, lancea transfixus moritur. Vtraque classis & uictrix & uicta, laderam perducitur: quo statim Genuenses Petrum Auriam in demortui fratris locum misere cum trirētib; nouem, alijsq; nauigijs compluribus. Qui uictoriam fratris recensens, ad duo millia captiuorum inuenit, deprehenditq; multos in prælio & in undis peris se. Oppugnabantur & terra Veneti a Carrariensi eiusq; socijs, quos antea commemorauit, quibus Veneti Albricum Barbianum Cunij comitem, egregium copiarū ducem, opposuere. At Petrus Auria Genuensium præfectus, sexaginta trirēmium totidemq; nauigiorum comparata classe, Venetias contendens, Gradum, Comaculum, Caprulas uel captas incendit. Inde uero Clugiam mouēs, a præsidio Veneto aliquandū egregie defensionem, tandem eam uel capit, Patauino tyranno commeatū subministrante. Cecidisse ea oppugnatione ad sex millia hominum constat, & ad nonngentos & quinquaginta ex Venetis captos, laderamq; missos. muliebri tamen pudicitia in tanta clade ignotum est. Fracti autem tanta calamitate Veneti, cum nec terra, nec mari auxilia sperarent, captiuis Genuensium e carcere liberatis, eisq; Clugiam ad præfectum Genuensium impetrandæ ueniæ causa missis, pacem petiere, eas accepturi leges quas uictor imposuisset. Genuēses uero superbia elati, ut uictores facere consueuerunt, Venetos reñciunt, nisi se ac sua omnia dedentes. qui ad tuendam patriam conuersi, deductis ante portus fauces catenis ferreis, dispositisq; in littore portus trecentis equitibus, totidemq; peditibus, ad unum aliquem ex ciuib; respiciunt, quē bello præficerent. At uero dum fluctuarent in tanta perturbatione, quem potissimum deligerent, incerto a uoce uox audita est, unicū Victorem Pisenum, qui Genuenses optime nosset, idoneum esse qui tantæ rei præficeretur. Non est audita temere ea uox, quasi auspicio emissa. Ad carcerem concurrunt oēs: eo em̄ deductus fuerat ob rem male ad Polam gestā: ductisq; bello maritimo solum p̄ficiunt. Instabant Genuēses, & captis circūquaq; castellis, ingredi urbem parabant: quos post longam pugnam Iohannes Barbadicus armatis lembis quibusdam perfacile repulit, cum progredi ulterius in æstuarijs illis trirēmes Genuensium nō possent. Hac etiam arte Barbadicus usus est: inuēta tum primum a quo *Bombarda* Theutonico bombardata fuit, a sono & tonitru sic dicta: nulla erat scapha Venetorum, nullus lembus, qui nō duas bombardas & eo amplius haberet: quibus multum *da usus primus.* Veneti, ut a re insolita, nec ad præcauendum scita, opprimebantur. Singulæ enim bombardæ uno ictu binos ternosue plerunque necabant, cum præsertim in trirētib; declinare ictus, ut in terra, non liceat. Adhortabantur autem Veneti Bernabouem uicecomitem, socium & amicū, ita Genuēses bello premere, ut obfidione tam graui liberarentur: iam em̄ cōmeatibus carebant. De Venetis rum quidem actū fuisset, si (ut Carrariensis admonebat) Genuenses cauissent, ne cōmeatus mari Venetis importari possent. Bernabos aut Venetis aliqua ex parte satisfacturus, exercitū suū in Genuēses mittit, quallē Pulcepheræ de p̄datus, acceptisq; decem & nouē millibus nummū auri, omissis Genuensibus, auro cū Bernaboue, nō feg



ro decernentibus, onustus p̄da in Insucriam rediit. Non est usus ea felicitate Astorgius Fauētinus, eo cum equitatu a Bernaboue missus. Vrbi enim appropinquans, ab erumpente populo Genuensi funditur fugaturq; ægre quidem Astorgius euasit rustico cucullo indutus. At Caloiohānes, imperator Græcorum cū Venetis senariens, Peram Genuensium Constantinopoli uicinam, oppugnare adortur. Videbat enim Genuenses pluribus bellis, & quidem grauissimis implicitos: sed Andronicus eius filius, patri ac Veneto æque hostis, Turcorum Bulgarorumq; præsidis & societate fretus, eam accerrime defendit: eoq; terroris patrem deduxit, ut in partes Genuensium statim trāsiret. Interim uero Urbanus non intentus componendæ paci inter Christianos, ut par erat, sed iniurias a Iohanna regina acceptas ulcisci cupiens, Lodouicum Vngariæ regem impulit, ut Andreas fratris mortem se adiuuante ulcisceretur: qui Carolum filium in Taruisinis cōtra Venetos dimicantem, in Iohannam concitans, res Venetorum prope afflictas, meliusculas fecit. Superuenit & Carolus Zenus Venetus, uir bello nauali egregius, qui depressis duabus onerarijs nauibus ante portum Clugiensem, eo necessitatis Genuenses perduxit, cum educere naues suas non possent, clausis reliquis ostijs, ut ipsi obsidentes quàm obsessi maiore rerum omnium penuria laborarent. Sed nihil æque Genuenses afflixit, quàm Petri Auriz mors ic̄tu bombardæ interfecti, dum munimenta Clugiæ acriter defendit. In cuius locum Matthæus Ruffus statim suffectus, dum Clugiam peteret cum nouis triremibus, apud Manfredoniam Thaddæum Iustinianum cū sex triremibus annona onustis cepit. His uero cladibus motus Agapetus cardinalis Columna, & Genuenses & Venetos sæpe ac frustra ad pacem adhortatus est. Sed hi de uita & sanguine, non de imperio inter se dimicantes, sanis bene admonentium consilijs nusquam obtemperarunt. Postremo itaq; Genuenses Clugiæ obsessi, cum erumpere non possent, premente Veneto, habere uenæ commensus nequirent a Matthæo Ruffo patauinoq; domino, qui id se facturos breui pollicebantur, deditio nem fecere calendis Iulij, millesimo trecentesimo octogesimo. Capri autem sunt ea deditioe ex hostibus ad quatuor millia trecenti & quadraginta. Plures autem fame & ferro in ipsa oppugnatione periisse constat. Non quieuerunt tamen tanta accepta clade Genuenses, qui cum triremibus octo & triginta Tergestinos deficere a Venetis ad patriarcham Aquileiensem compulere. Cepere & Iustinopolim, excepta dantaxat arcē. Aucta deinde classe, Venetias iterum contendunt: sed cum nemo ad certamen prodiret, in Istriam redeūtes, Polam urbem uic̄ captam incendunt. Maltæ utrinque cædes inuicem acceptæ, dataq; sunt. Veneti tamen bello terrestri a Carrario opprimebantur, licet Iacobus Caballus egregius copiarū dux, eos acerrime tutaretur, dum Taruisium oppugnatur, quod fame in hostium potestatem se re uenerat. Verum cum fessus & defagitatus iam uterque populus tam diutino & atroci bello esset, dux Sabaudicæ pacem inter eos hac formula componit octauo calendis septembris, millesimo trecentesimo octogesimo primo, ut regi Vngariæ decimo quoque anno Veneti septem millia nummum aureorum persoluerent, si nullum piratam in suis Dalmatiæ locis tutum esse pateretur, siq; nullibi salem fieri sineret: utq; patriarchæ Aquileiensi in Foro Iulio eadem maneret conditio, quæ ante bellum fuerat. Venetis autem & Genuensibus imperatum, ut captiuos alterutrum incolumes dimitterent, de præda utrinque captâ nulla mentio. Mandatum Patauino, ut ab obsidione Taruisinæ recederet: utq; arces & turres in stagnis & ad fluuiorum ostia excitatas, statim demoliretur, termini inter Venetum & Patauinum positi. Interea uero Carolus, quem diximus a pontifice ex Vngaria contra Iohannam accitum, cum octo millibus equitum in Italiam ueniens, Aretium primo in potestatem suam redegit, Guelphorum & Gibellinorum seditionibus diu agitarum. Inde uero in Florentinos mouens, a Iohanne Haucut qui tum

Stagiz erat, propellitur. Sed Florentini ueriti ne sustinere tanti regis impetum non possent, pacem a rege datis quadraginta millibus nummum auri redimunt: Haucutq; sine stipendio dimittunt, qui Bagnacauallum Nicolao Albertoq; Estensis uendidit, quo facilius retinere Fauentiam in potestate sua possent: quam tamen haud ita multo post amiserunt, Astorgio Manfredi eam quidem proditioe adepti. Carolus uero salutato Romæ Urbano, regnum ingressus, superatis etiam Iohannæ ducibus, Neapolim deditioe ciuibus capit. Obsidebatur in castello nouo regina, cum Aretini Guelphi tumultu excitato, Iacobum Carazolum Neapolitanum ciuem, eo a rege missum, fugere in arcem compellunt. Confugere eo & Giabellini: quibus certe uir æquus non magis quàm Guelphis consulebat. Volebat enim omnia pari iure in ciuitate agi. Accito itaque ob acceptam iniuriam Albrico Barbiano e Tudertinorum finibus, urbem ingressus, dum Guelphos ad officium redigere conatur, Gibellinorum quoque bona diripit. Ferrabac autem alter copia rum dux Albricum secutus, quod reliquum superfuerat in Aretio, abrafit. Dum hæc ad Neapolim & Aretium agerentur, noua belli nubes Italiam inuolauit. Nam Lodouicus Andegauensis a regibus Francorum originem ducens, Italiam ingressus, cum triginta millibus equitum, non longe a Bononia confederat, a Clemente antipapa impulsus: non tam ut reginam Iohannam obsessam liberaret, quàm ut Urbanum armis pontificatu deiceret. Hanc ob rem Carolus omisso Aretio, Albricum & Ferrabac ad se uocat. Florentini quoque Iohannem Haucut rogatu Urbani ad Carolum peruenierat. Adhuc enim ad duodecim millia equitum expectabat: qui Italiam ingressi duce Andegrano, per Placentinum, Lucensem, Florentinum, Senensem agrum iter facientes, Aretium iam peruenierat: urbemq; a Guelphis introducti, post illatam ab Albrico cladem diripuere. Defendebatur arx Guelphorum præsidio, quæ diebus quadraginta oppugnata, in Gallorum potestatem propediem uentura erat, nisi Lodouici Andegauensis mors interuenisset. Tum Andegranius re cognita, hortatibus Aretinis in arce obsessis, urbem Florentinis uendidit, in Galliasq; rediit. Andegauenses autem milites morte ducis consilio carentes, bini terniue mendicantes etiam in patriam rediere. Tum uero Urbanus terrore Gallico liberatus, Neapolim se conferens, a rege petit, ut sibi liceat creare nepotem suum Campanum principem: quod cum impetrare nequiuisset, homo sub specie iusti & honesti minus urbanus ac nulli gratus, ad minas conuersus, eo iracundiæ regem compulit, ut custodijs adhibitis per aliquot dies prodire in publicum nequiuisset. Verum dissimulata ad tempus iniuria, Nuceriam ad uitandos æstus, ut ipse dicebat, cum bona regis uenia profectus: communitaq; firmis præsidis urbe, & novos cardinales creat, & septem ex ueteribus in carcerem conijcit, quod diceret eos cum rege & antipapa contra se coniurasse. Præterea uero & processum, ut istorum more loquar, contra regem inchoauit, missa de more citatione qui breui se uenturum Nuceriam respondit, diluitorumq; obiecta crimina, non uerbis modo, uerum etiam armis. Nuceriam itaque cum satis magno exercitu ueniens, urbem obsidet. Motus autem hac indignitate Raymundus Balcianus e gente Ursina, comitis Nolani filius, qui postea Tarentinus princeps est habitus, suis copijs fretus, quas sub rege ductauerat, Urbanum cum tota curia ad proximum littus deductum, Genuensium triremibus ad id instructis paratisq; imposuit. Quibus dum Genuam pontifex defertur, ex septem cardinalibus Nuceria captis, quinque saccis inuolutos, in mare demersit. At uero mortuo Lodouico Vngariæ rege, proceres Vngariæ Carolum statim per legatos accersunt: qui eo profectus dum conuentum ad res componendas celebrat, curante regina quæ odium dissimulauerat, obtruncatur, anno millesimo trecentesimo octogesimo quinto.

quo tempore Iohannes Galeatius Bernabouem uicecomitem, cui erat ex fratre Galeatio nepos, captum in carcerem Modoetiae conijcit, ac confectum usque ad mortem detinet, eiusque ditioe potitur. Prius enim dum patrimonium diuidunt, Papiam, Vercellam, Nouariam, Dertona, Alexandria, & caetera ad Apenninum Alpesque pertinentia Galeatio: Placentiam uero, Cremona, Parma, Lauda, Brixia, & Bergomum Bernaboui forte obtigerant, Mediolanum autem utrique commune erat. At Urbanus circumactio anno, quo se Genuam contulerat, intelligens ecclesiasticas ciuitates a Florentinis ad libertatem, ut antea, incitari, Lucam primo, mox Senas & Perusium peruenit. Confirmatis deinde aduentu suo ciuitatibus, desiderio, ut ipse dicebat, uidendi Neapolim, Ferentinum usque proficiscitur: ea mente reuera, ut Ladislaum admodum puerum & Iohannem Caroli filios, haereditate paterna deturbaret. Multi enim proceres Lodouico Andegauensi studere soliti, potius regni spem ei praestabant: sed magna usi fide Caietani, pueris in uita retentis, regnum quoque cum summa laude seruauerunt. Pontifex itaque re infecta Romanam rediens, cum magno apparatu honoremque plusquam dici potest, a populo Romano in urbem suscipitur: licet haud ita multo post a Banderesij insidias perpeffus sit, quas certe omnino deuittauit & iussulit, creatis una die nouem & uiginti cardinalibus: quorum de numero Romani tres sunt habiti. Reliqui uero fere omnes Neapolitani fuerunt. Interea uero Antonius Scala Veronensis, & Franciscus senior patauinus dominus, grauissimo inter se bello contendere, Iohanne Vbalduino Carrarij, & Iohanne Ordelapho Scaligeri copias ducentibus. Verum Galeatius uicecomes instigante Carrario superatis Scaligeris, Verona Vincentiamque potitur. Neque hoc quidem contentus Galeatius, paucorum mensium obsidione Patauium capit, ac Franciscum Carrarium in carcerem Modoetianum conijcit. Eius uero filius Franciscus iunior, fuga salutem sibi quaesuit. Florentini quoque augendae ditiois cupidi, Politianum, Lucinianum oppida ex ueteri Senensium dnatu, arte magis uiribus in potestatem suam redegere. Praeterea uero Carolum Bernabouis filium, & Antonium Scalam cum quinque millibus equitum in agrum Senensem hostili animo immittunt. Hac ob rem Galeatius motus, legatos ad Florentinos mittit, qui suo nomine conquerantur, Carolum uicecomitem & Antonium Scalam hostes suos, a populo Florentino, quo cum ipse pacem antea inierat & foedus, mercede conductos esse, uexarique ab eis bello Senenses amicos & socios contra ius fasque. Legatis item mandatum est, ut nisi ab iniuria Senensium discederent, exautorarentque suos belli duces, Florentino populo bellum indicerent. Quo minus uero id statim Galeatius faceret, Petri Gambacurtae Pisanorum tyranni precibus factum est, qui Galeatio & Florentinis amicus, rem inter utrumque compositurum se praedicabat. Interim uero Urbanus pontifex pontificatus sui infeliciter acti anno undecimo, mense octauo, Romae moritur: sepeliturque in beati Petri basilica, paucis admodum eius mortem, utpote hominis rustici & inexorabilis, fletibus. Huius autem sepulchrum adhuc uisitur cum epitaphio fatis rustico & inepto.

## BONIFACIUS .IX.

ccc. pont.

**B**onifacius nonus, patria Neapolitanus, Petrus cognomento Tomacellus antea uocatus, Romae cardinalium omnium consensu pontifex creatur, anno domini millesimo trecentesimo octogesimo nono. Hic etsi annorum circiter triginta esset dum pontificatum inijt, ita tamen deinceps uixit in tam florida aetate, & tanta peccandi licentia, ut nulla ei libido, nulla uoluptas impingi uel obijci posset. Iuuentutem certe cum ipsa senectute commutasse uidebatur. Fuit praeterea tanti animi consilijque, ut primus populi Romani uim omnem in pontificem transfulerit, creatis suo nutu magistratibus omnibus, munitaque sancti Angeli arce in mole Hadriani sita ad Tiberis pontem, quo ab urbe in uaticanum itur, Munitisque item pontibus quibus in transibit

rim Romani commeat. Verum dum Bonifacius nonus adhuc in pontificatu esset, Galeatius Florentinos & Bononienses bello aggreditur, Iohanne Vbalduino & Landefco Petramala copiarum suarum ducibus, qui uallem Arni superioris ingressi, omnia longe ac late populabantur. Iacobusque Vermes Bononiensem agrum suo nomine ingressus, ciuitati quoque multa damna intulit. Tum uero Florentini ad praecauenda mala solliciti, & Iohannem Haucut, & Carolum Bernabouis filium & Antonium Scalam cum quatuor equitum, peditum duobus millibus, Bononiensibus socijs & amicis auxilio misere. Sollicitare praeterea literis & nuncijs Stephanum Bauariae ducem, ad quem Franciscus iunior confugerat: & Iacobum Armeniaci comitem magna mercede conductum, ut in Italiam contra uicecomitem descenderent, eumque a ceruicibus suis ad propria tuenda auerterent. His cohortationibus motus Franciscus iunior, mutata ueste fauentibus Venetis, secreto tamen, Patauium ingreditur, urbemque potitur. Subsecutus uero Bauariae dux, urbem ingressus, oppugnate arcem non destitit. Veronenses autem harum rerum permutatione moti, pulso uicecomitis praesidio, Antonium Scalam ad se uocant, qui fere his diebus in Hetruria mortuus erat, relicto unico filio in prima pueritia adhuc superstite. Qua quidem re cognita, praecauter ducti, in primis Vgolotum Blancardum, qui in Cremonensi agro cum exercitu Galeatij erat, ad se uocant, impetrata prius errati uenia, per solutisque aliquot millibus nummum auri, ad redimendam tanti erroris culpam. Ingressus urbem Blancardus, retinere milites a direptione tam opulentae urbis nequaquam potuit. Vxor uero Galeatij tantae ciuitatis calamitate miserata, triduo post militibus direptionem inhibuit. At dux Bauariae coquestus se mercede a Florentinis defraudatum, ab oppugnatione patauinae arcis in Germaniam discessit. Tum Florentini praebente aditum Alberto Estensi, qui iam pridem ab amicitia Galeatij discesserat, Iohannem Haucut Carrariensi socio auxilio misere: cuius fortitudine & astu arx patauina in deditioem breui recepta est. Unde Galeatij copiae quae eo recuperandae urbis causa uenerant, in Vincentinos secessere. Descenderat iam tum etiam comes Armeniaci a Florentinis mercede conductus, per Taurinos in Italiam cum uiginti millibus equitum, Castellatumque in Alexandrinis uicibus captum diripuerat: quare Galeatio necesse fuit copias suas a Vincentinis reuocare, quas hosti opponeret. In suburbio Alexandrino confederant Mediolanenses, in quos delati Armeniaci sine ullo ordine, excidium ipsis militibus & ciuibus minabantur. Pugnatum est pro portis aliquandiu, & ab Italis tandiu protracta pugna est, donec sui (quos circumactio itinere ad carpendum extremum hostium agmen miserant) nil tale opinantes, aggredierentur. Dum pugnatur, superuenere illi: atque ita a tergo, a lateribus, a fronte caesi, prius pene oppressi sunt ingenti caede, oppidanis etiam superuenientibus, quam discrimen in quod delati fuerant, cognouerint. Comes ipse Armeniaci tantum exercitus dux captus, ex uulnere in praelio accepto statim moritur. Capti & Rinaldus Lanfigliatus & Iohannes Riccius Florentini equites, qui Armeniacum in Italia duxerant. Tum uero Galeatius tanta uictoria fretus, parte copiarum in Haucutum mittit, qui ea mente Atesim & Mintium traiecerat, ut se cum Armeniaco coniungeret. Verum Haucutus re cognita, quanta maxime celeritate potuit, in Patauinum mouit, non paucis suorum in itinere amissis ob deriuatas passim a rusticis aquas, ne redire hosti impune liceret. At Florentini bello pressi a Iacobo Verme, qui eo a Galeatio cum duodecim millibus equitum, peditum quatuor, missus fuerat, Haucutum reuocant, qui hostes Florentinos, quibus par esse aperto Marte non poterat, miris artibus ludificatus est. Interim uero hortate Bonifacio pontifice, & Antonio Adurno Genuensi duce, pax aequis conditionibus inter Galeatium & Florentinos Genuae composita est. Sed dum unum incendium extinguit, alter exardescit. Nam & Franciscus cognomento Vicus, urbis praefectus Viterbii pontifici peditioe abstulit: & Pe

trus Gambacurta Pifarum dominus, a Iacobo Appiano publico scriba, & omnium consiliorum suorum particeps cum filiis occiditur, ipseque Appianus dominatu potitur. Mortuo autem Alberto Estensi, Accius & ipse Estensi familia ortus, iam pridem patria pulsus, adiuuantibus Cunnj cōtibus, redire in patriam instituerat. Sed tutores Nicolai pueri Alberti filij, sumptis armis Accium Ferraria summouentes, Lucum & Concilicæ oppida Iohanni Cunnio promiserunt, si Accium interficeret. Tum Iohannes composita fallacia uirum Accio persimilem interficit, & acceptis oppidis, uerum Accium in publicum producit. Non commisisset tantum facinus Albricus ex eadem familia ortus, cui plus Itali debent quam omnibus ducibus quum tuum fuere. primus enim docuit Italos bella gerere, iam pridem arma ferre defueros, quibus se deinceps ab intestino externoque hoste tutati sunt. Prius enim si quid gerere Itali uel inter se, uel in barbaros uoluissent, accire externum militem opus erat. Sed tanta militum copia hoc duce breui suborta est sub uexillo sancti Georgij, ut & Britones qui prouinciam nostram & ecclesie castella euerterant, Theutonicos, Anglicos, postremo omnia uastates Italia expulerit. Hinc Brachiani & Sfortiani milites originem habuere: quorum armis Italia apud externos tantum nominis consecuta est, ut aut exteri timore perculsi quiescerent: aut aditum ad nos tentantes, magnis cladibus superati sint. Interea uero mortuo Clemente septimo adulterino pontifice, in eius locum a cardinalibus tanti schismatis autoribus, Petrus Luna Benedictus xiiij. appellatus, Auenione sufficitur. Successit tum etiam Carolo imperatori Romano Venceslaus filius, a quo Iohannes Galeatius uicecomes Mediolanensis, ducatus titulum accepit, misso oratore Petro Philargi Mediolanensi archiepiscopo: qui postea Romanum pontificatum adeptus, quintus Alexander appellatus est. Galeatius autem mortuo Iohanne Haucut Florentie sepulto, quo uno duce in rebus bellicis tum maxime Florentini utebantur, mittere Albricum cum suis copijs in Hetruriam constituit: qui Florentinos Appianum Pisanorum tyrannum bello laceffentes, in officio contineret. Erant in eo exercitu Paulus Vrsinus, Ceculus, Broliā Brādulinus, Paulus Sabellus, Lucas Canalis, cohortium præfecti insignes: qui simul cōiunctis copijs animisque oppugnare Florentiam adorti, ad monasterium Carhtusiense castra posuerat: unde crebris in cursuionibus tum agros, tum ciuitatem Florentiam continuo uexabant, cædibus, rapinis incendiisque omnia complentes, anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo septimo. Quo quidem tempore & Bonifacius Perusium se cōtulit, nobilitatem plebejs Raspanibus conciliaturus. Sed plebs præsentem pontifice præter datam fidem arma capiens, interfectis ad octoginta ex optimatibus, Biordum & Michelotum plebeiarum partium principes in urbem intromissos, dominos constituunt. Indignatus autem ob eam rem pontifex, Amissium petens, inde ad duce Galeatium oratores misit, qui eum adhortarentur, ut oppugnare Mantuam desineret: quam tum aqua & terra obsidione premebat, accito in Cisalpinam Galliam ad id bellum Albrico Barbiano. Hæc autem ob rem ex foedere Florentinis licuit, & Venetis belli socijs Mantuano auxilium mittere, Carolo Malatesta Mantuani fororiorum copiarum duce, qui ingenti clade Galeatij exercitum apud Governolum proffigauit. erat tum quoque in animo Florentinis Pisanos bello persequi, sed eos a tanta re auertebant Pupij Balneij comites, & Vbertini rebelles, qui Florentinae ciuitati exitium minabantur, si in Pisanos mouerent. Verum mortuo non ita multo post Iacobo Appiano, filius Gerardus patri succedens, cum retinere Pisas in potestate sua non posset, ob seditiones a Florentinis excitatas, urbem ipsam Galeatio uicecomiti uendidit, Plumbinio oppido tamen modo sibi ac suis retento, millesimo trecentesimo nonagesimo nono. Interfecto autem Biordo Lantedesci insidijs, Perusini uindicare se in libertatem conati sunt. Verum cum Vgolinus Trincius Fulginas pontificis uicarius, eius nomine

\*Barthia  
ni.

Clemens  
adulterino  
pontifex.

Perusium in ditione ecclesie trahere conaretur, indignati ciues, Galeatio sese dedunt: qui post menses duos Bononia quoque & Luca falso potitur. Hinc maior timor Florentinos incescit, passim de se ac libertate sua actum dicentes, nisi Galeatius morte medio auferretur. Appropinquante uero Iubilei anno, legati Romanorum pontificem adeunt, rogantes ut Amissio Romam proficisceretur: qui etsi id magnopere euperet, tamen dissimulato desiderio, facturum se quod petebant, negauit: quod diceret eos uoluissent recipere senatores ex nobilitate externa secundum consuetudinem & instituta pontificum: quodque camerae cōseruatores suo pte ingenio elegerent, homines quidem parum idoneos, & quorum licentia Banderesius omnia licerent. Tum uero Romani, ut rem gratam pontifici facerent, & Banderesios tollunt, & Malatestam Pandulphi filium Pisauriensem, uirum doctum, pontificis nomine in senatorem recipiunt, pecuniasque insuper Bonifacio dant, quo ei proficisci ad urbem liceret. Urbem itaque ingressus, munita mole Hadriani (ut antea diximus) mœnibus & turribus, dominatu urbis sensim potitus est. Celebrato deinde Iubilei anno, MCCC. quo innumera fere hominum multitudo ad urbem religionis causa uenerat, Florentini Galeatium a ceruicibus suis auertere cupientes, Robertum Bauariae ducem, quem imperij electores, abrogato ob ignauiam Venceslao Boemo, delegerant, hac conditione in Italiam uocant, ut non prius promissam mercedem accipiat, quam uicecomitis ducatum attigisset, qui Brixianum agrum ad Benacum ingressus, parte pecuniarum accepta, cum Galeatij copijs congregiens, superatur, ac Tridentum fuga petit. Retinere hominem Veneti & Florentini multa polliciti, quo minus in Germaniam rediret, nequaquam potuerunt. Tum uero Bonifacius, siue uicecomitum potentiam ueritus, siue augendae ditionis ecclesiasticae cupidus, Annatarum usum beneficijs ecclesiasticis primus imposuit, hac conditione, ut qui beneficium consequeretur, dimidium annui proventus fisco apostolico persolueret. Sunt tamen qui hoc inueterum Iohanni uigesimo secundo ascribant. Hanc autem consuetudinem oēs admiserunt, propter Anglos, quod id de solis episcopis concessere, in cæteris beneficijs non adeo. Cōfirmata hoc modo pecunijs, arce, magistratibus suo nutu in urbe delectis ditione ecclesiastica, pontifex Ladislaum adolescentem Caroli Neapolitani regis filium, in regnum paternum restituit, a tyrannis & populis occupatum, qui Lodouici Andegauensis partes secuti fuerant. Quo autem facilius & honestius id fieret, priuationem Caroli ab Urbano sexto Nuceriae factam, abrogauit: cardinalemque Florentinum Caicram misit, quæ sola in fide remanserat, ut eo loci adolescentem coronaret, ubi summa cum fide seruatus fuerat. Vicecomes autem redeunte in Germaniam imperatore Roberto, copias suas Albrico duce ad opprimendum Iohannem Bentiuolum misit, qui Bononiensem urbem in suam redegerat potestatem, pulso uicecomitum præsidio. Militabant tum in exercitu Galeatij Franciscus Gonzaga, composita inter eos pace: militabat Pandolphus Malatesta, Caroli frater: aderat & Octobonus Rubeus, Parmensis ciuis: quorum nominibus perterriti Florentini, Bernardonem copiarum suarum præfectum, Bononiensibus socijs auxilio mittunt: cuius aduentu Bononienses animis aucti, hosti mœnibus appropinquantem occurrere audent: quo prælio superati, omnem equitatum cum Bernardone in ipsa pugna interempto, amiserunt. Captus etiam eo prælio Iacobus Carriaria, Francisci Gonzagæ precibus conseruatur. Aufugerat tum cum paucis Bentiuolus in urbem: quam dum acriter nimium tutatur, in globum incidens, cum uiuus capi non posset, obruncatur. Potitus itaque deinceps, nullo resistente, Bononia Galeatius, magnum terrorem Florentinis iniicit. Eo enim se breui moturum omnem belli imperum ostendebat. Verum morte eius adiuti, ut ipsi optabant, non ita multo post tanto metu liberati sunt. Mortuo autem ex febre Iohanne Galeatio apud Meregnanum, cum ante cometes tantæ mortis indicium apparuisset, anno

Annata.



millesimo quadringentesimo secundo, multi repente tyranni oborti sunt: aut ciuitatum suarum principes, aut cohortium praefecti, a militibus ducis ob largitionem ad occupandas ciuitates adiuti. Oborta tum quidem infinita mala sunt, cum nemo unus praefectus, qui uitia hominum imperio & autoritate cōpesceret. Innouata est etiam Guelphorum & Gibellinorum perniciofa seditio, quae ducentis & eo amplius annis per Italiam uagata, omnes ciuitates ita ad arma ciuilia concitauit, ut ferme ad internecionem certatum sit. Nam Vgolinus Caualcabos, oppressis Gibellinis, Cremonae imperitabat: Parmam Ottho tertius, interfectis ac pulsis Rubeis, obtinebat: Soardi Bergomum, Rusconi Comum, Viginata Laudam: Vercellas, Alexandriam, plurimamque per eam regionem oppida Fazinus Canis dux copiarum egregius ui occupauerat. Omitto reliquos tyrannos a Galeatio pulsos, qui tum quidem redeundi ad tyrannidem & dominatum spem aliquam sumpserunt. Maxime uero Guilielmus Scala, & Carolus uicecomes Bernabouis filius, qui principes omnes & populos ad defectionem sollicitabant. Hinc etiam Pynus Ordelaphus patria pulsus, Foroliuius potitur. Albricus quoque Cunni comes, Fauentiam bello pressam in sui potestatem redegit, nisi a Ladislao adhortante etiam pontifice in regnum accitus prope fuisset: magnusque comestabilis, ut eorum uocabulo utar, creatus. Miserat & eo cum satis iusto exercito fratrem suum pontifex, ut regi auxilio esset: qui a Neapolitanis repulsus, Perusium mouens, ciuitatem ipsam in potestatem pontificis breui redegit. At Baldefar Cossa Neapolitanus ciuis, sancti Eustachii cardinalis, Bononienses aliquandiu obsessos, redire tandem ad ecclesiam compulsi, Brachio Montonio copias ecclesiasticas ducente, quem ut uirum in re militari praestantem Albricus in Flaminia reliquerat. Sub eo enim ab ineunte aetate militauerat, ordinisque duxerat. Idem etiam contigerat Sfortiae, & Cotignola Flaminiae oppido originem ducente: quorum uirtute militia Italica ita breui creuit, ut qui duce in re bellica deinceps indigerent, altero istorum uterentur. Hinc illae factiones militares exortae sunt, ut sexaginta iam annis nil prope gestum in Italia sit, quod non alteri istorum ascribi possit. Qui enim a Brachianis opprimebatur, ulcissimam a Sfortianis alteram factionem precio conducebat. Albricus autem (unde taquam ex equo Troiano innumerabiles belli principes emanarunt) Neapolim diu oppugnatam, tandem in potestatem Ladislai recepit. Qua uictoria moti omnes regni principes ciuitatesque, statim in deditioem regis peruenerunt. At uero Ladislaus regnandi cupidus, priusquam fundamenta regni Neapolitani confirmasset, accitus ab Ungaris, ad illud quoque regnum iure haereditario suscipiendum, cum copias traiecisset, laderaque obsideret, certior ab amicis fit, Neapolitanos & aliquot regni proceres ad defectionem spectare. ladera itaque potitus, eademque Venetis diuendita, Neapolim redijt: reuocatoque e Flaminia Albrico (eo namque ad suos uisendos profectus erat) omnes proceres dominatu priuauit. Recusantes autem parere, e patria deiecit. In Seuermatum uero familiam crudeliter animaduertit, primatibus ipsis ultimo supplicio affectis. Bonifacius autem in tanta rerum perturbatione diu afflictatus, dolore laterum tandem moritur, pontificatus sui anno quartodecimo, mense nono, millesimo quadringentesimo quarto. Sepeliturque in basilica Petri sepulchro marmoreo, uermiculato opere distincto, quod adhuc cernitur, cum gentilitijs insignibus: quae item indicant, multa aedificia tum in mole Hadriani, tum in Capitolio, tum in palatio Vaticani, huius iussu & impensa aedificata, tum fuisse. Huic autem pontifici ad summam gloriam nil certe defuisset, nisi affinium & cognatorum affinitatibus obtemperans, aliquam notam contraxisset. Multa enim crimina per simoniacam prauitatem committebantur, petentibus contra ius fasque omnia tum fratribus, tum cognatis: quorum magna multitudo quaestus gratia Romam uenerat. Indulgentiae uero & quidem plenariae ita passim uendebantur, ut iam uilesceret

Indulgentias uendebat, quae uilesceret.

elauium & literarum apostolicarum autoritas. Reuocare haec omnia Bonifacius conatus, cognatorum precibus eo identidem redire cogebatur. Unde melius actum cum ecclesia dei censerem, si pontifices reiectis affinibus & cognatis, uel saltem in mediocri fortuna collocatis, pontificiae dignitati potius quam carni & sanguini cōsuleret. Maxime uero hoc tempore, quo mortuo Tamburlano, qui Turcos superauerat, eorumque regem catenis uinctum secum trahebat, Armenios, Persas, Aegyptios, Assyrios sine gubernatoribus reliquerat: qua ex re facile Christianis tum fuisset Hierusalem, ac sanctum domini sepulchrum recuperare. In nostros enim conuersus, Albos suo pontificatu nouam superstitionem introducentes persecutus est. Ex albis nanque descendisse in Italiam anno ante iubileum presbyterum quendam cum magna hominum multitudine, ex patre meo qui hominem uiderat, intellexi. Is quidem albo indutus panno, tantam modestiam uultu ac uerbis praese ferebat, ut ab omnibus sanctus haberetur. In Italiam itaque descendens, magnam hominum ac mulierum multitudinem in sententiam suipsius breui deduxerat. Linteis albis circumuoluti omnes sine discrimine, mares an foeminae, rustici an ciues, serui an liberi essent, passim ueluti pecora, ubi nox oppressisset, dormiebant. Publice in uicis epulabantur, perlatis undique certatim quasi ad sacrum epulis, Crucifixum sacerdos ipse praese ferebat: quem lachrymari ob hominum errata distabat. Id quoties accidisset, succlamabant omnes, ueniam a deo petentes. Laudes beatae uirginis canebant euntes & stantes, hymnis ad id apte compositis. Ex Cisalpinis autem in Flaminiam, Hetruriam, Picentes, aucta opinione sanctitatis ueniens, non plebem modo rudem & crudelem, sed & principes & episcopos ciuitatum in sententiam suam facile pertraxit. Substitit Viterbij cum magna multitudine labore itineris fessus, Romam inde, ut ipse dicebat, ad uisenda loca sancta sanctorumque corpora uerturus. Sed Bonifacius fraudem subesse ueritus, quod diceret hominem superstitiosum pontificatum appetere, adiuuante illa multitudine, milites aliquot praemittit, qui hominem comprehensum ad se perducant. Sunt qui scribat huius fraudem quaestione detectam fuisse, hominemque in tanto facinore deprehensum, meritas poenas luisse, igne scilicet, quo exustum ferunt. Sunt etiam qui dicant nil fraudis in homine deprehensum fuisse: sed id fictum a pontifice abolendo rumori, quo hominem per inuidiam captum & necatum affirmabant. Vtrum uerius sit, deus nouit. Hoc tamen constat, post tantam collusionem, quae partim hac superstitione, partim frequentia iubilei obuenerat, magnam hominum multitudinem pestilentia consumptam fuisse. In tantis autem malis quibus prouincia nostra afflictabatur, unum tamen bonum in Italiam aduectum est. Ad nos enim Chrysoloras Byzantius literas Graecas attulit, quae annis iam quingentis in Italia conticuerant. Hinc Graecae Latinaeque linguae scholae exortae sunt, Guarino, Victorino, Philelpho, Ambrosio monacho, Leonardo Aretino, Caroloque, ac plerisque alijs tanquam ex equo Troiano in lucem prodeuntibus, quorum aemulatione multa ingenia deinceps ad laudem excitata sunt.

Noua superstitio introducta.

Chrysoloras Byzantius.

ccxi. pot.

#### INNOCENTIVS .VII.

Innocentius vii. patria Sulmonensis, Cosmatus antea uocatus, sanctae crucis presbyter cardinalis, Romae pontifex creatur, tumultuante tota Italia. Mortuo enim Iohanne Galeatio, duobus filiis superstitibus, sed adolescentibus, adhuc tota Italia ad arma respiciebat. Iohannes Maria maior natus, id enim ei nomen erat, ducatum Mediolani sibi uendicat: Philippus uero Maria minor natus, Papiae dominatum, cuius comes iure habebatur, facile obtinuit. reliquae ciuitates, ut antea dixi: ad quinque enim & uiginti fuisse constat, ab imperio uicecomitum defecere. Nam & Paulus Guinius ciuis Lucensis, patriae dñatum sibi usurpauit: & Franciscus Carrarius sublato e medio tanto duce, cuius arma mirum in modum timuerat, augenda ditionis in mare

gnam spem ueniens, Veronam, Brixiam, Bergomum, Cremonam, legatos ad solicitandos in partes suas Guelphos misit. Verum ubi uidet Guilielmum Scalā & Carolum uiccomitem, qui imperia ciuitatum suarum desiderabant, posse conatibus suis obstare, Guilielmo Veronae, Carolo Mediolani, acceptis ab eo mutuo triginta millibus aureis, dominatum pollicitus est. Reducto itaq; in patriam Guilielmo, eodemq; non ita multo post ueneno sublato, Verona ipse potitur. Eadē quoq; fraude Carolum aggressus est, cū is instaret, ut non apparentibus promissis, pecuniam saltem mutuo datam solueret. Literis quoq; Franciscum Gonzagam admonet, ut descendere in partes suas sponte uelit, amplectiq; eius amicitiam & societatem: sin secus esset animatus, habiturum se eum pro hoste, facturumq; ut breui eius pertinaciā poeniteat: fieri per facile id posse dicebat, cum Veronam Mantuanis finitimam adeptus, Brixiam quoq; in potestatem suā breui sit redacturus, unde per cōmode Mantuanos bello premat. Nil respondere Franciscus instituit, priusquam Venetorū legatos audiret, quos in uia ad se euntes intellexerat. Veneti enim Carrariorum potentiam suspectam habentes, Vincentiam dedētib; ultro ciuib; in deditiōem & tutelā recipiunt, quod Francisci arma uereren: quodq; sub quouis alio quā sub Patauino domino esse mallebant: quippe cū inter Patauinos & Vincentinos immortale odium intercedat. Admonet tum Franciscum Carrarium Venetus, ne Vincentinos uectigales suos bello attingat: utq; ab expugnanda Colonia (quam suae ditionis esse rebantur) abstineat: aliter Venetos bello persecuturos illatas iniurias. Respondet Franciscus mirari se Venetorum impotentiam, q cum nullum ius in continenti habeant, leges tamē merito imperantibus uelint praescribere: irent, & aestuarijs se ac paludibus continerent: eosq; posse ciuitatibus sinerent, qui eam facultatem a maioribus suis accepissent. Indignati mirum in modum Veneti, legatos suos qui in uia erant admonent, ut foedus & societatem cum Francisco Gonzaga ineant: eumq; primum copiarū suarū ducē deligāt, addita pecuniarum summa, quae ei stipendij nomine quotannis daretur. Tum uero Franciscus isto foedere maturandum ratus, quod iam hostes potitos Colonia intellexerat, cōscripto magno militum numero, Veronenses ad eam partem adoritur, qua ad Mātuanos uergunt. Idem faciunt Veneti, ex Vincentinis eo motentes. Quo impetu Veronenses perterriti, cum nulla spes auxiliij subesset, deditiōem fecere. Oderant etiam ciues Franciscum Carrariensem, qui Guilielmum Scalā ueneno necasset, eiusq; filios occupata fraude Verona, in carcerem coniecisset. Dum urbem uero instructis aciebus ingrediuntur, ne qua fraus ab hoste subesset, Iacobus Carraria qui ibi cum praesidio erat, repente cum militibus aliquot Hostiliam profugit. Sed dū Padum trañcit, captus Venetias mittitur. Munita autem firmissimo praesidio Verona, inde cum omnibus copijs Veneti Patauium mouētes, urbem praetis muris ac profunda fossa munitam, defensamq; firmo praesidio obsident: & tandem post aliquot menses interclusis undique com meatibus, in deditiōem accipiunt. Confugerat in arcem Franciscus cum filijs ac nepotibus: quam tamen Veneti non ita multo post cepere, urgente eos qui in praesidio erant, ad deditiōem fame. Franciscus autem captus ac Venetias missus, una cum fratre necatur. Hunc exitum & finem habuit, qui humanam cupiditatem secutus, sprete pace, omnia bello occupaturus uidebatur. Neque in hoc quidem malorum omnium finis fuit. Nam uel ignauia pontificum, qui interdicitis antea, minis, armis postremo tollere discordias consueuerant, uel schismate potius (quo tum ecclesia dei multum laborabat) eo uentum erat, ut uilissimus quisque tyrannus post mortem Iohannis Galeati, unumquodque facinus quantumuis magnum, aggrederetur. Innocentius enim dum adhuc cardinalis esset, carpere negligentiam & timiditatem priorum pontificum consueuerat, quod diceret eorum secordia factum, ne schisma ecclesiae Romanae, totiusq; reip.

Christianae perniciēs, haecenus extinctum & sublatum esset. Verum ipse pontificatum adeptus, secutusq; in quibusdam Urbani & Bonifacii uestigia, quos priuatus carpebat, non modo quod tantopere laudabat effecit, uerum etiam iniquo animo ferebat, si quis apud se ea de re uerbum ullum fecisset. Praeterea uero adeo tumultuose omnia gubernabat, ut cum semel Romani restitui in libertatem, reddiq; sibi Capitolium, pontem Miluium, & arcem Hadriani peterent, instarentq; item ut schisma rem perniciosi exempli de ecclesia tollerent, bella extinguerent & seditiones, rege Gallorum ad eam rem conficiendam operam suam pollicente: ac Petro Luna antipapa nequaquam tantam concordiam abnuente, Romanos ipsos pontifex ad Lodouicum nepotem diuertentem apud hospitale sancti spiritus uia saxea, tanquam ad certum carnificem miserit. Undecim enim ciues reipublicae suae labenti in negligentia pontificis consulturi, statim necantur: fenestrisq; deñciuntur, quod diceret eo modo tolli seditiones & schisma, non alio quidem posse. Hac autem sauitia motus populus Romanus, accito Ladislao Apuliae rege, arma capit, supplicium de Lodouico sumpturus. Verum pontifex declinaturus populi furorem, uerbium cum Lodouico citato gressu proficiscitur. Tum uero populus cum scire in autorem tanti facinoris non posset, in aulicos iram conuertit, quorum bona magna ex parte direpta sunt. Seruati tamen quidam dicuntur in aedibus cardinalium Romanorum, qui adiuuantibus clientibus, aegre tamen, ad se confugientes tutati sunt. Capto deinde Capitolio, occupatoq; ponte Miluio, arcem Hadriani oppugnare frustra conati sunt, adiuuantibus etiam Romanos Iohanne Columna Troiae comite, Gentile Monterano, comite Carrariae, egregijs tum copiarum ducibus, & Ladislai regis auspicijs militantibus. Verum superueniente Paulo Ursino mandato pontificis cum Mostarda & Cecchalino turmarum praefectis, in pratis Neronianis Iohannem Columnam & reliquam Ladislai militiam fundunt. Hanc ob rem Romani quidem multis incommodis circumuenti, cum & homines & eorum pecora abigerentur, residente etiam ira iam antea concepta, pontificem in gratiam recipiunt: rogantq; ut ad urbem redeat. Erat enim natura comis & blandus: adeoq; pontifici ciuilib; iuris peritus, ut facile homines tum rationibus tum suauitate dicendi in sujs sententiam alliceret. Rebus itaque hoc modo compositis Romam ueniens, plures cardinales delegit: quorum de numero fuit Angelus Carrarius, patria Venetus, tituli sancti Marci presbyter cardinalis, in pontificatu Gregorius duodecimus appellatus. Fuit & Petrus Philardi natione Cretensis, basilicae duodecim apostolorum presbyter cardinalis, Alexander quintus deinde creatus. Tertius habitus est Ottho Columna, natus e principibus Romanis ad Vellus aureum, sancti Georgii diaconus cardinalis, Martinus quintus postea uocatus. Confirmata autem hoc modo pontificatu suo, Lodouicum nepotē agri Piceni marchionem creat: eundemq; Firmanum principem constituit. Ipse uero non diu post Romae moritur pontificatus sui anno secundo: sepeliturq; in basilica Petri in sacello quod olim pontificibus dedicatum erat: quodq; uetustate & situ corruens, Nicolaus quintus postea restituit, notato etiam hoc epitaphio hominis sepulchro: **INNOCENTIO SEPTIMO PONTIFICI MAXIMO CVM NEGLECTI EIUS SEPVLCHRI MEMORIA INTERIISSET, NICOLAUS QUINTVS PONTIFEX MAXIMVS RESTITVI CURAUIT.** Interim autem cum & uero pontifice & optimo imperatore carerent Itali, unicuique scelerato peccandi licentia data est. Nam Cabrinus Fundulus, cuius opera Carolus Caualcabos multum & belli & pacis artibus utebatur, spe occupandae tyrannidis elatus, quod ei non secus ac Carolo magistratus omnes atque arcium praefecti parerent, redeuntem Lauda Pompeiana Carolum, ad Machastur mam ab

urbe Cremona decem millia passuum cum fratribus & cognatis obtruncat. Inde uero prope antequam res in urbe sciretur, cum aliquot militibus Cremonam properans, occupata arce ac portis omnibus, forum armato ingressus milite, quos uidet conatibus suis obstare posse, aut obtruncat aut pellit. Obtinenda autem tyrannidis causa, nullum genus crudelitatis omittit. Erant tum quoque in armis Mediolanenses principes, ne dicas eorum opera tyrannos opprimi potuisse, instante praesertim Gutecaldo Genuae praefecto regis Gallorum nomine, qui tum redigere Mediolanum in potestatem regis conabatur: contra uero Fazino Cane egregio tum copiarum duce, retinere Iohannem Mariam in dominatu paterno conante. Ottho quoque tertius Parmensis dominus, ad colloquium spe componenda pacis cum Nicolao Estensi pellectus, ad Ruberam, id castelli nomen est, obtruncatur. Cuius quidem caedis, Sfortia Cotignola iubente Nicolao, autor habitus est. Mortuo autem Otthone, Rhegio statim & Parma dedentibus sponte ciuibus, qui oderant Otthonis nomen, Nicolaus potitur. Ladislaus uero occupata Roma, ut antea dixi, acceptaq; in deditioem Perusia, quam tum armis Brachius uexabat, in Hetruriam hostili animo mouet: quae certe industria & auspicijs Malatestae Pisauriensis egregie defensa est. Repulsus enim inde Ladislaus, in regnum trepidus sese recepit, maiore prope accepto quam illato hostibus incommodo. Liberati autem tanto hoste Florentini, in Pisanos conuersi, post longam oppugnationem Pisas tandem capiunt, Tartalia, Sfortia ducibus, anno domini millesimo quadringentesimo sexto,

## GREGORIVS .XII.

ccxij.  
pontifex.

**A**t uero dum schisma in ecclesia dei longius protraheretur cum pernicie Christiani nominis, altero pontifice Romae creato, altero Auenione, principes Galliae, duces scilicet Bituricensis, Burgundus, Aurelianus, qui tum ob ualitudinem regis Gallias gubernabant: calamitatem ecclesiae tandem miserati, Auenionem ad Petrum Lunam, Benedictum decimum tertium appellatum, perueniunt: hominemque rogant, ut collabenti ecclesiae tandem consulat, etiam si abdicare se pontificatu necesse esset, quemadmodum in conclauis se facturum promiserat iururando interposito, dum pontifex creatur. Spondent praeterea alterum pontificem, qui tum Romae crearetur post mortem Innocentij, idem facturum. Ita enim inter hos principes, & qui in Italia erant reip. Christianae amantissimi, conuenerat, ut abrogatis duobus de pontificatu contendentibus, quorum alter Gallicae, alter Italicae factionis haberetur, unus aliquis postea deligeretur omnium nationum pater & pontifex. Respondet Benedictus se quidem grauiter deum offensurum, si ecclesiam dei desereret, cui patronus & publicus pater consensu bonorum non furum, sed publice ascriptus esset, nolle se in dubium ponere, quod iustis suffragijs sibi demandatum fuerat. Quod dicerent, sublato schismate, de concordia agendum esse, sibi admodum placere, modo id in loco fieret libero: ne coactus quisquam potius quam sponte facere aliquid uideretur. Vnum tamen se polliceri, idque iururando affirmare, si aliter tolli schisma non posset, depositurum omnem pontificiam dignitatem, modo idem eodem tempore ab altero antipapa statim fieret. Principes itaque cognita hominis uoluntate, consultare inter se coeperunt, quoniam modo Benedictum in sententiam suam perduceret, quorum colloquia & consultationes Benedictus ueritus, pontificias aedes armis & comite optime munuit: in quibus aliquot menses obsessus, tandem paratis ad fugam triremibus, per Rhodanum in Cataloniam, unde oriundus erat, aduauigauit. Sunt autem qui scribant principes Gallos id molitos in Benedictum esse, instatibus cardinalibus Gallicis, qui eum oderant, quod alterius nationis esset, & non Gallicae. Nam cum post mortem Clementis de creando pontifice Gallico inter eos non conueniret, hunc post

longam altercationem creatur, ut uirum bonum, & reipublicae Christianae amatissimum: qui eos saepe admonuit, ut honeste ac sancte uiuerent: utque a simoniaca prauitate cauerent, aliter se in eos grauiter animaduersurum. Huius itaque mores ferre nequeutes, principes Gallos in uirum optimum & constantis uitae conciliasse. At uero cardinales qui post mortem Innocentij Romae tumerat, cognita tristum priorum pontificum in tollendo schismate negligentia, cognitoque etiam discrimine, in quo respublica Christiana ubique terrarum, maxime uero in Gallia uersabatur, in unum conuenientes, conclauis ad sanctum Petrum in Vaticano habitato, iurarunt singuli maximis execrationibus interpositis, abdicaturos se statim pontificatu, si sibi diligenti ad tantum magistratum contigisset, hac conditione tamen, ut id quoque ab antipapa fieret. Venere autem in hanc sententiam, ut & gallicae nationi satisfacerent, quae ob impotentiam creandi antipapae consuetudinem introduxerat, a qua remoueri non sine ignominia uidebatur, nisi id quoque ab Italis fieret: utque in sententiam Benedicti uenirent, qui hac una ratione, non alia, sanari ecclesiam posse dicebat. Quod si sibi contigisset utrunque abrogari, unum uerum pontificem omnium, qui tum erant, cardinalium consensu creandum esse, cui omnes reges & principes obtemperarent. Creatus itaque Romae anno domini millesimo quadringentesimo sexto pridie calendas Nouembris, Angelus Corarius Venetus, tituli sancti Marci presbyter cardinalis, qui (ut dixi) Gregorius duodecimus appellatus est, statim quod ante pontificatum promiserat se facturum, scripto, adhibitis etiam notarijs & testibus confirmauit: suaque manu scripta tabellionum notauit. Cum uero de eligendo loco quo sine discrimine uterque uenire posset, mentio haberetur, neque ea de re satis inter eos conueniret, collusores & fidifragi ab utroque cardinalium conuentu sunt habitati: qui Pisas, hinc Roma, hinc Auenione ad nauigantes, uno consensu Gregorium & Benedictum dignitate pontificia priuarunt, consentientibus in tam grauem sententiam omnibus nationibus, praeter Hispaniam citeriorem, regem Scotiae, & comitem Armeniaci, qui Benedicto fauebant. Inita deinde creandi noui pontificis ratione, qui bene ac sancte sine ulla seditione ecclesiam dei gubernaret, uenere in hanc sententiam, ut Alexandrum quintum crearent. Dum autem Gregorius abesset, creandique Alexandri ratio haberetur, armis omnia Romae circumsonabant. Ladislaus enim rex occupata Hostia pedestribus naualibusque copijs, adeo Romanos incursumibus uexauit, ut inita pace honorifice postea in urbem receptus tanquam dominus, & magistratus mutauerit, & portas ac moenia pro arbitrio animi sui operibus & custodijs firmauerit. Verum superueniente Paulo Ursino ecclesiastico duce, apud sanctum Iacobum in Septimiano acerrime pugnatum est, multis utrinque desideratis. In transfiberi namque rex suos tum continebat, arbitratus se illo in loco tutiorem esse ob nauales copias, quas Hostia Romam subuexerat. Is uero deinceps cedens potius quam fugiens Ursinae factioni, quae indies magis magisque augebatur, Neapolim proficiscitur, debilitata praesertim factione sua ob superatos ante ingressum suum Columnenses, Iohanne Columna, Baptista Sabello, Iacobo Ursino, Nicolao Columna, ducibus qui occupata sancti Laurentij porta, urbem iam ingressi erant. Verum superueniente Paulo Ursino, superati (ut dixi) & capti magna ex parte fuerant. Ex his capitali supplicio duo affecti sunt: quorum alter Galeottus Normannus eques insignis, alter uero Richardus Sanguineus est habitus, e familia nobili ac uetusta originem ducens. Reliqui uero incolumes dimissi fuerant, hac tamen conditione, ne amplius Ladislaui auspicijs militaret. His autem perturbationibus adeo Romae annonae caritas inualuit, ut mensura tritici (quam rubium uocant) florinis decem & octo uenderetur, propter abacta pecora & rusticos partim captos, partim necatos, ut in bello fieri consuevit,



## ALEXANDER V.

ccxij.  
pontifex.

Alexander quintus, natione Cretenfis, Petrus antea uocatus, ordinis Minorum frater, archiepiscopus Mediolanensis, uir doctrina & sanctitate uitae praclarus, omnium cardinalium consensu, qui tum in concilio Pisano erant, pontifex creatur. Hanc ob rem Gregorius in Austriae ciuitatem profectus, quasi profugus de concilio generali mentionem fecit. Verum cum eo in loco nequaquam se tutum arbitraretur, Ariminum profectus, a Carolo Malatesta perbenigne & splendide est habitus. Benedictus autem post habitum in Perpiniano concilium, quod tutior esset, ad castellum Panischole, locum munitissimum confugit, ubi diutius immoratus est. Vterque autem licet in Pisano concilio exautorati essent, tanquam ueri pontifices, cardinales crearunt, maxime uero Gregorius: qui dum Lucae esset de consensu cardinalium, qui nondum ab eo discesserant, Gabrielem Condemarium cardinalem creat: qui postea in pontificem electus, Eugenius quartus appellatus est. Ad Alexandrum redeo, uirum in omni uita & aetate praestantem. Hic enim ab adolescentia ordinem Minorum ingressus, a deo Parisiis liberalibus studiis theologicisque disciplinae uacauit, ut breui & publicam scholam habuerit, & in libros sententiarum docte & acute scripserit. Magnus quoque orator, magnus praedicator est habitus. Hanc ob rem a Iohanne Galeatio duce Mediolanensi accitus, primum locum in consultationibus suis habuit. Creatur deinde rogatu Galeatii Vincentinus episcopus, postea Nouariensis mutato loco, postremo praeful Mediolanensis factus, ab Innocentio septimo cardinalis basilicae duodecim apostolorum creatur: quo quidem gradu pontificiam dignitatem adeptus, merito Alexandri nomen consecutus est, cum & liberalitate & magnitudine animi, cum quouis optimo principe conferri posset. A deo enim munificus erat in pauperes & uiros sua benignitate dignos, ut breui nil sibi reliquerit. Unde per iocum dicere interdum solebat, se diuitem episcopum fuisse, pauperem cardinalem, mendicum pontificem. In eo enim defuit illa habendi cupiditas, quae una cum re & aetate accrescit simul. Sed hoc uitium cadere in uiros bonos & rerum humanarum contemptores non potest: qui quo magis consenescent, eo minus uaticini indigere se cognoscunt, & ob hanc rem cupiditates sedant, refrenant auaritiam, ac caeteras animi labe expellunt. Tanti praeterea animi Alexander fuit, ut Ladislaum regem tum potentissimum, qui ditionem ecclesiae pontificibus absentibus diu multumque uexauerat, oppidaque aliquot uis occupauerat, in concilio Pisano approbantibus qui tum aderant, regno priuauerit: iusque illud Lodouico Andegauiae duci competere declarauerit. Soluta autem concilio Pisano, pontifex Bononiam proficiscitur: cui ciuitati tum praerant Baldefar Cossa sancti Eustachii cardinalis: quem Alexander in legatione confirmauit, quod eius industria ac praesidijs Pisanum concilium habitum fuisset: quodque etiam uir erat, qui percommode tyrannis ac rem ecclesiasticam occupare conantibus, obijci quouis tempore posset. In homine tamen plus ferociae, plusque audaciae & secularitatis (ut ita dicam) erat, quam eius professio requirebat. Militaris prope habebatur eius uita, militares mores, adeo ut multa etiam quae loqui fas non est, sibi licere arbitraretur. Cum uero Alexander grauius aegrotare coepisset, nossetque mortem prope instare, cardinales ad se uenientes, ad concordiam, ad pacem, ad tuendam ecclesiae dignitatem adhortatur. Testatus praeterea est per eam mortem quam ante oculos se continuo cernere dicebat: nec reformidare, conscientia bene actae uitae motus, se existimare & credere quae in concilio Pisano decreta fuissent, recte atque integre facta esse omnia, sine dolo malo fraudeque. Cum haec dixisset, lachrymantibus omnibus qui aderant, illud saluatoris uerbum aegre proferens, Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis, statim moritur pontificatus sui mense octauo: sepeliturque Bononiae

In ecclesia fratrum Minorum. Laboratum est autem hoc anno fame ac peste.

## IOHANNES XXIII.

ccxiiij.  
pontifex.

Iohannes uigesimus quartus patria Neapolitanus & nobilis, Baldefar cognomen Cossa antea uocatus, Bononiae omnium consensu pontifex creatur. Sunt autem qui scribant id factum uiolenter esse, quod & legatus Bononiensis esset, & armatos milites tum in urbe, tum in agris pro statione habuerat: ut si precario id obtinere non posset, minis & armis tandem consequeretur. Vt cunque est, constat eum pontificem creatum fuisse, ad eamque dignitatem semper aspirasse. Nam cum adolescens esset, ac Bononiae aliquot annis iuri civili operam dedisset, assumpto (ut nunc fit) doctrinae gradu, Romam iter instituit. Interrogatus autem ab amicis quo proficisceretur, ad pontificatum respondit. Romam itaque ueniens, a Bonifacio nono in cubiculum secretum recipitur. Creatus deinde sancti Eustachii cardinalis, legatus e latere Bononiam mittitur, quam breui conducto milite una cum magna Flaminiae parte in potestatem ecclesiae redegit, pulsus quibusdam tyrannis, aliisque extremo supplicio affectis. Verum post nouem annos cum longa pace ciuitatem Bononiensem mirum in modum auxisset, grandemque pecuniam sibi comparasset, mortuo Alexandro, largitione usus, maxime uero erga cardinales a Gregorio creatos, pauperes adhuc, pontifex creatur. Quo facto, oratores statim ad electores imperii misit, eos oratum, ut Sigismundum Lucimburgum Ungariae & Bohemiae regem, imperatorem crearent, uirum strenuum (ut ipse dicebat) & ad omnia fortiter agenda promptissimum. Hac enim ratione hominis gratiam aucupabatur. Vbi uero hoc ei ex sententia accidit, cum in conuentu Pisano constitutum esset, ut ad certum tempus concilium haberetur, ne alibi transferretur, celebraturum se id Romae praedixit: & quo liberius eo proficisci omnibus liceret, pacare Italiam conatus est, maxime uero Cisalpinam, in qua bellum indies magis magisque crescebat, Fazino Cane discordias suscitante: qui mercenarios milites retinere sine bello apud se nequaquam poterat. Eos enim rapinis, direptionibusque urbium pascere consueuerat. Forte tum accidit ut Papienses, quos Philippus ob tenellam adhuc aetatem retinere in officio non poterat, studio partium concitati, ad arma concurrerent, hinc Gibellini Beccaria familia duce, Fazinum cum exercitu in urbem introducere, pacti fortunas Guelphorum. Verum is cum armato milite ingressus, neutri in diripiendis fortunis pepercit. Quaerentibus autem Gibellinis, sua quoque bona contra datam fidem diripi, respondit, ac egregie quidem, Gibellinos saluos fore: eorum uero bona, quae Guelphae essent, militibus se in praedam concessurum, deridens utriusque factionis stultitiam & cupiditatem. Inde uero abiens, relicto in portis & in arce firmo praesidio, tutelam Philippi donec adoleuisset praeseferens, contra Pandolphum Malatestam ducens, Brixianos & Bergomates incursionibus ac rapinis uexat, nec a Cremonensibus quidem abstinuit, quibus tum Cabrinus Fundulus imperitabat. Dum haec autem in Brixiano agerentur, Ungariae rex iturus (ut ipse praedicabat) Romam libero itinere ad accipiendam imperii coronam, duodecim millia equitum, peditum octo in Venetos mittens, capto primo impetu Foroliuio, Taruisium oppugnat. Huic uero tanto exercitui Veneti Carolum Malatestam obijciunt, qui cunctando magis quam dimicando exultantem uictoria hostem remoreretur. Parum etiam abfuit quin Veneti eodem anno Veronam praeditione quorundam ciuium amitterent, ad rapinam magis quam ad libertatem spectantium. De nocentibus poena sumpta, ac statim sedata sunt omnia. Mortuo autem eodem anno Fazino Cane, coniurati quidam Iohannem Mariam Mediolani ducem interficientes, Bernabouis filios & nepotes in urbem recipiunt. Tum uero Philippus psuadentibus amicis, Beatricem uiduam ob Fazini mortem ditissimam, & cuius autoritate quae sub marito militauerant, admodum mouebatur, duxit uxorem. Qua ex re & ciuitates omnes

quæ Fazino paruerant, statim in deditiōem accepit: & Carmignolam, Siccumq; Montagnanum, qui legionem mortuo Fazino per seditionem diuiserant, in suam militiam persuadente Beatrice pertraxit: quibus ducibus Philippus postea usus, Astorgium Bernabouis filium Mediolano pellens, in expugnatione MODOECIÆ interfecit. Agebantur hæc in Insabria, cum Iohannes Franciscus Gonzaga Francisci iam mortui filius, cum satis iusto equitū peditumq; numero, Bononiam præsidij causa proficiscitur, mandato Iohannis pontificis, cuius auspicijs tum militabat. Nam Malatesta Ariminensis Ladislai regis mercenarius, urbem ipsam graui bello tum premebat. Is itaq; adiuantibus Bononiensibus, graui aliquot prælia cum hostibus fecit: quibus superior factus, urbem acerrime tutatus est. Sequenti uero hyc me Iohannes pontifex a Ladislao bello uexatus, Roma Florētiam, atq; inde Bononiam ueniens: haud ita multo post Mantuam proficiscitur, ubi splendide ac magnifice a Iohanne Francisco Gonzaga susceptus est. Quem inde abiens cum magna parte copiarum Laudam Pompeianam (quo uenturum Vngariæ regem sciebat) secum ducit. Multum enim huic principi fidebat, cuius fidē & integritatem Bononiensi bello optime norat, quanuis pollicitationibus & donis in partes regias a Malatesta sollicitaretur. Cum itaq; pontifex ac rex haudquaquam se tutos Laudæ arbitrarentur, Iohannem Franciscum Mantuam (quo se uelle ire dicebant) ad parandos comعات, disponendamq; urbem, qua recipi commode tanta multitudine posset, prope mittit: qui breui paratis rebus omnibus, Cremonam (quo iam peruenisse pontificem ac regem intellexerat) rediit. Hos autem inde Mantuam adducens, populo omni fere obuiam effuso, opinionem omnium benignitate & gratia superauit. His uero conuentibus, qui Laudæ, Cremonæ, Mátuæ sunt habiti, de pellendo ex Latio, Umbria, Hetruria Ladislao, qui Romam & multa ecclesiæ opida occupauerat, est actum. Videbant hi Italiam incendijs bellorum aliter liberari non posse, de impensa bellica non Mantuæ, sed Bononiæ (cū eo uenissent) agendum censuere. Verum maior eos cura incessit. Ad concilium namq; Iohānes omnium nationum consensu citatus, ad tollendum schisma, duos cardinales statim in Germaniam misit: qui unā cum principibus Gallicæ & Germanicæ nationis locum concilio idoneum deligerēt. Constantia Maguntinæ prouinciæ ciuitas, ad id potissimum idonea est uisa. Eo itaque ad certam diem ex instituto proficiscuntur omnes, proficiscitur & Iohannes pontifex, admonentibus tamen quibusdam ne id faceret, q̄ uereretur, ne cum pontifex accederet, priuatus reuertetur: quod etiam contigit. Eo nanque proficiscens cum uiris quibusdam in omni genere doctrinæ præstantibus, diu multumq; Germanos disputationibus incertos & ambiguos tenuit, quid potissimum decernerent. Verum superueniente Sigismundo, factaq; omnibus dicēdi quod liberet potestate, multa crimina & quidem grauissima pontifici obiecta sunt: quorum causa mutato habitu familiaq; Constantia clanculum Scaphusam se contulit, ueritus ne quid grauius in se consuleretur. Erat Scaphusa Frederici Austriæ ducis ciuitas, quo etiam pleriq; cardinales a se creati, fuga puenere. Verū his postea concilij autoritate reuocatis, Iohannes Scaphusa Friburgum confugit: iturus inde, si tuto fieri posset, ad Burgundiæ ducem. Sed curante concilio, Iohannes capitur, & in insula sancti Marci prope Constantiam in carcerē conijcitur, pontificatus sui anno quarto, mense decimo. Causam fugæ disquirere concilium tum coepit, certosq; iudices uiros grauissimos & doctissimos delegit, q̄ crimina Iohanni obiecta discuterent, eademq; concilio ex ordine referrent. Ad quadraginta capitula & eo amplius contra hominem probata sunt: quorū aliqua cum in eo minime immutari possent, adeo erant inueterata, cōtra fidem iudicata sunt: aliqua uero Christianis omnibus, si non damnarentur, scandalum paritura. Venientibus itaque omnibus in eandem sententiam, Iohannes merito e pontificatu

Pontifex  
capitur,  
& in car  
cerē pro  
pe Cōstā  
tiā cōijci  
tur.

deiectus, sententiam in se latam comprobat. Quo facto, statim ad Lodouicum Ba uarum, qui cum Gregorio duodecimo sentiebat, custodiendus mittitur, donec aliquid decerneret. In Haldeberga castello munitissimo, triennio sine ullo cubiculario famulove Italico diligēter asseruatus est. Theutonici erant custodes omnes: quibus cum Iohannes nutu & signis loquebatur, cum nec ipse linguam Theutonicam, nec illi uicissim Italicam scirent. Abrogatum Iohanni pontificatum ab his tantummodo, qui cum eo ante senserant, ferunt. Nondum enim qui cum Gregorio & Benedicto sentiebāt, conuenerant. Hi igitur ut abrogationem a se factam, ueram & integram iudicarent, omnes synodicum decretum promulgarunt, quo affirmabant concilium generale legitime cōgregatum, habere statim a Christo potestatem. Hoc quidem fundamento concessio, ipsum etiā pontificem concilio subijciebant. Quare Gregorio necesse fuit, suadente etiam imperatore Sigismundo, unum aliquem ad cōcilium mittere, cum ipse proficisci recusaret, qui suo nomine concilij sententiam approbaret. Missus itaque Carolus Malatesta uir certe insignis, cum uideret omnes in hanc sententiam uenire, ut Gregorius quoq; pontificatu se abdicaret, in publicum prodiens, ac in sede Gregorij non aliter extructa, ac si ipse adesset, collocatus, perlecta renunciandi facultate, Gregorium pontificatu abdicat: quem statim conuentus omnis pro tam libera abdicatione, agrī piceni legatum creat. Is itaque non multo post Recaneti moritur, dolore animi (ut aiunt) propter subitam abrogationem ante constitutum tempus a Carolo factam. In longum enim rem protrahi uolebat, in mora spem aliquam ponens. Mortuus igitur ante Martini pontificatum, in Recanetensi ecclesia sepelitur. Sublatis duobus pontificibus, tertius in quo abrogatio maior difficultas inerat, restabat, Petrus Luna Bndictus tertius decimus (ut antea dixi) uocatus. Ut autem is etiam nolens abdicare se magistratu cogere tur, Sigismundus imperator unā cum oratoribus concilij ad Franciæ & Angliæ reges peruenit: eosq; adhortatus est, ut pro salute Christiani nominis iam ob schisma periclitantis, in abrogando Benedicto, sublatis alijs duobus, eius sequerentur sententiam. Grato autem respōso accepto, inde Narbonam properat ad Ferdinandum Aragonum regem, cuius populi magna ex parte Benedicto obtemperabāt. Quo cum inter alia capitula hoc pactus est, ut Benedictū rationibus moueret ea facere, quæ Gregorius & Iohannes in concilio Constantiensi egissent. Id uero si facere recusaret, populos cogeret ab eo ad concilium Constantiense deficere. Benedictus autem in castello Paniscolæ loco munitissimo se continens, moueri persuasionibus e sententia sua non poterat, quod diceret & se uerum Christi uicarium esse, & Constantiā non esse locū libertati ecclesiasticæ conuenientem, cum Iohannes uigesimustertius ab his etiam abdicare se pontificatu coactus fuerat, qui partes suas antea sequebatur. Tum uero principes Hispaniæ cernentes pertinaciā Benedicti, concilij opinionem secuti, in reliquorū sententiam uenerunt. Gerebantur res in concilio quinque nationū suffragijs, Italica, Gallica, Germanica, Hispanica, & Anglica. Quicquid uero harum nationū suffragijs decernebat, id ita ratum erat, atq; per p̄conem, aut per notarium publicum pro curia enunciabatur, si omnium consensu postea confirmatum fuisset. Qua quidem autoritate Benedictus, discussa aliquandiu re, pontificatu tandem priuatur, absentibus reiectisq; nationibus, quæ cum eo sentiebant, maxime uero Scotis & comite Armeniaci. In eodem quoq; cōcilio condemnata est Iohannis Vigles hæresis: & duo ex sectatoribus eius combusti sunt. Iohannes Hus, & Hieronymus eius discipulus, tanquam hæresiarchæ: quod inter cæteros errores diceret ecclesiasticos ad imitationem Christi pauperes esse debere, cum ex tanta rerum copia & luxu populi omnes scandalizarentur. Rebus autem hoc modo compositis, cum de restituenda ecclesia, emendandisq; moribus clericorum mentio haberetur, fieri id non posse existimarunt uacante sede,

Heresis  
Viglesi.

Vnde de eligendo nouo pontifice sermo est habitus, quo decreta concilij maiorem deinceps auctoritatem haberet. Cum igitur hac de re uerbum haberetur, placuit ex unaquaque natione uiros sex deligi, & quidem probatos, qui una cum cardinalibus conclaue ingressi, pontificem deligerent. Anno igitur millesimo quadringentesimo decimo septimo, sexto idus Nouembris conclaue ingressi, consentientibus cardinalibus duobus & triginta, nationibusque omnibus, praeter omnium spem & opinionem, cum iam quadriennio uero pontifice caruisset ecclesia, multique schismatici tum interessent, tertio idus Nouembris, in celebritate beati Martini hora tertia Otto Columna Romanus princeps, sancti Georgij ad Vellus aurei diaconus cardinalis, pontifex creatur, tanta omnium laetitia, ut praeter gaudium loqui uix homines possent. Effusus nimio gaudio imperator, nullo habito dignitatis suae discrimine, conclaue ingressus, & gratias omnibus egit, qui tantum uirum & tam necessarium respublicae Christianae prope extinctae delegissent: & ante pontificem prostratus, cum summa ueneratione eius pedes exosculatus est, quem contra pontifex amplexus, non secus ac fratrem in precio habuit, eique gratias egit, quod sua opera & industria pax tandem ecclesiae dei reddita esset. Vocari autem Martinus uoluit, quod ea electio in Martini celebritate habita fuisset. Interim uero dum haec Constantiae ageretur, mortuo etiam Ladislao contra Florentinos proficiscente, Romae ad arma & libertatem conclamatum est. Cogitur a populo Petrus Mattheucij etiam nolens gubernacula reip. suscipere: qui postea magistratu se abdicauit, cum intellexisset legatum a Iohanne pontifice iam antea designatum, paulo post affuturum cum senatore ciue Bononiensi: qui urbem ingressi, & Paulum Palonium, & Iohannem Cincium seditiosos cines, capitali supplicio affecere. Sequenti uero anno Brachius Montonius Romam cum exercitu ueniens, urbe potitus, oppugnare arcem sancti Angeli adortus est: quae firmo Iohannae reginae praesidio defendebatur. Nam Iohanna Ladislao fratri in regnum successerat. Verum superueniente Sfortia militum reginae duce, non solum Brachium ab oppugnanda arce dimouit, sed etiam hominem pugnantem continuo ab urbe expulit, Romanis in neutra partem inclinantibus. In ea pugna occiditur Iohannes Columna a milite, qui olim cum Paulo Ursino militauerat: quem Lodouicus Columna cum Brachio militans, in agro fulginati interfecerat. Erat autem militi in animo, Lodouicum obruncare ulciscende Pauli necis causa, sed Iohannes Lodouicum defensurus, innocens moritur. Dum autem Roma hoc modo fluctuaret, in uarias partes declinans, creato Martino, spem aliquam exoptatae quietis tandem concepit.

## MARTINVS V.

ccxv. pō.

**M**artinus quintus, patria Romanus, Otto cognomento Columna prius uocatus, non magis suo quam ecclesiae iam labentis tempore pontifex in concilio creatur, nationum omnium & cardinalium consensu. Is enim a teneris annis cura parentum moribus & literis imbutus, ubi adoleuisset, iuri pontificio Perusii operam dedit, unde ad urbem rediens, ob integritatem & doctrinam Urbani sexti referendarius factus est: quod munus tanta cum humanitate, iustitia, & mansuetudine gessit, ut diaconus cardinalis ab Innocentio septimo creatus sit. Nec ob eam quidem rem a natura sua discessit. Humanior enim quam antea factus, patrocinium suum omnibus praestabat, ita tamen, ut in rebus publicis non multum se immisceret. Nam cum in conuentu Constantiensi multae in utraque partem altercationes haberentur propter diuersa factionum studia, ipse medium quoddam tenuit, quo in alterutram partem inclinare nullo modo uidebatur, communi utilitati semper consulens. Hanc ob rem & imperatori, & cardinalibus ac denique omnibus gratus, pontifex creatur. Quo in magistratu non somno & ocio, sed negotio & sollicitudini deditus, audire, refellere, approbare, suadere, dissuadere, hortari, detertere accedentes ad sedem apostolicam

tam confueuerat, cognita petentium honestate, uel secus. Mira enim utebatur facilitate: & honesta petentes a se uoti compotes dimittebat. In consultationibus autem mirae prudentiae uir est habitus. Nam & quid agendum, & quid uitandum esset, statim re proposita acutissime iudicabat. Breuis in dicendo, cautior in agendo, adeo ut prius rem factam cerneret homines, quam ab eo excogitatam putarent. Eius autem sermo plenus sententiarum erat. Ex ore eius nullum uerbum tam crebro, quam iustitiae nomen prodibat. Ad suos praesepere conuersus, maxime ad eos qui prouincias & ciuitates gubernabant, his uerbis utebatur: Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Indigebat tum profecto tali pontifice ecclesia dei, qui nauiculam Petri schismatis & seditionum omnium fluctibus quassam, redigere in portum salutis gubernaculo ad morus sciret & posset. Adeptus itaque tantum magistratum, cum restare adhuc caput renascentis hydrae cerneret, Benedictum Luitam cum aliquot cardinalibus & praelatis peninsulae tanquam in arce schismatis se continentem, quibusdam Aragoniae populis in utram partem inclinarent adhuc titubantibus, approbante concilio, Alemannum Ademarium uirum doctissimum, & cuius sepulchrum in sancta Maria noua adhuc cernimus, patria Florentinum, sancti Eusebii presbyterum cardinalem, legatum e latere suo in Aragoniam mittit, qui sub poenitentis & censura ecclesiastica Petrum admoneret, ut se pontificatu abdicaret. Cardinales autem qui cum Petro sentiebant, intelligentes ultimam concilij & pontificis sententiam, Petrum ipsum adeunt rogantque, ut de ecclesia dei tandem omne schisma tollat, quo iam multis annis Christiana respublica magnis calamitatibus afflicta erat. Id autem ob salutem labentis ecclesiae, a Gregorio & Iohanne factum esse. Respondit Petrus cauillationibus quibusdam, id sibi nequaquam integrum esse, sibi autem cum Martino conuenturum, si uera essent quae de hominis integritate & humanitate dicerentur, sinerent sibi id negotium, nec amplius ea de re solliciti essent. Ex quatuor uero cardinalibus duo pertinaciam hominis inspicientes, ab eo ad Martinum statim defecere. Qui autem in fide manserunt, anticardinales sunt habitus: quorum alter Cartusienensis fuit, alter uerolulanus Dobra appellatus est. Martini quoque auctoritatem Hispania omnis statim secuta est. Idem fecere non multo post & Scotia & Armenia. Atque ita omnis respublica Christiana, una duntaxat peninsula excepta, Martini auctoritatem secuta est. Composita autem ex sententia tanta re principum omnium ecclesiasticorum & secularium, maxime uero Sigismundi imperatoris labore & industria, de componendis moribus nimia licentia iam labefactis, tam laicorum quam clericorum, mentio haberi coepta est. Verum quia quadriennio Constantiense concilium iam durauerat, cum magno praelatorum & ecclesiarum incommodo, Martino placuit approbante concilio, rem tantam in aliud tempus magis idoneum transferre. Dicebat enim rem ipsam maturitate & consilio indigere: quae ex Hieronymi sententia, unaquaque prouincia suos habet mores, suos sensus, qui tolli sine perturbatione rerum subito non possunt. Verum quia schisma ex parua re antea ortum fuerat, diutiusque cum magna calamitate Christianae respublicae durauerat, de celebrandis concilijs talem sententiam promulgauit, maxime uero ubi intellexit Iohannem uigesimum tertium e custodia lapsum, aufugisse. Verebatur enim ne rursus aliud concilium inchoaretur. Eius autem sententia & decretum tale fuit, ut a fine concilij Constantiensis non nisi ad quinquennium usque concilium de nouo celebraretur: usque a quinquenniali in septennium aliud transferretur: ab hoc uero in decennium res protracta, legis haberet locum, ut si uulis quibusque decennij generale concilium idoneo haberetur in loco, ubi de rebus omnibus ad fidem & respublicam Christianam pertinerentibus, mentio fieret. Ad hanc autem institutionem approbandam patentibus literis (quas bullas uocant) comprobari Martinus rem uoluit, in eius sententiam concilio ueniente, Omnia autem decreta ante



pontificatum suum in schismate facta, nisi ad fidem & bonos mores pertinerent, omnino sustulit. Ut uero omnes intelligeret sibi in animo esse concilium habere, locum ad id aptum publico concilio disquiri: ac tandem approbationibus omnibus, Papiam quam idoneum habendi concilii locum decernit, literasque apostolicas in hac fere sententiam super ea redidit: Martinus episcopus seruus seruorum dei, ad futuram rei memoriam: Cupientes ac etiam uolentes huiusce generalis concilii decreto satisfacere, concilio approbante & consentiente, cum de loco ambigeretur, Papiam urbem autoritate nostrarum literarum designamus. Nulli ergo hominum liceat huius nostri decreti paginam infringere. Si quis autem hoc attetare presumpserit, omnipotentis dei iram, beatorumque Petri & Pauli apostolorum eius se noceat incursum. Datum & actum Constantiae in loco publicae sessionis tanti concilii, decimo tertio calendas Maii, pontificatus nostri anno primo. Praeterea uero dissoluedi concilii cupidus, anno domini millesimo quadringentesimo decimo octauo, conuentum habuit publica sessione: quo sublato consensu omnium, maxime uero imperatoris, haec uerba mandante pontifice ab Ibaldo sancti Viti in Marcello diacono cardinali, audientibus omnibus, enunciata sunt, Domini, ite in pace. Ab eundem itaque omnibus potestas facta est. Cum autem pontifex hinc ab imperatore & Germanis rogaretur, ut in Germania aliquandiu remaneret, hinc a principibus Gallis, ut in Galliam proficisceretur, ostendit sibi id nequaquam integrum esse, quod diceret patrimonium ecclesiae, absente pontifice, a tyrannis quibusdam in Italia occupatum, distrahi & lacerari: urbemque Romam religionis Christianae caput, eum rectore suo careret, pene ad interitum redactam esse, peste, fame, ferro, igne, seditionibus. De basilicis uero ac sanctorum martyrum sacellis nolle dicere, quae absente pontifice aut iam corruerent, aut paulopost collapsura uiderentur. Proinde sibi abeundum esse dicebat. Ferrent aequo animo quod uellet ratio & necessitas: paterenturque eum sedere in solio Petri, quem pontificem omnium consensu decreuerant. Ecclesiam Romanam caput esse & matrem omnium ecclesiarum, proinde in ea immorandum pontifici esse, ne uerus gubernator a puppi ad proram transferatur, cum magno nauigantium (hoc est, in Christiana republica uiuentium) periculo & detrimento. Abiens itaque Constantia, ac per Sabaudiam iter faciens, dum Italiam petit, Mediolanum peruenit. Vbi a Philippo duce populorumque Mediolanensis, nullo non genere honoris adhibito, perbenigne suscipitur. Erat tum quidem Philippus in armis, ditionem paternam repetens, defendentibus se acriter tyrannisque gustata semel imperandi uoluptate, non ita facile de possessione pellebatur. Urgebat tum Carmignola primus Philippi copiarum dux, Pandulphum Malatestam, qui capto Bergamo prodente arcem praefecto, pecunia & pollicitationibus corrupto, in Brixianos mouens, eum omni dominatu breui spoliasset, nisi a Venetis ingenti pecunia ac firmissimo equitatu esset adiutus: & a Martino pontifice, qui auctoritate & gratia Philippum ad pacem cum Pandulpho Malatesta in eundem populis, quae postea Mantuae, Martino eo accedente, Iohanne Francisco sequestro adhibito, his legibus composita est, ut Pandulphus per soluto quotannis tributo, tandem Brixia potiretur, quoad ei uiuere liceret, nulla in testando de ciuitate, quae merito ad Philippum deuolueretur, relicta potestate. Hac uero pacem sequenti anno Pandulphus disturbauit, annis pecuniis & milite retinere Cabrinum Fundulum in urbe Cremona: quem armis Philippus continuo uexabat, ciuitatem paternae ditionis, tot annis a tyranno possessam, repetens. Erat tamen fama, Pandulphum urbem ipsam a Cabrino emisse, Salodii Ripariam (ita ripam Benaci uocant) in praecium pollicitus. Ab hoc autem bello Iohannes Franciscus deterrere hominem obfirmatam conatus est, missis legatis qui eum admonerent contra ius fasque agere, quod foedera sperneret, quod tyrannum tutaretur, quod contra eum arma sumeret,

quo dominatu Brixiano donatus fuerat. Non esse contemnendam auctoritatem Martini, de sua nolle dicere, cuius auctoritate pax erat composita: si hominum auctoritatem contemneret, deum saltem inspiceret, quem testem uiolati ab eo foederis, dum pax fieret, inuocauerant. Abiens autem Mantua pontifex quarto post accessum mense, Ferraria ac per Flaminiam iter faciens, Florentiam peruenit, uitata de industria Bononia: quae, posteaquam intellexerat Baldesarem Cossam coactum esse abdicare se pontificatu, pulsus ecclesiae magistratibus, in libertatem se uindicauerat. Instat tum acriter Carmignola iubente Philippo, qui suo iure ducere exercitum in Pandulphum posset, atque breui capta magna Brixiani agri parte, ad Montemclarum castra locat, cum Lodouico Meliorato Innocentij septimi nepote certaturus: quod aduentare cum magno equitatu in auxilium Pandulphi dicebatur. Affines nanque erant, & id Lodouicus necessitudini tribuebat. Conserto itaque praelio, ac Lodouico turpiter fugato, Carmignola haud ita multo post, Brixiam in potestatem Philippi redegit. Potitur & breui Cremona Philippus, ac Cabrinum tyrannum ad Castellionem captum, capitali supplicio afficit. Hoc tanto Philippi successu Nicolaus Estensis motus, sponte facturus id, ad quod armis cogi potuisset, Mediolanum profectus, Parmam (quam mortuo Orthone tertio occupauerat) Philippo reddidit, retento Rhegio Martini pontificis rogatu feudi nomine. Profectus & eo Iohannes Franciscus Mantuanus princeps Philippo gratulatum pro re bene gesta, cum minus comi fronte inspiceretur, cumque intelligeret Philippo in animo esse, quicquid de Cremonensibus & Brixianis teneret, iure suo repetere, prope Mediolanum abiens, Venetorum deinceps & Florentinorum amicitiam ac societatem secutus est. Hi enim duo populi sibi timentes, unumquenque in partes suas blanditijs & pollicitationibus alliciebant, quod Philippus regnandi cupidus, ruptis legibus initi foederis, & ultra Macram Sarzanam oppidum Lunensis agri, Thomae Fregoso dedisset, quem e principatu ui & armis deiecerat, ne cum Genuensibus exulibus quicquam aduersus se moliretur: & Bononienses Florentini populi socios ad defectionem concitasset, eorumque milites stipendio conduxisset, & Forumlium nunc ob Thebaldi pueri tenellam aetatem, nunc ob Ferrariensis principis gratiam (ut crebro dicebat) occupasset, cum foederibus cautum esset, ne Philippus Bononiam & Flaminiam armis attingeret. Verebantur item, ne trium simul potentissimorum principum, Philippi, Martini pontificis, Alouisi regis, quos societatem inesse constabat, ui & armis occuparentur omnia, cum contra Philippus omnium malorum crimina in Venetos & Florentinos reuerteret, quod Veneti retinere Pandulphum in dominatu Brixiano sint annexi: quodque Florentini & Genuenses quosdam hostes suos commeatu pecuniarumque iuissent: quod Liburnum ditionis Genuensis, quantum in potestatem suam redegerat, centum millibus nummis aureis emissent. Satis tum quidem ad concitandum bellum haec discordiarum semina uideri poterant, sed nihil est quod aequae Venetorum animos ad bellum impulerit, quam auctoritas Francisci Carmignolae, uiri bellica laude insignis, atque ea aetate clarissimi: qui (ut ipse dicere solebat) aegreferens Philippi insolentiam, ad Venetos tum confugerat, eosque ad bellum animauerat, operam suam in ea re pollicitus. Quare hi duo populi, ascito in societatem belli principe Mantuano & Ferrariensi, partitaque bellica impensa, cum exercitu equitum duodecim, peditum octo millibus, cui Carmignola praeficitur: cumque fluuiali & maritima classe Philippum eodem tempore multis a lateribus oppugnare adorti, a Guelphis Brixianis, qui Philippo aduersabantur, in urbem uocantur: qua quidem ex parte occupata, Veneti tandem septem mensium oppugnatione totam denique in potestatem suam redegere. Ducente deinde Carmignola ad capienda Brixianorum castella, Martinus pontifex Philippi ducis calamitate motus, cardinalem sanctae crucis ad Venetos mittit, qui pacem inter Phi-

lippum & Venetos componeret, qua infecta, quod Veneti & Florentini iniqua populari uiderentur, rursus magnis uiribus bellum utrinque parari coeptum est. Pugnatum est ter eo anno collatis signis ad Gotolengum Brixianorum castellum, ad summum Cremonensem uicium, quibus in locis a quo Marte utrinque discessum est. Ad Maclodium tertia pugna est habita: quo in praelio superantur Philippici copiae, capiturque Carolus Malatesta totius exercitus dux. Constat autem hanc tantam fuisse cladem, ut si milites captos retinere Carmignola uoluisset, signaque occisus perterritis inferre, eicere principatu Philippum consternatum, tanto accepto incommodo, haud magno negotio potuisset. Captus (ut dixi) eo praelio Carolus a Mantuano principe, ob affinitatem incolumis dimittitur. Interim uero dum Carmignola ad oppugnanda Brixianorum oppida, quae in Philippici fide permanserant, copias ducit, eidem Philippo respirandi spatium dat. Nam & pacem cum Amadeo Sabaudiae duce, a quo bello premebatur, datis ob id Verellis componit, & Sigismundum ac Brunorum Scalam in Venetos conicit. Martinus autem pontifex Philippici rem in maximo discrimine uidentis, cardinalem sanctae Crucis secundo ad componendam inter Philippum & Venetos pacem mittit, qui Ferrariae subsistens, eo proficiscentibus cum mandatis principum ac ciuitatum legatis, ita pacem composuit, ut Brixiam Veneti & oppida Brixianorum Cremonensem uicem quae antea ceperant, retinerent. Praeterea uti Philippus Bergomum Bergomatem uicem agrum Venetis ex foedere dederet, hac conditione, ne socios Venetorum Florentinorumque bello laceraret, aut ad id defectionem concitaret. Approbavit hanc pacem Martinus, ueritus ne Philippus ducatu omnino pelleretur. Homini enim amicissimo, cum ob religionem auxilio esse non poterat, tum uel maxime quae superioribus annis ararium pontificum exhaustum omnino fuerat, eo bello quod contra Brachium gesserat, Nam eo tempore quo Florentiam profectus est, offensus Brachium Montonium, uirum in re militari praestantem, Perusiam, ducatum spoletinum, & magnam patrimonii partem ita occupasse, conductis mercede quibusdam tyrannis circumquaque positus, ut ipse tuto proficisci Romam non posset. Cum uero admonitus Brachius redire ad sanitatem nolle, armis spiritualibus, hoc est, censuris, primo in eum pontifex usus est. Interdictum enim a sacris his omnibus est, qui Brachio parerent: ueritque sacerdotes decreto pontificis eidem in locis celebrare. Hanc ob rem Florentini moti amici Brachii incommodo, de pace cum Martino agunt, hac conditione, ut Brachius ad pedes Martini prouolutus, ueniam peteret: quod etiam fecit: oppidaque aliquot ecclesiae redderet: utque etiam stipendii pontificis militans, Bononiam rebellem in Martini potestatem redigeret. Cui quidem bello Gabriel Condemmerius, tituli sancti Clementis presbyter cardinalis & legatus praefuit: cuius industria & Brachii uirtute Bononia in potestatem ecclesiae breui redacta est. Interim uero dum haec Bononiae agerentur, quatuor illi cardinales, qui olim cum Petro Luna adulterino pontifice senserant, Florentiam ad Martinum uenientes, cum magno & honorificentissimo comitatu publico consistorio suscepti, dignitatum suarum titulos retinere. Tres enim diaconi cardinales erant: quartus uero qui antea canonicus regularis fuerat, presbyter cardinalis est habitus. Dum autem Baldefar Cossa adhuc in uinculis apud Heidelberg in Germania a comite Palatino detineretur, quidam Florentini ciues, quorum de numero Cosmus habitus est, rogare pontificem Martinum omnino non desistebant, ut tandem e carcere Baldefarem liberaret. facturum se id pontifex pollicitus est. Verum dum eo legatum ob eam rem mittit, Baldefar morae impatiens, triginta millibus nummum aureorum Palatino comiti pfoluitis, se e uinculis redimens, in Italiam ueniens, ut recta Florentiam proficisceretur, apud Petrum Rubeum agrum Parmensis baronem ueterem amicum diuertens, parari sibi insidias intelligit. Hanc ob rem non

tu cum legato pontificis, qui eum in uia conuenerat, ad Thomam Fregosum teterem amicum confugiens, magnam iniecit omnibus suspicionem, ne rursus schisma innouaretur. Erat enim uir magni animi, sagacissimique ingenii, & qui priuatam uitam nequaquam pateretur. Non deerant praeterea qui hominis audaciam ad res nouas molendas concitarent, adeo tum rebus nouis studebat: sed deus omnipotens ecclesiae suae confulturus, Baldefarem impulit, nullis pactionibus interpositis, nulla requisita cautione, Florentiam ad Martinum proficisci: quo cum uenisset, admirantibus omnibus, exosculato pontificis pede, eundem audientibus omnibus ut uerum pontificem & Christi uicarium canonicè electum salutauit. Mira profecto haec res omnibus uisa est, & dei potius quam hominum industria eo deducta, quod homo regnandi cupidus, in summo rerum fastigio ante collocatus, in loco libero, ubi plurimum ab omnibus diligebatur amabaturque, tanta uteretur mansuetudine. Quae certe omnibus praegaudia lachrymas excussit, maxime uero his cardinalibus, qui eum prius ut pontificem secuti fuerant. Martinus autem uicissitudine rerum humanarum motus, post aliquot dies hominem in numerum cardinalium asciscens, episcopum Tusculanum creat: atque deinceps eo habuit in honore, quo reliquos cardinales tam publice quam priuatim. Verum Baldefar dolore animi, ut putatur (ferre enim uitam priuatam non poterat) aliquot post menses Florentiae moritur: sepeliturque honorificentissimo sepulchro in templo sancti Iohannis, non longe ab ecclesia cathedrali, magna adhibita funeris pompa, eam rem Cosmo Medice procurante: quem homines existimant pecunia Baldefaris opes suas in tantum auxisse, ut & primarius apud Florentinos ciues, & ditissimus omnium apud Italos, ac fortasse apud exterarum quoque nationes deinceps sit habitus. Sepulchro hominis haec uerba fere inscripta sunt, BALDESARIS COSMAE, IOHANNIS XXIII. QVONDAM PAPAЕ, CORPVS HOC TVMVLO CONDITVM. Interim uero dum haec Florentiae agerentur, oratores imperatoris Constantinopolitani ad pontificem uenire, pollicentes Graecos quod ad fidem pertraheret, uelle in sententiam Latinorum uenire, si aequae conditiones proponerentur. Hos & per benigne ac splendide pontifex suscepit, & legatum e latere creauit, Petrum Fonteficium sancti Angeli cardinalem, hominem Hispanum in quauis facultate doctum, qui Constantinopolim ad res componendas proficisceretur. Verum priusquam uirum integerrimum a se dimitteret, eo praemisit fratrem Antonium Massanum ordinis Minorum generalem gubernatorem, qui imperatoris ac Graecorum explorata sententia, quid ea in re postea sperandum esset, pontificem admoneret. Instantibus autem Romanis, ut demum pontifex Romam proficisceretur, Martinus cum bona Florentinorum gratia discessurus, ciuitatem honore metropolitico exornauit. Nam cum antea ab ipsa pene urbis origine episcopatum tantummodo habuisset, in archiepiscopatum eorum cathedralem ecclesiam transfudit: eique subiecit ut matri uolateranam, Pistoriensem, Fesulanam ecclesiam. Dedicauit praeterea ipsemet maius altare sanctae Mariae Nouellae ordinis Praedicatorum, apud quam basilicam tam diu diuertit, quandiu Florentiae fuit. Est enim conuentus ille ad recipiendos pontifices per maxime commodus. Abiens itaque Florentia, Romam tandem peruenit, effusa obuiam omni urbana multitudo: effusis principibus tantae urbis, qui hominem non secus ac quoddam salutarem fidem, uel unicum patriae parentem expectabant. Diem illum in fastis annotauere Romani, decimo calendas Octobris, anno domini millesimo quadringentesimo uigesimo primo. Urbem Romam adeo diruptam & uastam inuenit, ut nulla ciuitatis facies in ea uideretur. Collabentes uisidiffes domos, collapsa templa, desertos uicos, coenofam & oblitam urbem, laborantem rerum omnium caritate & inopia. Quid plura? nulla urbis facies, nullum uirum

banitatis indicium in ea uidebatur. Dixisses omnes ciues aut inquilinos esse, aut ex extrema oim hominum face eo commigrasse. Ciuium itaq; suorum calamitate per motus pontifex optimus, animum ad exornandam ciuitatem, componendosq; ciuium mores ita adiecit, ut breui conualescens, meliorē faciem præ se tulerit. Hanc ob rem ciuitas ipsa, eum non modo summum pontificem, uerum etiam patriæ parentem appellauit. Sed ne tam publica lætitia diuturna esset sine aliqua molestia, sequenti anno mense Nouembris in uigilia beati Andrea, adeo in immensum Tiberis creuit, ut per portam Flaminiam ingressus, totam urbē in plano sitam in undauerit: templumq; Pantheon usq; ad altare maius repleuerit. Decrescens aut bi duo post, multa animalia passim secum traxit, multaq; ciuibus damna intulit: quæ non secus per uicos nauigabant, ac per alueum Tiberis facere consueuerunt. Aloisius autem rex Lodouici regis filius, eodem tempore Romam ad pontificem ueniens, regni Neapolitani titulum a Martino consecutus est, cardinalium oim consensu. In regnum namq; per adoptionem a regina Iohanna Ladislai sorore uocatus, sine ullo Marte hoc modo consecutus se regnum putabat. Verum studio partium ab urbe Neapoli submotus, in Calabriam secessit. Cum aut concilij tempus instaret (ut ex decreto Constantiensi institutum erat) Martino placuit, fœderibus etiam ita cardinalibus omnibus, præmittere quosdam prælatos, q; Papiæ illud inchoarent. Is em locus ad eam rem omnibus præmaxime commodus uidebatur. Missi itaq; eo statim Petrus Donatus archiepiscopus Cretensis, Iacobus Camplo episcopus Spoletinus, Petrus Rosatius Aquileiensis diocesis abbas: frater Leonardus Florentinus, fratrum Prædicatorum generalis, concilium inchoarunt: ad quod nemo quidem adhuc uenerat, præter duos abbates Burgundos. Differre itaq; rem in aliquot dies placuit, donec ex omni natione unus aliquis superueniret. Ex Gallia em & Germana natione nondum quis uenerat. Parui namq; momenti fore putabāt, quod sine istorum autoritate & suffragijs esset inchoatum. Sed ecce dum hos expectāt, tāta repente pestis Papiæ inuasit, ut præsidentes concilij mutare locū & tēpus sint coacti. Placuit itaq; oibus ex sententia pōtificis Senas migrare: quo maior ex omni natione multitudo q; Papiæ puenit. Alphonus aut Aragonū rex Martino infensus, q; titulum regni Siciliae & Neapolis habere nequiebat, datum (ut antea dixi) Aloisio regis Lodouici filio, oratorē ad conciliū mittit: q; conciliū in longū duceret, & causam Petri Lunæ adhuc in Paniscola supstitis restitueret, largitiōe, pollicitatiōibus ambiendo unūquenq; ex his q; in concilio autoritatē haberet. Hæc obrē Martinus non ignarus quantā calamitatē ea res ecclesiæ Romanæ allatura esset, quātūq; piculū in mora haberet, mādauit conciliū statim dissolui, approbatis decretis in concilio habitis, quæ ad fidem ptinebant. Et ne subterfugere cōuentum Christianorum uideretur, insequens septennium concilio adiudicauit, quod in Basilea celebraretur. Atq; hoc modo schismatis & discordiarum semina a quibusdam in concilio Senensia facta & sparsa, sublata hominis prudentia & astu sunt. Tum uero Alphonus palam de Martino conquestus est, quod diceret eius opera & se a regina Iohanna abrogatum regno esse, quem prius hæredem instituerat, & Aloisium regis Siciliae filium, nouum hæredem institutum. Resellebat quidē hæc crimina pfacile Martinus, q; diceret Aloisium hæredem Iohannæ ab Alexandro quinto, & Iohanne uigesimoter tio in regno prius confirmatum fuisse, reijceret eam omnem culpam in reginam, non aut in se, ad quem ptineret feudatarios ecclesiæ confirmare, nō aut tollere, nisi si aliquod grande facinus in sedem Romanam commisissent: se nō uidere cur Aloisius Iohannæ suo iussu coronatæ, legitimus hæres esse non posset. At uero Brachius cum uideret pontificē multiplici cura implicatum, ob similitatē cum Alphonso contractam, multis oppidis ecclesiæ per uim potitus, Aquilam urbē regni Neapolitani graui obsidione premit. Hanc ob rem motus pontifex, comparato satis lu-

ro exercitu, liberare Aquilam annexus, adiuuantibus his qui eum regina & Aloisio militabant, non longe ab Aquila patenti campo Brachium superat & interficit. Aderant in eo prælio Sfortiani, Francisco duce Sfortiæ filio, qui superioribus annis dum Piscariam flumen traiecit, quod Aternum ueteres appellabant, in undis perierat. Delatum itaque Romam Brachij cadauer, in loco prophano extra portam sancti Laurentij sepelitur. Hac autem uictoria tanta deinceps tranquillitas exorta est, redactis ad ditionem ecclesiæ Perusio, Tuderto, Assisio, alijsq; oppidis, quæ Brachius occupauerat, ut Augusti Octauij felicitas & pax redijse sua ætate uideretur. Licebat tum frui ocio, & libere per syluas noctu etiam ac tuto commere. Nulli latrones tum extabant, nulli sicarij & fures, adeo hoc hominum genus persequeretur, sublato e medio Tartalia, Lauello, alijsq; tyrannjs, qui latrocinijs potius quàm militia uitam traducebant. Huic autem felicitati obstare Boemi hæretici uidebantur, qui hæresi & armis Germanos catholicos continuo uexabant. Ut igitur hi quoque rationi & ecclesiæ obtemperarent, cum bene mouenti parere nolissent, legatos in Germaniā misit, qui catholicos ad arma concitarent. Ac primo quidem, seorsum tamen, Henricum sancti Eusebij cardinalem, deinde Bartholomæum Placentinum, postremo uero his reuocatis Iulianum Casarinum sancti Angeli cardinalem eo misit, qui certe nō sua culpa, sed ignauia militum, magnum incommodum ab hostibus accepit. Martinus autem ob eam rem haud animo concidens, maiora in hæreticos parabat. Verum priusquam tantam rem aggredere tur, sedare Italorum discordias instituerat. Nam pace, ut diximus, a Martino composita inter Philippum & Venetos, Florentini agre ferentes, Ladislaum Pauli Guinifij tyranni Lucensis filium superiore bello sub Philippo militasse, occasionem opprimendæ Lucæ nacti, quod superiore pace nil scriptis de Guinifio cautum fuerat, in agrum Lucensem copias mouent, Nicolao Fortebrachio copiarum duce. Captis itaque non ita multo post quibusdam castellis circunquaque positis, urbem obsidione cingunt. Tum Philippus sollicitatus Pauli precibus, ueritusq; ne si Luca in Florentinorum potestatem deueniret, acriores eos utpote propinquiores haberet hostes, Franciscum Sfortiam cum magno equitatu primo in Parmensem agrum mitit, unde pedestres copias conscriberet. Qui quidem uere iam appetente Apenninum transgressus, tantum terroris Florentinis iniicit, ut priusquam in uallem nebularum, ita enim accolæ uocant, descenderet, hostes mouere castra, ac Lucam obsidione liberare præ metu coegerit. Eius autem aduentus eo gratior Lucensibus fuit, quod pulsus hostibus ac capto tyranno, liberi omnino Francisci auxilio futuri uidebantur. Verum Franciscus acceptis quinquaginta millibus nummum aureorum ex ærario Florentino depromptis, Lucenses maiore in discrimine, q; unquam antea fuerant reliquit, pactus ob datam pecuniam se eo toto semestri Philippi imperio non obtemperaturum. Obsideri deinde Lucenses acrius sunt coepti. Quare Philippus instante Martino pontifice, qui Lucensium quoque uices dolebat, Nicolaum Picenninum cum maximo equitatu eo statim mittit, qui fufis ac fugatis hostibus, non solum Lucam obsidione liberauit, uerum etiam inde mouens, ex Pisanis ac Volaterranis multa castella uicē cepit, Senensibus etiam rem gratam facturum, qui tum Florentinos bello inuaseraut. Martinus autem ab externo hoste quietus, ad exornandam patriam basilicasq; Romanas animum adijciens, porticum sancti Petri iam collabentem restituit: & pauimentum Lateranensis basilicæ opere uermiculato perfecit: & testudinem ligneam eidem templo superinduxit: picturamq; Gentilis, opus pictoris egregij inchoauit. Aedes præterea uetustate collabentes ad duodecim apostolos restituit, ubi & annos aliquot habitauit. Huius autem studia cardinales secuti, titulos suos ita certatim restituerunt, ut iam aliqua facies redijse urbi Romæ uideretur. Creauit & cardinales, quo



rum de numero fuit nepos suus Prosper Colūna, sancti Georgij ad Vellus aureum diaconus cardinalis. Interea uero mortuo Petro Luna in Paniscola, ne aliqd deesset, quod ecclesiam uexaret, duo illi anticardinales de quibus mentionem fecimus, Alphonso Martini hoste adhortante, Aegidium cognomento Munionis, canonice cum Barchinonensem genere nobilem, pontificem deligunt, Clementemq; octauum appellant: qui statim & cardinales creauit, & fecit quae a pontificibus fieri consueuerunt. Verum cum Martinus in gratiam cum Alphonso redisset, eo statim Petrum de Fuso cardinalem misit apostolicae sedis legatum: in cuius manus iubente Alphonso Paniscolae domino, Aegidius omnia pontificatus iura deposuit: erga quem hac benignitate Martinus postea usus est, ut eum Maioricensem episcopum declarauerit. Cardinales autem ab Aegidio creati, sponte cardinalatu se abdicauerunt. Illi autem duo quos a Petro Luna creatos diximus, in suaq; pertinacia mansisse, cum pontifici Romano parere nollent, in carcerem a legato coniciuntur.

Atque hoc modo Martini pontificis sapientia & industria omne schisma undique sublatum est. Pacata hoc modo undique ecclesia dei, in dandis beneficijs mira prudentia usus est. Non enim unicuique petenti ea conferebat, sed statim mente agitabat quis potissimum esset idoneus, cui talis cura demandaretur. Quod si homines prouinciarum non nosset, in quibus uacare beneficia contigisset, statim peritos regionum consulebat, quis aut in curia, aut in gymnasijs publicis esset doctrina, nobilitate, moribus tanta prouincia dignus. Atque hac quidem ratione & ecclesijs & hominibus honore dignis pariter consulebat cum maxima celebritate nominis sui. Tantae praeterea constantiae fuit, cum duos haberet fratres, quorum alter Iordanus princeps Salernitanus maior natu peste moritur: alter uero minor natu, Laurentium appellant, in turri igne casu iniecto exustus est, ut nil ex eo sit auditum, nil uisum, quod impatientiae aut abiecti animi signum aliquod praeseferret. Hic autem uir in omni uita integer, demum pontificatus sui anno quartodecimo, mensis tertio, Romae apoplexia moritur, aetatis suae anno sexagesimotertio, sepeliturq; eius mandato in basilica Constantiana ante capita apostolorum, sepulchro aeneo, comitante populo Romano, comitante clero non aliter stente, quam si ecclesia dei, si urbs Roma unico atq; optimo parente orbata fuisset. Vacat tum sedes dies xij.

## EUGENIUS .IIII.

**E**Vgenius quartus, patria Venetus, familia Condemeria, populari quidem, sed antiqua, patre Angelo natus, pontificatum hac ratione adeptus est: Creato enim pontifice Gregorio duodecimo e gente Coraria, patria Venero, Antonius Corarius Gregorij nepos, Caestini habitu canonicus congregationis sancti Georgij in Alga, Romam iturus, Gabrielem Condemerium, qui eiusdem professionis erat, quo cum ab ineunte aetate familiariter uixerat, secum aliquandiu recusantem duxit, cuius ingenio & solertia delectatus Gregorius, eum primo thesaurarium fecit, deinceps uero episcopum Senensem creauit, praefecto Bononiensibus in eadem dignitate Antonio nepote. Recusarunt aliquandiu Senenses Gabrielem in episcopum, quod dicerent hominem aliunde natum, nequaquam intanta re ciuibus Senensibus praeficiendum, eam curam debere cuius alicuius esse, qui mores hominum & ritus ciuitatis nosset. Verum cum postea Gregorius rebus suis diffidens, Roma Lucam profectus fuisset, aucturus cardinalium numerum, Antonium nepotem & Gabrielem Condemerium in cardinales retulit. Gabrielis autem opera in magnis rebus postea Gregorius, & Martinus abrogato Gregorio usus est: maxime uero in legatione Picentina, qua & picentes in fide ecclesiae confirmauit, sumpta de quibusdam seditiosis & coniuratis poena: & templum sanctae Hagnetis Ancone diruptum, portumq; eiusdem ciuitatis ad imitationem diui Traiani magna impensa restituit, fluctibus quassum, & ueritate consumptum. At uero cum

ccxvi.  
pont.

Martinus intellexisset Bononienses rebus nouis studere, eo e Piceno Gabrielem legatum misit, qui suo aduentu seditionem omnem statim sustulit. Cum autem inde Romam uenisset, mortuo haud ita multo post Martino, solus e duobus de uiginti cardinalibus, qui tum in conclauis apud Mineruam aderant, pontifex creatur, anno millesimo quadringentesimo tricesimo primo, quinto nonas Martij, Eugeniusq; mutato nomine, ut fit, appellatus, ad sanctum Petrum comitante populo & clero statim perducitur. Accepta deinde corona pontificia de more, inuisaq; basilica sancti Iohannis Lateranensis, in Vaticanum rediens, consistorium generale proposuit in dicta die: qua certe tanta multitudo affuit, ut cum trabes deficerent eius loci, ubi nunc consistorium publicum sit, trepidatum adeo tumultuose sit, ut in ipsa fuga Senogalliae episcopus cuius Romanus e gente Mellina, obtritus perierit. Nondum enim aedes ipsae pontificiae hanc formam, quam nunc habent, acceperant. Dimisso consistorio, Eugenius tumultus deinceps ex industria uitauit. Instantibus deinde quibusdam delatoribus, qui dicerent Martinum congregandi auri cupidum, maximos thesauros reliquisse, idq; sciturum Eugenium ex Martini familiaribus nepotibusq; eo uesaniae hominem perpulere, ut Oddum Poccium Martini uicecarerarium comprehendi iusserit, idq; negocium Stephano Columnae dederit, quem copijs suis praefecerat. Ab alijs enim Colūnensibus is solus dissentiebat, cardinali Ursino & cardinali Comitum infantiam hois adiuuantibus, quorū artibus haec oia contra Colūnenses gesta putant, ob inueterata factionū odia. Mandauerat Eugenius ut Oddo ad se sine ullo tumultu, sine ignominia perduceretur, quod contra Stephano factum est: nam & eius bona a militibus direpta sunt, & ipse uelut a latro per ora hominum ad pontificem tractus est. Hac indignitate motus Eugenius, Stephano admodum succensuit: eiq; interminatus est, quod & Oddonem & episcopum Tiburtinum olim Martini cubicularium, ita indecenter ad se pertraxisset. Veritus itaque Stephanus Eugenij iram, & Praeneste ad principem Columnam confugit: eumq; adhortatus est, suas opes pollicitus, ut Eugenium ab urbe pelleret, quod diceret ei in animo esse nomen Columnensium extinguere: id se optime scire, eiusq; consiliorum participem fuisse: & ob eam rem aufugisse, quod sciret partem illius calamitatis ad se quoque (nisi tantum mali simul declinarent oēs) peruenturam. Motus his uerbis princeps, & eorum calamitatibus q; Martini pontificis familiares fuerant, sumptis propere armis, pontificem aggredi instituit. Substitit tamen aliquandiu, donec Prosper frater diaconus cardinalis, quem quidem praemonuerat, ab urbe discederet. Viso autem fratre, e Praeneste Martinum, atq; deinceps Romam tanquam ex arce belli in Eugenium mouens, occupata p Iohannem Baptistam porta appia, urbem armato milite sine ullo maleficio primo ingredit. Iam peruenerant ad sanctum Marcum, & in uicium Columnam, cum subito eis obuiam facti sunt pontificis milites, magna populi parte adiuuante. Pugnatum est in urbe aliquandiu, atq; acriter: qua in pugna multi utrinque cecidere & capti sunt. Quare Columnenses cum uiderent populum Romanum longe aliter sentire, q; arbitrarent, cedere ex urbe instituentes, omnia passim rapuerunt, pecora abigunt, homines abducunt. Talionem tamen his reddidere pontificis milites, Romano populo mixti. Nam & Prosper cardinalis & Columnensium omnium, ac eorum qui cum Martino familiariter uixerant, domos hostilem in modum diripiunt & uastant. Irritatis hoc modo utrinq; animis, non solum aperto Marte, uerum etiam prodicionibus res agi cepta est. Capitur namq; archiepiscopus Beneuetanus Antonij Colūnae filius: ac quidam Mafius frater, q; factus est quaestione adhibita, sibi in animo fuisse arcem sancti Angeli dolo capere, interfecto ipsius arcis praefecto: eaq; Colūnensibus prodere: qua occupata, & pontifici & Ursinos ab urbe pelleret. De Mafio sacerdotio abrogato, quod degradare appellant, sumptu suppliciu est in campo Florae, eiusq;

corpus quadrifariam sub furca diuisum, ad quatuor urbis celeberrimas uias suspensum est, de archiepiscopo Beneuentano nulla mentione habita. At uero cum Eugenius in ægritudinem quandam incidisset, uel dolore animi, quo in tantis perturbationibus afflictabatur: uel ueneno, quo appetitum a Soldano suo quidam dicebant, agere de pace cum Columnensibus cœpit, curante eam rem Angeloto Fosco ciue Romano, quem non ita multo post una cum Francisco Condelmerio nepote suo, cardinalem creauit. Diuulgata itaque pace quanta maxima celeritate potuit, quod iam ingressum Italiam Sigismundum intellexerat, Romam uenturum, nepotem Franciscum camerarium instituit: huicq; uiros quosdam præstantes addidit, quorum consilijs uteretur in gubernanda ecclesiastica ditione. Dum hæc aut Romæ agerentur, Florentini & Veneti elatiores facti, quod & Philippum Genuæ dñm classe in littore Genuensi superassent, quodq; Eugenium ciuē pōtificē haberent, Philippum ipsum bello terrestri aggrediuntur: qui accito prope ex Hetruria Nicolao Picenino, & classē Venetam ad Cremonam disiecit: & Carmignolæ impetus facillime retardauit, quem Veneti haud ita multo post quæstionibus, literis, testibus conuictum, ut ipsi dicunt, capite mulctarunt: quod per eum stetit, quo minus Cremona potirentur, capta a Caualcaboue ipsius urbis porta: quodq; etiam classis sub ipsius oculis disiecta ab hostibus fuisset, cum ex propinquo loco a tanto exercitu id fieri per facile potuisset. Tum uero Florentini aduentum imperatoris in Italiam ueriti, quod Philippi rebus fauere uideretur, Nerio Capponio ciui suo negocium dant, ut quibus rationibus maxime potest, Eugenio ostendat & persuadeat, aduentum imperatoris ad urbem, non minus apostolicæ sedi, quam Florentinis exitium ac perniciem minari, destineri hostem facillime posse, quo minus Arnum ad Senenses transeat, qui Florentinos iam pridem bello lacerassent, si Nicolaus Tollentinas qui tum pontificis nomine stipendia faciebat, coniunctis copijs & animis cum Micheletto Cotignola Florentinarum copiarum duce, ad Arnum Sigismundum coerceat, ne flumen cum Germano equitatu trañciat. Venerat in eandem sententiam per facile Eugenius: & cum de impensa bellica aliquantulum addubitaretur, rem Nerius ita statim partitus est, ut duobus millibus equitum Eugenijs, populus Florentinus tam diu stipendia præberet, quo ad bellum illud protraheretur. Tum uero Nicolaus Tollentinas iussu pontificis ex hybernis mouens, dum Senenses incursionibus & rapinis uexat, Sigismundo trañciendi Arnum tempus & facultatem dat, adiuuante Antonio Pontadera egregio tum copiarum duce, & acerrimo Florentinorum hoste, qui deinde per Volaterranum iter faciens, pacato magis quam hostili agmine ab omnibus expectatus proficiscitur. At imperator cum iam sex mensibus Senis substitisset, cum magna populi Senensis impensa, tentatam frustra cum Florentinis pacem omittens, ad Eugenium conuersus, inuito cum eo foedere Romam profectus, per benigne a pontifice populoq; Romano susceptus, corona imperij donatur. Verum dum e Vaticano ubi coronam acceperat, ad Lateranum ubi diuertebat proficiscitur, in pōte Hadriani, ut imperatorum mos est, multos tum Italos, tum Germanos in equestrem ordinem asciiuit. Sunt qui scribant Eugenium hominem usq; ad pontem comitatis, ad sanctū Petrū rediisse, Abiens deinde cū bona Eugenijs gratia, imperator per Picentes & Flaminiam ita faciens, Ferrariam atq; Mantuam peruenit. Vbi aliquot dies immoratus, & Iohannem Franciscū Mantuæ dominū marchionali dignitate additis impj signis ornatū, & Barbarā Iohānis marchionis Brādiburgensis filiā, Lodouico Iohānis Francisci filio spondit in uxorē, quæ nuptiæ honestare familiā Gonziacā sunt uisæ: & q; Sigismundo impatori puella affinitate coniuncta erat, & quod pater Iohannes potestatem incundi suffragia ad creandū impatorem habebat. Abeunte autē ab Italia imperatore, cum iam omnia bello seruerent, Nicolaus Estensis Ferrariensis marchio,

horatē Philppo Venetias profectus, Venetos ad pacem multis rationibus adhortatus est, qui & hominis autoritate permoti, & quod etiā nimia belli impensa exhausti priuatim ac publice essent, legatos Ferrariam cum Nicolao mittunt, ubi Calendis Aprilis, anno trigesimalotertio supra quadringentesimum & millesimum ueniente in eandem sententiam Eugenio, pax his conditionibus composita est, ut Philippus Glarea Abduæ, id ei loco nomen est, decederet: utq; marchioni Montisferrati & Orlando Pallauicino dominatum redderet: Vtrunq; enim ditione paterna spoliauerat: Florentinorum, Lucensium Senensiumque, quæ bello capta fuissent, ad pristinos dominos reciderent, communi omnium hoste habito, qui infra trigesimalum diem capta non reddidisset. Pace autem hoc modo ubique parta, quietura aliquandiu omnia uidebantur, cum subito omnis belli uis in Eugenium conuersa est. Nam Philippus nouarum rerum cupidus, & Franciscum Sfortiam cum magnis copijs in Flaminiam misit, hominem iturum in Apuliam simulans, quam Alponfus bello uexabat, defensurum ea oppida, quæ pater Sfortia eo loci adeptus erat. Qui quidem paratissimis copijs per Picentes & Umbros iter faciens, oppida illa ex improuiso adortus, breui in potestatem suam redegit. Non hoc contentus Philippus, Nicolaum Forrebrachium, uirum ingenio & manu promptum, cum delecto equitatu adeo celeriter in Eugenium misit, ut prius prope & pontem Miluium & portam Flaminiam occupauerit, quam aduentare hostem sit cognitum. Militauerat prius sub Eugenio Nicolaus, & eius nomine præfectum uici Vetralla & ciuitate ueteri spoliauerat, adiuuantibus Venetorum trirēibus, quæ mari arcem continuo oppugnabant. Verum cum postea Nicolaus stipendia sua peteret, respondit Eugenius, tantum prædæ ex castellis præfecti eum auexisse, maxime uero ex direpto uico, ut ei pro stipendio sat esse possent. Quam ob rem indignatus Nicolaus, agrum Romanum ingressus, tantum tumultus concitauit, ingenti præda tum hominum, tum pecorum abacta, ut Eugenius aliquandiu incertus remanserit, quorsum iret. Concurrerant Romani ciues ad Eugenium, quæstum de illatis iniurijs, quos pontifex eo potissimum tempore consilij expertus & bonæ ualitudinis, ad Franciscum camerarium remittebat, qui ocio & uoluptatibus deditus, nil aliud respōdebat, cum crebræ de ablati pecoribus querelæ fierēt, eos nimiam spem in pecoribus collocasse: Venetos quidem sine gregibus & iumentis longe urbanio rem uitam ducere. Indignati huiuscemodi responsis Romani, cum iam Nicolaus & Tibur, pulso inde comite Tagliacochi, & Sublacense oppidum cepisset, traxissetq; in partes suas Columnenses omnes, interfecto a principe Stephano Columna, qui semper diuersa sentiebat, ad libertatem respiciētes, sublato clamore ad arma & libertatem conclamatum, pulsus omnibus Eugenijs magistratibus, accapto Francisco camerario, nouos ipsi magistratus creant. Septem fuere e ciuibus Romanis, quos ipsi gubernatores appellabant, penes quos uita ac necis hominum summa potestas erat. At uero Eugenius in tanta rerum perturbatione incertus, quid potissimum faceret, de fuga cogitare cœpit. Mutato itaq; habitu, sumptoq; monastico cucullo, una cum Arsenio monacho nauiculam ingressus, Tiberi Hostiam uehebat. Cum subito Romani quidā cognita hominis fuga, eum lapidibus, sagittisq; incessunt. Distinere enim hominē tādū cupiebant, quoad arce sancti Angeli potirentur. Abeunte autem Eugenio nonis Iulij, eodēq; Pisas, ac deinde Florentiam trirēibus ad id paratis delato, Romani ad oppugnandam arcem sese accingūt, uallo & aggeribus omnia loca muniētes, quæ dare accessum hostibus possent. Contra autem qui in arce erant, prodire in certamen non nunquam consueuerāt. At uero præfectus artibus agendum cum Romanis ratus, adiuuante Baldefare Aufida uiro sagacissimo, qui inferiorem arcis partem tuebatur, unū ex militibus suis in certamen prodeuntibus negociū dat, ut captus de industria ab ho-

ste, castellanum sauitiam & auaritiam criminetur, polliceaturque eis, si uelint pacem mercedem praestare, & mortem perfecti, & arcis prodicionem. Fecit ille mandata diligenter. Captus, nullo non genere malefici in Antonium Radium coniecto, (ita enim arcis perfectus uocabatur) fidem dat se cum socijs omnia transacturum. Dimissus itaque, arcem ingreditur, uestes Antonij ac caligas, addita etiam capitis forma, suspendit: a longe idem uidebatur. Clamabat Baldegar, de scelerato sumptum esse se supplicium, ingrederentur aliquot ex optimatibus, & enumerata pecunia iam pacata, arcem reciperent. Credidere miseri nullam subesse fraudem: ingressi aliquot, statim capiuntur. Fit clamor exultantium in arce, conueniunt in populum Romanum missilia, bombardaeque. Derisi autem hoc modo Romani, de redimendis captiuis cogitantes, & camerarium Eugenij nepotem, quem in uinculis habebat, dimittunt, suos qui in arce erant recepturi: & demum in Eugenij potestatem ueniunt, quanto post libertatem adeptam mense. Creati itaque magistratus ecclesiae nomine, statim capitolium firmo praesidio & comitatibus muniunt: Superueniente deinde lohanne Viteleschio, quem patriarcham uocabant, abeunte ad Eugenium Francisco nepote, tantus repente terror Romanis incussus est, ut hiscere praemetu non audeant. Erat enim Viteleschus homo imperiosus & saeuus, & tyrannicam magis quam religiosam uitam praese ferens. Agebantur haec Romae, cum Alphonfus interrim Neapolim & Caietam oppugnat, a mercatoribus Genuensibus acriter defensam. Succurrendum itaque suis Genuenses rati, classem quanta maxime celeritate possunt, instruunt, Philippo uicecomite eorum duce annuente, ac pedites aliquot praebente. Facti non longe a Caieta hosti Alphonso obtiniam, cum eo conueniunt. Post longam & acrem pugnam superatur Alphonfus rex, & capitur una cum suis omnibus, quorum de numero aliquot principes fuere. Perducitur Mediolanum ad Philippum Alphonfus, suscipiturque non ut captiuus & Genuensium hostis, sed ut rex & amicus. Habitus autem honorificentissime per aliquot dies, multisque & magnis muneribus a Philippo donatus, in regnum abiens, Caieta statim potitur. Tum uero Genuenses indignabundi quod Alphonsum hostem, quem tanto cum periculo captum, tam leuiter dimisisset, Thomam Fregoso autorem, a Philippo desciuere, eundemque Thomam ducem crearunt. Tum uero Picenninus in Genuenses missus, cum ciuium pertinaciam cognouisset, capta Sarzana, in Pisanos mouens, simulata in regnum profectio iuuandi Alphonfi gratia, multa ex Pisanis castella diripuit. Homines tamen impetus retardarunt Florentini, accersito Eugenij nutu Francisco Sfortia, qui iam Picenum occupauerat, quarebatque adiuuantibus Florentinis & Venetis, ut marchiae dominus decerneretur. Facturum se id recusabat Eugenius, quod diceret pontificis esse, redimere etiam bello, si oporteret, ecclesiasticas res, non alienare. Dilata tum res in aliud tempus est: atque hac spe ductus Franciscus, & Picenninum ab obsidione Barga repulit, capto Lodouico Gonzaga, qui cum Picennino militabat: & Lucam Florentinorum nomine, acri obsidione cinxit. Sed Picenninus Lucensibus auxilio futurus, a transitu Apennini prohibitus, liberaturum se alia ratione Lucenses praedicans, per Bononiensem agrum sine ullo maleficio iter faciens, ubi Oriolum Florentinorum oppidum expugnasset, Lucensium memor, cum exercitu uictore eo profectus, superatis Florentinis absente Francisco Sfortia, Lucam obsidione liberat. Tum uero pontifex ancipiti cura distractus, & quod bellis undique premeretur, & quod Basileense concilium iam ante inchoatum Martini decreto, augeri in dies cerneret, concurrentibus eo Hispaniae, Galliae, Germaniae, Paunoniaeque principibus, qui communem reip. Christianae causam in arbitrio concilij reponebant: ad tollendum concilium uersus, illud primo quidem ex Basilea Bononiam transtulit cardinalium omnium, qui secum aderant, consensu. Sed imperator alijque principes & praelati, qui tum Basilea erant, non modo pontifici non obtemperarunt, uerum etiam

am eum bis terque mouerunt, ut Basileam idoneam a Martino celebrandi concilij locum delectum, unam cum cardinalibus proficisceretur, aliter se in eum acturos ut in prauaricatorem & contumacem. Motus istorum uerbis Eugenius, Basileense concilium literis etiam apostolicis confirmauit, facta unicuique eundem ad concilium potestate. Adeo enim bellis undequaque uexabatur, ut uix ei respirandi facultas daretur. Verum recuperata urbe Roma, ut diximus, eo statim Iohannes Viteleschus ab Eugenio mittitur, homo quidem ad res agendas aptissimus, sed natura saeuissimus & immitis: qui in Columenses & Sabellos totamque Gibellinam factionem ducens, & castellum Gandulphum ad lacum Albanum positum, & Sabellum & Borgetum in Latio de Sabellis diripuit & euertit. Albam, ciuitatem Lanuuiam, Praeneste, & Zagarolum cepit, incolis omnibus qui superstites fuere, Romam migrare iussis. In Hernicos deinde conuersus, quam nunc Campaniam uocant, omnes in ditionem ecclesiae redegit. Captum Antonium Pontaderam hostem ecclesiae, apud Frusinonem ad oliuam turpi laqueo suspendit. Reuersus deinde Romam trepidantibus omnibus, & domos quorundam coniuratorum, qui portam Neuiam quam maiorem uocant, concitato in urbe tumultu ceperant, diruit: eosque hostes ecclesiae diiudicat. Ex his autem captum Pulcellum, & forcipibus ignitis in curru excruciatum, in Campo Florae suspendit. Verum conquerente populo Romano, quod diuitum quorundam auaritia, caritate annonae laboraretur, tantum repente tritici suo iussu in forum delatum est, ut a magna caritate ad summam copiam breui sit uentum: adeo omnes eius imperia obseruabant. Pacatis hoc modo rebus, in regnum Neapolitanum conuersus, quod paulo ante Alphonfus occupauerat, quodque ipse dicebat ad ecclesiam & pontificem pertinere, principem Tarentinum cum duobus millibus equitum cepit, comitis Nolanum ditionem occupauit. Paulum etiam abfuit quin Alphonsum caperet fraude potius, ut aiunt, quam uis, cum induciae inter eos essent, & pax prope certa. Acceptis quae ad ecclesiam pertinebant oppidis, principem dimisit. Rediens ad urbem, Praeneste ad rebellionem spectans, Lauratio Columna instante, funditus euertit, Praenestinis populariter migrare iussis, anno domini millesimo quadragesimo tricesimo quinto. Quo quidem anno Eugenius Florentiam abiens, consecrata prius uel dedicata Florentinorum cathedrali ecclesia, Bononiam profectus, & arcem aedificat ad eam portam, qua Ferrariam itur, & aedes in foro positas, ubi legatus nunc residet, muro praerecto & lato a tergo potissimum & turribus firmat. Anno uero sequenti publico consistorio Basileense concilium, quod ante approbauerat, Ferrariam transfert, quod diceret Graecos cum ecclesia Romana in fide conuenturos, eundem locum sibi delegisse. Instabant tum concilij Basileensis praesides, & precibus ac pollicitationibus Graecos adhortabantur, ut omissio Eugenio ad se proficiscerentur. Neque hoc contenti, abrogaturos se Eugenium praedicabant, nisi ipse quoque eo proficisceretur. Substitit aliquandiu Eugenius animi dubius, quid potissimum decerneret, misso tamen eo legato Iohanne Francisco Capitelista iureconsulto, Patauinoque equite, qui eius causam tueretur. Verum mortuo Sigismundo imperatore, a quo Basileense concilium incrementum habuerat, creatoque ab electoribus imperij Alberto Austriae duce, concilium Ferrariense Eugenij nomine cardinalis sanctae crucis inchoauit. Eo proficiscitur & Eugenius, quod aduentare imperatorem Constantinopolitanum Iohannem Palaologum intellexerat cum plerisque triremibus, tum suis, tum Venetorum Eugenij gratia obtiniam missis, ne qua uis imperatori fieret: quod intellexerat concilij nomine triemes Gallicas in Ionium missas, quae aut imperatorem ad se adducerent: aut si id fieri non posset, saltem hominem remorarent, quo minus Ferrariam proficisceretur. Haec uero triremium praefectum ita largitionibus corruipit Eugenius, ut relicto concilio partes suas deinceps secutus sit, Impator autem Ferraria



riam ingrediens, non aliter susceptus ab Eugenio est, ac Romani imperatoris suscipi consuevere. Vitelleschus uero sedata ecclesiae ditione, sumptoque supplicio de presbyteris quibusdam, qui lapides preciosos e capitibus Petri & Pauli apostolorum furtim subtraxerant in basilica Lateranensi, in qua quidem sacerdotes erant, interfectoque cum socijs Jacobo Galefio, qui res nouas moliebantur, Ferrariam proficiscitur, ac publico consistorio cum magna laude in numerum cardinalium recipitur. Cardinalis namque sex menses antea Bononiae creatus fuerat, qui postea maiore cum autoritate rediens, & praefectum uici Vetrallae & dominum Fulginiatem tyrannide pulsum, in arce Suriana capitali supplicio affecit. Eugenius autem duas ecclesias iam pridem dissidentes, in unum corpus redigere cupiens, M. CCCC. trigesimo octauo, habita ingenti supplicatione, celebrataque Spiritus sancti Missa, concilium unum cum imperatore Graecorum & patriarcha Constantinopolitano ingressus, sedente imperatore condigna sede, aliisque Graecis e regione pontificis, primo quaesitum est, uellent ne tam Latini quam Graeci ex duabus ecclesijs iam pridem dissidentibus unum fieri: Ad quam uocem omnes succlamarunt placere & uelle, modo rationibus illa prius confutarentur, quae tantae discordiae causa fuerant. Disputabatur quotidie ea de re ab his qui tum a Graecis, tum a Latinis delecti ad tantam rem fuerant. Verum cum pestis Ferrariae inoleuisset, eodemque in loco non sine magna incommoditate staretur, Florentiam transferre concilium placuit. Eo itaque uentum est, statim Picenninus Foruliuum, Imolam, Rauennam, Bononiam occupat mandato Philippi, cogitata Eugenio, qui Venetis & Florentinis hostibus fauebat, disturbare conatus. Praeterea uero in Parmensem agrum reuersus, comparato ingenti equitatu, Padum ratibus traiciens, & Casale maius, & Platinam meum natale solum, & quicquid Veneti in Cremonensi agro tenebant, breui recepit. Pulso deinde ad Caluatonum Gattamelata Veneti exercitus duce, ascitoque in societatem belli principe Mantuano, Brixiam aliquot mensibus oppugnat, eam & ciuibus & Francisco Barbaro uiro doctissimo atque urbis praetore, acriter defendentibus. Qua quidem omnia cum magno suorum incommodo, iniquo hyemis tempore ad occupanda castella circumquaque posita conuersus, ne comineatus submitti in urbem possent, Veronam usque & Vincentiam longe ac late omnia populatus, Venetis nihil reliqui fecit. Occupato & magna ex parte Mincio, Athesi, Benaco, Sebunioque lacu, ne subuehi quicquam nauibus posset penuria laborantibus. Ex Athesi tamen remulco naues quaedam attractae usque ad lacum, quem sancti Andreae accolae uocant, sensim in Benacum a Peneda ad Torbolim demissae & refectae: quia attractu & illusione quassatae erant, rem Venetam meliorem aliquantulum fecere. Verum cum nihilominus Nicolaus Picenninus Veronenses & Vincentinos urgeret, Veneti de se actum putantes, nisi unum aliquem egregium bello duce mercede conducerent, Iacobum Donatum ad Florentinos socios mittunt oratum, ut si reipublicae Venetae, si saluti & libertati Italiae consultum uelint, Franciscum Sfortiam prope re cum omnibus copijs in Venetiam mittant, Philippi ac Mantuani armis pene oppressam. Tum uero Florentini suo ac sociorum periculo moti, Franciscum adhortantur, ut arma pro Venetis sumat, publica fide polliciti, se ei quae de Romana ecclesia tenebat oppida, id enim maxime petebat, constanter defensuros. Extorsere praeterea ab Eugenio literas apostolicas, quibus declarabat Franciscum agrum Piceni marchionem & dominum. Histamen uerbis, accipiat, quod Petrus & Paulus ei male uerrant. Franciscus autem cum suo equitatu secus Adriam littus in agrum Ferrariensem descendens, traiecto ratibus Pado, auctoque in Patavinis exercitu (Nam ad duodecim equitum, peditum quinque millia habuisse sub signis dicitur) hosti primo ad Suaue in agro Veronensi fit obuiam: ubi aliquandiu & acriter pugnatum est, neutro inclinante uictoria, Cedente deinde Picennino ob aegritudinem

& paucitatem copiarum, cum Franciscus omnia de Vincentinis & Veronensibus castella recepisset, Brixiam obsidione liberaturus, interclusos alios aditus cernens, Athesim traiecit: ac in tridentinum agrum mouens, ad Archum oppidum oppugnaturus peruenit. Nam comes Archi, Philippi partes sequebatur. Venit & eo Picenninus, comitem loci defensurus: Verum dum cupidius, ut eius mos erat, cautius pugnat, a reliquo exercitu seclusus, magno accepto incommodo, fuga salutem in subiectas ualles petens, ab hoste captus fuisset, nisi Carolus Gonzaga Ioannis Francisci filius, sese hostibus obiciens, hominem e tanto periculo liberaasset: qui quidem abundante postea multitudine, captus ilico est, & Veronam in carcerem ductus. Sunt qui scribant Picenninum debilitatum altero latere propter accepta in praehis uulnera, cum equo ad suos redire non posset, a Todeschino ingentis magnitudinis ac roboris famulo humeris tanquam cadauer sacco inuolutum, ad suos etiam per castra hostium delatum. Dum haec in Venetia agerentur, Philippus aegre ferens Florentinos, adiuuante Eugenio atque adhortante, Franciscum Sfortiam Venetis auxilio misisse, cum his agit qui in Basileensi concilio erant, ut Eugenium citarent: fecere illi id quidem bis terye. Verum cum id ex sententia ei non cederet, eo dementiae eos perpulit, ut abrogato Eugenio Amedeum Sabaudiae ducem socerum suum, qui eremiticam uitam ad Ripaliam cum quibusdam nobilibus ducebat, pontificem crearent, Felicemque appellarent. Hinc magnae seditiones in ecclesia dei exortae sunt: cum Christiana res publica trifariam diuisa, aut Felicem aut Eugenium sequeretur, essentque qui neutrales uocarentur, quod neutri obtemperarent. Eugenius tamen haud animo concidit: nam habito saepius conuentu, discussaque Graecorum & Latinorum contentione, tandem eo uentum est, ut Graeci rationibus uicti, faterentur & spiritum sanctum a patre filioque procedere, hominonque esse, non a patre tantum, ut ipsi credebant, prouenire, utque in azymo sine fermento triticeo pane corpus CHRISTI consecraretur, ac purgatorij locum esse crederent. Postremo uero, ut faterentur Romanum pontificem uerum Christi uicarium, Petrique legitimum successorem, primum in orbe locum tenere, cui & orientalis & occidentalis ecclesia merito pareret. Abeuntibus autem Graecis re hoc modo composita, Armeni etiam cum fide nostra conuenere, sublati crebris disputationibus eorum erroribus, promulgatisque Eugenio literis super ea re, quae rationem concordiae ostenderent, cum inscriptione, Datum in sacrosancta oecumenica concilio Florentini, quod in cathedrali ecclesia habitum est, anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo nono, uigesima secunda Nouembris die. Praeterea uero ut partes suas augendo, Basileense concilium infirmaret, eodem tempore consistorio publico decem & octo cardinales creauit: quorum de numero fuere duo Graeci, Rutenus & Nicenus, ut eorum autoritate Graecorum natio in fide contineretur: quae haud ita multo post in antiquos mores recidit. Habere tamen se alios dixit, quorum nomina deinceps nunciaturus esset. Hi autem fuere Petrus Barbo ex sorore nepos, & Alouisus Patavinus, quem deinceps patriarcham Aquileiensem & camerarium fecit, translato ad uicecancellariatum Francisco Condelmerio. Interea uero dum illa, quae scripsimus, ad ripam Tridenti agerentur, existimarentque homines Picenninum & Mantuanum principem accepto tanto incommodo cessuros, inde celeriter abeuntes, Veronam urbem capiunt, per Citadellam ingressi, ad motis ad muros scalis, nemine uigilum sentiente, stridente maxime ea nocte aquilone uento, ad quem uitandum ob immensum frigus, relictis magna ex parte stationibus, custodes sese intra tabernacula receperant. Franciscus autem Sfortia captam ab hostibus Veronam intelligens, eo prope omnes copias mouens, recuperandae urbis spem mente concepit, ubi uidit & castrum uetus & arcem sancti Felicis in monte sitam, adhuc in potestate Venetorum esse: qua quidem structis aciebus, urbem

## PLATINA DE VITIS

ingressus, hostes magno clamore inuadit. Fuerunt obuiam Philippi duces cum paucis equitibus; nondum enim omnes eius copiae superuenerant. Pugnatur acriter in ea parte urbis, quam insulam uocant. Tandem uero cum pauci a pluribus pellerentur, in pontem (quem accolae noui appellant) Picenini ac Mantuari principis milites sese recipientes, uim hostium aliquandiu sustinent. Ibi dum ab equitibus (ut fit) manus conferuntur, dumque plures paruo in loco conglobati resistunt, pons ligneus quo lapideus coniungi ac disiungi pro arbitrio solet, nimio pondere pressus cecidit. Submersi ferme omnes qui e ponte in flumen ceciderant, fessi diuina pugna & pondere armorum pressi. Accurrens deinde ad pontem nauium Franciscus, traductis copijs, Picenninum & Mantuanum fidem ciuium suspectam habentes, penitus urbe quatrinduo post captam eandem, expulit. Tum uero Philippus animo concipiens distrahi Franciscum a Venetis posse, si Florentinos bello uexaret, qui paribus auspicijs atque impensa Franciscum mercede conduxerant, Picenninum media hyeme in Hetruriam cum sex millibus equitum mittit. Tum Florentini accersito Petro iam Paulo egregio copiarum duce, rogatoque Eugenio, ut milites excedere ad defendendam Hetruriam acciret, ire obuiam Picennino instituerant. Verum cognita Iohannis Vitelleschi cum Philippo coniuratione, qui tum exercitui ecclesiastico legatus praerat, cum non amicus ut praese ferebat, sed hostis in Hetruriam cum sex millibus equitum uenturus esset, iunctisque cum Picennino copijs Florentinos inimico & hostili animo persecuturus, dant operam quae tunc Florentiae in magistratu erat, siue ueris siue fictis Eugenij literis: ut dum copias per pontem Hadriani traiecit, ab Antonio Ridio arcis praefecto interficeretur, quod etiam factum est. neque enim iuuari a suis potuit, qui iam pontem traiecerant: ipse namque extremum agmen subsequatur. Comes Auersus, qui sub patriarcha militabat, amisso duce, eius impedimenta Roncionem secum detulit. Liberati autem tanto timore Florentini, cum Eugenio callide agunt, ut Lodouicus Patavinus in demortui Vitelleschi locum susceptus, copijs ecclesiae in unum coactis, reipublicae Florentinae iret auxilio. Alouisij enim uasri & astuti opera sublatum e medio Vitelleschum crediderim. Picenninus autem in Mugellanam uallem descendens, longe ac late Fesulas usque caedibus & rapinis omnia complebat. in Cassetanum deinde conuersus, comite Popij adiuuante, multa oppida ad defectionem compulit. Inde uero Perusium proficiscens, urbem pacato agmine ingressus, legatum qui tum ibi cum imperio erat, ad pontificem Eugenium cum mandatis quibusdam mittit. Interim uero capto ararij magistro, quem uulgo thesaurarium uocant, totum ciuitatis statum repente mutauit. Delegit enim ciues decem, qui uitae ac necis in reliquos omnes potestatem haberent. Veriti autem Perusini ne tyrannidem occuparet, cum homine pepigere, ut acceptis quinquaginta millibus nummum aureorum, ab urbe discederet: quae accepta pecunia Cortonam mouens, urbem, ut ipse arbitrabatur, proditione occupaturus, patefacta coniuratione, ac proditoribus partim interfectis, partim ab urbe pulsis, Tifernum, quod ciuitatem castelli uocant, adiit. Mouent & Florentini Anglare suae ditionis oppidum, suis auxilio futuri, si quid per uim moliri Picenninus conaretur. Agebantur haec in Hetruria, cum Franciscus Sfortia, superata ad Benacum Philippi classe, cui Italianus Furlanus praerat, non solum Brixiam ac Bergomum obsidione liberat, uerum ea aetate superatis ad Soncinum Philippi ducibus, captisque eiusdem mille & quingentis equitibus: & Brixiana castella, & partem Cremonensis Mantuanique agri actotam Gerram Abduae in Venetorum potestatem breui redigit. Amisit tum Mantuanus princeps Asolam, Lonatum, Pischeriam, tria oppida satis magna ac munita, nemine defendente: nam absente Picennino, congregati cum hoste aperto

aperto Marte nusquam ausus est. Tum uero Picenninus commutatam in Venetia fortunam intelligens, ob eamque rem frequentibus nuncijs & literis accitus, tum a Philippo, tum a Mantuano principibus fatigatusque militum precibus, qui magna ex parte cisalpini erant, motis a Tiferno castris ad Burgum suae ditionis oppidum, quod eregione Anglarij positum est, peruenit: ea mente, ut uel ui, uel astu cum Florentinorum pontificisque exercitu decerneret, qui (ut diximus) ad Anglare confederant. Ad tertium itaque calendas Iulias, dies is Petri & Pauli celebris erat, Picenninus structis aciebus emensus planitiem quatuor millium passuum, praelium iniquo loco commisit, ratus occasionem bene gerendae rei sibi oblatam esse, quod gregarios hostium pabulatum profectos intellexerat. Subeundum erat ei in aduersum cliuum, quem facile e superiore loco hostes propellebant. Dimicatum est tamen ad quinque horas constanter: tandem uero Picenninus a multitudine hostium & stultitia Francisci filij, qui e statione discesserat, superatus, Burgum repetit, magno accepto incommodo, amissisque signis militaribus. Sequenti autem die, relicto Burgo in potestate oppidanorum, cum his tantum qui ex praelio supererant, iter per Flaminiam faciens, ad Philippum redijt. Oppidani Burgenfes ueritine in eos asperius animaduertetur, quod a pontifice descuissent, impetrata per oratores uenia, & corporum ac rerum omnium incolumitate, sese legato dedidere. Gratissima ea uictoria tum Eugenio, tum Florentinis fuit. Ferunt Alouisium Patavinum ob eam uictoriam in numerum cardinalium tum relatū fuisse. Eadem quoque aetate Florentini, comitem Popij qui cum Picennino senserat, Hetruria pellunt. Philippus autem tot cladibus circumuentus, ad externa auxilia respiciens, Alphonsum Neapolitano regno tum potitum, rogat, ut quae Sfortiani in regno oppida tenerent, bello uexaret, quo Franciscus Sfortia a Venetis distraheretur. Hac itaque in re Philippo morem gerens Alphonsum, Franciscum tamen a bello inuito reuocare nunquam potuit. Is enim ubi primum pabuli copia esse cepit, cum equitum quindecim millibus, peditum sex, Pischeria Brixiam mouens, apud Cignanū uicum Picennino fit obuiam, hoc animo, ut hosti pugnandi copiam faceret. Non detrectauit certamen Picenninus, & si numero copiarum inferior erat, suorum uirtute fretus. Pugnatum est aliquandiu, atque acriter, incerta tamen uictoria utrinque discessum est. Tum uero Franciscus satis sibi factum ad belli famam existimans, quod ultro hostem ad certamen prouocasset, exercitum circumferens, quaedam oppida per hyemem a Picennino capta, in potestatem Venetorum redigit. Martinengum deinde profectus, quod Picenninus firmo praesidio munierat, oppidum obsidione cingit & oppugnat. Verum Picenninus aucto exercitu aduētū Francisci filij & principis Mantuani, eo proficiscens, mille passibus longe ab hoste castra locans, eum frequentibus praelijs ad uniuersae rei dimicationem prouocat: qui remisso priore manu cum hoste conferendi ardore, ad expugnandum oppidum totus ferebatur. At uero cum Picenninus castra sua hostium castris magis indies conferens, eo discriminis Franciscum redegisset, ut neque eius gregarius miles ire pabulatum sine periculo, neque comitatus submitti tuto, neque inde exercitus abduci sine magno discrimine posset: praeter omnium spem pax subito enūciata est, iam antea occulte agitata inter Philippum & Franciscum, Eusebiolo quodam cognomēto Chaim, ultro citroque commeante, ignaro Picennino: qui tanta re percepta, deos hominesque ac cusabat, praecipue uero Philippi inconstantiam, qui uictor, pro uicto pacem peteret. Digredientibus autem inde exercitibus, ad Caprianā pax hoc modo composita est, millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo, ut Franciscus Blanca Philippi ducis filia in uxorem ducta, Pontremolum & Cremonā in dotem cum agro Cremonensi acciperet, praeter Picigitonum, & ea castella quae Mantuanus & Pallauicinus de Cremonensibus possideret: utque illa praeterea quae Philippus & qui cum Philippo sentiebant, bello cepissent, quaeque item Veneti, eorumque socij, praeter Asolam, Lonatum, Pischeriam, quae Mantuani principis ante id bellum fuerant, redderentur: utque qui huic sententiae stare noluisse, communis omnium hostis haberetur. Hanc uero pacis conditionem aegre admodum Eugenius ferens, quod Franciscus caeteris socijs, se posthabito, de amissis restituendis cauisset, existimationemque suam non reddita Bononia, quam

Picenninus occupauerat, contempisset, abire Florentia Romam instituit, eoq; in loco, utpote liberiore, de recuperanda ecclesie ditione cogitare. Verum ut omnia pacata inueniret, Alouisium Patauinum sancti Laurentij in Damaso presbyterum cardinalem premissit, qui & canonicos regulares pulsos secularibus in ecclesia Lateranensem remisit. Pulsi enim a presbyteris secularibus fuerant, dum contenditur utrius Christi corpus ferrent in celebritate eiusdem, dum letaniae fiunt ac supplicationes. Et de Gino Albanense uiro in re militari praestanti sumptum supplicium, quia per eum non stetisset, quo minus pax inter Alphonsum & Eugenium inita turbaretur. Afficitur & capitali poena Palus Lamolara, uir praestantis animi inuictiq; roboris, cuius uirtus homini magis astuto quam forti suspecta erat. Rebus autem hoc modo compositis, Eugenius Florentinis quouis modo frustra eum retinere annexis, Romam ueniens anno M. CCCC. XLIII. xxvij. Septembris, effusa obuiam urbana multitudo, nullo non genere honoris adhibito, ad portam Flamineam noctu diuertit. Sequenti uero die ad sanctum Petrum iturus, paratis de more supplicationibus, pontificio habitu per urbem incedens, tumultuantem populum intelligit ob duplicatum tributum uectigalq; nouum uino impositum. Hanc ob rem facto silentio, auditibus omnibus exactiorem illam ut minus liberalem sustulit, quo facto, statim succlamatum ab omnibus est: *Viuat Eugenius, cum antea clamaissent, Moriantur noua uectigalia eorumq; inuentores.* Post dies uero decem & nouem ad Lateranum proficiscens, concilium generale eo loci se habiturum omnibus denunciat, missis ad principes literis & nuncijs, quibus ea de re certiores fierent. Hac enim ratione infirmari ac tolli omnino concilium Basileense uolebat. Rebus autem hoc modo Romae compositis, iniuriarum memor Picenninum belli ducem in Picentes, quos Franciscus bello subegerat, acciuit, qui Bononia abiens, dum Perusum proficiscitur, Tifernates Florentini populi socios ad defectionem compulsi, Eugenio rem gratam facturum Florentinis infenso, quod Franciscum pecunia ad oppugnandum retinendumq; Picenum semper iuissent. Alphonsum item, qui superiore anno Neapolim iam diu obsessam per cloacam ingressus, pulso inde Renato ceperat, Picennini uirtute ac fama permotus, hominem non ducem solum, quem exercitui suo praeficeret, deligit, uerum etiam honoris gratia eum in adoptionem familiae Aragonensis recipit, q; statim acceptis ab Eugenio & Alphonso in sumptus belli pecunijs, Picentes ingressus, multa oppida frustrare nitente Franciscus Sfortia, qui relicta Cremona cum firmo praesidio eo profectus fuerat, in deditiorem ecclesiae redigit. Eodem fere tempore mortuo Iohanne Franciscus Gonzaga, Veneti & Florentini de futuro solliciti, Lodouicum Gonzagam Iohannis Francisci haeredem & filium, quem Philippo si oporteret, obijciant, mercede conducunt. Quiescentibus autem in Cisalpina rebus, Hannibal Bentiuolus in arce Pelegrini oppidi, iubente Picennino ob suspicionem coniurationis aliquandiu asseruatus, deceptis custodibus Bononiam rediens, conuocato ad libertatem populo, Franciscum Picenninum urbis praefectum cum praesidio comprehendit, quo facto, exules omnes, tum suae tum aduersae factionis, maxime uero Baptistam Cannedolum in patriam reuocat. Missi deinde sunt a Bononiensibus ad Venetos & Florentinos legati, societatem & amicitiam petentes. Quae quidem impetrata, domum redeuntes, arcem quae adhuc in potestate hostium erat, cum sociorum copijs ad id missis capiunt, ac captam statim diripiunt, Alouisiumq; Vermem ex agro Bononiensi fugant. Tum uero Philippus aegreferens, Bononienses cum Venetis ac Florentinis sentire, amicos quosdam Baptistae subornat, auxiliu eis pollicitus, ut Hannibalem e medio tollat, quo principes ipsi cum sua factione in ciuitate remaneant. Tu Bentiuolus Cannedolus fraudi ac sceleri intentus, Bononiensem quendam subornat: cui tum casu filius natus erat, ut Hannibalem in baptismate pueri copatrem sibi deligat, quo exorato dat operam, ut sequenti die infans ad sacerdotem deferatur. Baptizato puero, Hannibalem pater ad aedem sancti Iohannis baptistae, cuius tum solene erat, inuitat. Obtemperat etiam ea in re proditori Hannibal, nullam fraudem subesse ratus, qui dum in uia esset, a coniuratis circumuentus occiditur, resistebus aliquandiu duobus famulis charitate domini uim propulsare conantibus. At Bononiensis populus indignitate rei motus,

sumptis propere armis Cannedolae factionis principes obtruncat: maxime uero Baptistam, cuius cadauer & per urbem tractum, & cum magna ignominia sepultum est. Accidit & tum Romae scelus ingens, a suo enim cubiculario Angelottus sancti Marci presbyter cardinalis, & uita & fortunis quas tanta cum auaritate aggregauerat, priuatur. Captus sceleratus ille, ac uarijs cruciatibus necatus, quadrifariam diuiditur: ad quatuorq; urbis portas suspenditur. Veneti autem & Florentini ueriti, ne Bononia utriusq; ciuitati in rebus bellicis peropportuna, in manus Philippi ueniret, eo statim cohortes aliquot mittunt, quae socios Bononienses iuarent. Non sefellerat haec opinio Venetos: eo enim Philippus rogantibus exulibus mittere Picenninum cum exercitu instituerat, ni hominem mors praeripisset. Mortuum ferunt dolore animi, cum intellexisset Franciscum filium, quem in Piceno cum exercitu reliquerat cardinali Firmano legato, a Francisco Sfortia superatum. Sequenti tamen anno Philippus haud animo concidens, Eugenium ad repetendam bello Bononiam adhortatur, militem ac impensa partem pollicitus. Quare permotus pontifex, inito etiam cum Alphonso foedere, Sigismundum Malatestam cum magno equitatu in Picentes contra Franciscum mittit: quo facilius distractis Florentinorum copijs, Bononia premi ad deditiorem posset. Praemiserat iam Philippus & Guilielmum Monferratam, & Carolum Gonzagam cum magnis copijs, qui agrum Bononiensem hostiliter ingressi, incursionibus longe ac late omnia uexabant. Moti uero sociorum periculo Florentini, Astorgium Fauentinum cum equitibus mille & quingentis, cumq; peditibus ducentis mittunt, qui Bononiensibus auxilio sit, donec aliud a Venetis & Florentinis decerneretur. Agebantur haec in Flaminia, cum Philippus praeter opinionem omnium Franciscum Picenninum ex Picenis accitum, cum magno exercitu calendis Maij in Cremonenses nil tale metuens mittit: qui captis passim rusticis, tantum terroris urbem die noctuq; oppugnando ciuibus iniecit, ut paulum a capienda urbe abfuerit. Moti tum Veneti ac Florentini Francisci ac communi periculo, Cremonam & Bononiam eodem tempore tueri instituunt. Mittunt itaque Tibertum Brandolinum ducem impigerrimum, qui cum populo Bononiensi, cumq; his quos Florentini auxilio miserant, in hostes tendens, simultate & odio inter se certantes (ad sanctum Iohannem oppidum hic confederant) pertracto in partes Bononiensium pollicitationibus & premijs Guilielmo Monferrato, ac Carolo haud magno negotio fuso & fugato, oppida omnia ex hostibus breui recepit. Pacata autem hoc modo Bononia, auxiliares copiae Venetorum ac Florentinorum mandato bifariam diuisae, pars Franciscus Sfortiae, qui usque ad Urbini miceniam ab Eugenio & Alphonso uipulsus fuerat, pars Cremonensibus grauiter a Franciscus Picennino pressis auxilio missa. Veneti decernere aperto Marte cum Philippo instituentes, legatos qui ei bellum indicant mittunt, ni oppugnare Cremonam destiterit. Oratoribus per internuncios responsum (neq; enim alloqui hominem fas erat) eos alibi quam Mediolani tutiores fore. Quo responso commoti Veneti, Micheleto Cotignolae copiarum suarum duci imperant, qui tum Brixiae erat, ut in agrum Cremonensem, quem Philippus magna ex parte occupauerat, confestim moueat, & cum hoste ubicunque eum nactus fuerit, decernat. Is autem mandata diligenter facturus, traiecto Olio, ad Cassale maius celeriter proficiscitur, hosteq; haud longe insula Padis munitissimo loco confidentem, uado traiciens castis exiit, ac magnam uim equitum cepit. Recuperatis deinde oppidis omnibus, liberataq; obsidione Cremona, aucto etiam Lodouici Gonzagae copijs exercitu (qui Platinam & castella quaedam agrum Cremonensis in deditiorem Venetorum redegerat) in Gerram Abduca mouentes, nil praeter Cremam citra Abduam Philippo reliquere. Flumen deinde traicientes, Mediolanum usque perueniunt, incendijs & rapinis omnia passim complentes. Direpto autem Briantiae monte, Breuiusq; capto, qua ponte Abdua iungitur, Lecum Larij caput oppugnare adorti, acriter qui in praesidio erant, locum defendentibus, cum integris ac faucijs nauibus submitti possent, multis in ea oppugnatione desideratis, eqsque ad extremam maciem inopia pabuli redactis, tandem infecta abire, de Francisco Sfortia solliciti, quae in partes Philippi descendere clam intellexerat. Interim uero Alouisius



us Patauinus pontificis legatus, qui his præerat copijs, quæ in Picētibz contra Franciscum Sfortiam dimicabāt, cognita Italiani ac Iacobi Gaiuani, qui partim Philippi, partim Eugenij stipendijs militabant, ad Franciscum transitione, eos antequam id fieret, ad Rocham contrariam comprehendendi iubet, & captos, supplicio capitali affici. Vterque enim mille & quingentis equitibus præerat. Hac autem re permotus Franciscus Sfortia, cum amplius sustinere hostes nō posset, quippe à multis simul oppugnatus, & à nemine adiutus, adhortante ad eam rem Eugenio & Alphonso, qui rem Venetam augeri indignabantur, omisso Piceno, Philippi militiam secutus, eius copijs præficitur. Interea uero Eugenius, ne rem bellicam solum curare uideretur, Nicolauū Tolentinatē ordinis S. Augustini, miraculis clarum, in sanctos referēs, à sancto Petro cum omni clero supplicando, ad S. Augustinū profectus, solennia ipse celebrat, astante populo Romano, cardinaliumq; omnium cœtu. Præterea uero pulsus omnino e sancto Iohanne Laterano canonicis secularibus, admissisq; tātummodo regularibus, & porticum illam extruxit, qua ab ecclesia ad Sancta sanctorū, & claustrum ubi sacerdotes habitarent, restituit. Auxit & picturam templi à Martino antea inchoatam. Præterea uero S. Syluestri mitram, Romam Auenione delatam, ipsemet e Vaticano ad Lateranum detulit, magna cum ueneratione & letania sacerdotum omnium, populiq; Romani. Verum cum Alphōsus rex Tiburum uenisset, de ratione belligerēdi cum Eugenio collocuturus, eius ægritudinem intelligens, aliquantulum substitit. Eugenio autem in animum uenerat, Florentinos qui hostem iuuerant, bello persequi. Exitimabat nanq; si suis, si regis, si Philippi copijs eos adoriretur, tam urbē in quas uellet partes facile adductum iri: uerum interuentu mortis disturbata sunt omnia. Moritur autem pontificatus sui anno decimosexto, VII. calendis Martij, anno millesimo quadringentesimo quadragésimo sexto, uir certe in uita uarijs. Principio enim pontificatus sui malis consilijs ductus, diuina humanaq; omnia perturbauit. Nam & populum Romanū ad arma exciuit: & concilio Basileensi, unde infinita mala orta sunt, auctoritatem dedit, approbatis eorum per literas apostolicas decretis. Verū postea ad seipsum rediens, omnia prudenter ac constantissime egit, uir aspectu insignis & ueneratione dignus, grauis in dicendo potius quàm eloquens, modicæ literaturæ, multæ cognitionis, historiæ præsertim. Liberalis in omnes, tum uel maxime in literatos, quorum familiaritate delectatus est. Nam Leonardum Aretinum, Carolum, Poggium, Aurispam, Trapezūtium, Blondum, uiros doctissimos, secretis suis admisit. Ad iram non facile mouebatur ob iniurias illatas, & maledicentiam hominum, aut mimos & dicteria scribentium. Gymnasia autem omnia q̄ diligentissime fouit, maxime uero Romanum, ad quod omne genus literaturæ adhibuit. Religiosos mirum in modum dilexit, eosq; opibus & immunitatibus auxit: bella autem ita amauit, quod mirum in pontifice uideri debet, ut ad ea quæ scripsimus ab eo in Italia gesta, & Delphinum Caroli regis Franciæ filium, composita prius inter regem & duce Burgūdiæ pace, cum magno equitatu in Basileenses concitauerit, cuius impetu dissipatus ille conuentus est, & Vladislaum Polonū regem, cum Iuliano Cæsarino diacono cardinali in Turcos miserit: quorum de numero ad XXX. millia uno prælio cæsa inter Hadrianopolim & Danubium sunt, licet in tanta uictoria rex ipse cum cardinali ab hostibus interfectus sit. Constans præterea in pactis seruandis est habitus, nisi quid pollicitus fuisset, quod reuocare quàm perficere satius esset. Splendidus in uictu familiaris, parcus in suo: & à uino ita alienus, ut abstemius merito uocaretur. Familiars habuit admodū paucos, sed uiros doctos: & quorum opera in grauibz rebus uti posset: quosq; tanq; suæ modestiæ testes in cubiculum cœnaturus admittebat, ac sciscitabatur quid in urbe fieret, quid de pontificatu suo sentirent homines, ut errata sua uel suorum, si quid perperam factum esset, emendaret. Exornare autem ecclesiam dei ædificijs & facellis est annixus, ut ex Capella pontificia & æneis sancti Petri ualuis apparet. Moritur autem (ut dixi) uir ingenio & rebus gestis insignis, ætatis suæ anno sexagesimo quarto. sepeliturq; in basilica S. Petri sepulchro marmoreo, his uersibus notator

Eugenius iacet hic quartus, cor nobile cuius

## PONTIFICVM.

Testantur uitæ splendida facta suæ.  
Istius ante sacros se præbuit alter ab ortu,  
Alter ab occasu Cæsar uterq; pedes:  
Alter ut accipiat fidei documenta latinæ,  
Alter ut aurato cingat honore caput.  
Quo duce & Armenij Graiorum exempla secuti,  
Romanam agnorunt Aethiopesq; fidem:  
Inde Syri ac Arabes mundiq; e sinibus Indi,  
Magna, sed hæc animo cuncta minora suo.  
Nam ualida rursus Teucros iam classe petebat.  
Dum petit, ast illum sustulit atra dies.  
Qui semper uanos tumuli contempsit honores:  
Atq; hac impressa condite, dixit, humo.  
Sed non quem rubro decorauerat ille galero,  
Non hoc Franciscus stirps sua clara tulit:  
Susceptiq; memor meriti, tam nobile, quod nunc  
Cernis, tam præstans surgere iussit opus.

Vacat tum sedes diebus duodecim.

## NICOLAUS V.

Nicolaus quintus, Thomas Sarzanus antea uocatus, a Sarzana oppido Lucēsis <sup>ccxviij.</sup> Nagri, pontifex omnium consensu creatur pridie nonas Martias, mcccc. xlvij. uir quidem modicis parentibus, utpote matre Andreola, patre Bartholomæo phisico natus: sed uirtute, doctrina, comitate, gratia, liberalitate, magnificentia tātō pontificatu dignus, licet ipse adeo modestus erat, ut tanto magistratu se indignum arbitraretur: rogaueritq; cardinales oēs supplex etiam, ut ecclesiæ dei maturius consulerent. Verum Tarentino cardinali eum adhortante, ne cursum sancti spiritus impediret, collum tanto oneri subiecit. Interrogatus (ut fit) cardinalis Portugalensis e conclaui prodians, quem pontificem creassent, respōdit, non nos Nicolaum, sed deus pontificem designauit. Sunt autem qui scribant Thomam Pisis natum, Lucæ educatū, Bononiæ literas & bonas artes didicisse: maxime uero philosophiam & theologiam, adiutus beneficentia sanctissimi uiri Nicolai Albergati cardinalis sanctæ crucis, adolescentis ingenio delectati. Hanc ob rem in pontificatu hominis de se bene meriti nomē sumpsit. Cum uero magistri nomē in gymnasio consecutus esset, acerrimis disputationibus probatus, cardinalem sanctæ crucis secutus, familiæ tanti uiri œconomus factus, in numero scriptorum penitentiariæ primo refertur, deinceps subdiaconatum pontificium adeptus, bene agendo uitamq; sine inuidia & æmulatione ducendo, maiora mente concepit. Iam enim Eugenius cognita hominis doctrina & integritate, in illis potissimum disputationibus quæ cum Græcis Florentiæ & Ferrariæ sunt habitæ, eum cardinalem destinauerat. Verum ut id honestius fieri posset, hominem cum Iohanne Caruagialla, qui postea sancti Angeli cardinalis est habitus, in Germaniam mittit ad tollendum Basileens. concilium neutralitatemq;. Neutrales enim ideo Germani sunt dicti, q̄ neq; Felices, neq; Eugenij dictis obtemperarēt. Quas ob res ecclesia dei multas & maximas calamitates incurtebat, cum imminutione maiestatis pontificiæ. Hac autem de re pluribus in cōuentibus apud Fredericum Romanorum regem esse disceptatum, Aenea Picolhomineo, qui deinceps potifex fuit, quiq; tū regis secretarius erat, ad tantā rem tanq; necessariā lōgis orationibus oēs adhortate. Difficile quidem erat remouere Germanos ab opinione sua, falsa præsertim. Difficile item uidebatur psua dere Eugenij oratoribus, ut postulatis Germanorum obtemperarent. Tandē uero delimita orationibus nimia oratorum seueritate, & castigatis Germanorum postu

## PLATINA DE VITIS

latis, schisma & neutralitatem, rem quidem Romanæ sedis perniciosissimam, sustulerant, si stare promissis Germani uoluissent. Redeuntes itaque ad Eugenium cum hac opinione legati, succlamantibus omnibus, cardinales decernuntur, eisque Eugenius ad portam flaminiam galeros obuiam mittit, ut urbem insigniores ingredi rentur. Vno itaque eodemque anno Thomas Sarzanus & episcopatum Bononiensem, & cardinalis dignitatem, & pontificatum adeptus est, cum maxima totius cleri populique Romani lætitia: licet dum adhuc in conclauis cardinales essent, tumultuatum aliquantulum sit, Stephano Porcario equite Romano, uiro in dicendo acerrimo & elegantissimo, ciues suos in ecclesia Aræ celi congregatos, ad capeffendam libertatem cohortate, quod diceret paruum quodque oppidum mortuo loci domino, de libertate uel saltem de moderanda regentium cupiditate uerba facere. Verum reclamante archiepiscopo Beneuentano tum quidem uiccamerario, de re ipsa nil deliberatum est. Veritatem etiam Romani sunt Alphonsum regem qui Tibure subsisterat, mortuo Eugenio dubius animi, retro ne cederet an Florentinos bello persequeretur, quemadmodum ante cum Eugenio & Philippo instituerat. Hominem autem ita nutatum, duo Senenses qui ciuilibus discordiis alebantur, ad Hetruriam imperium adhibere animum perpulere: quod per facile esset consecutus, si Senas profectus, eam ciuitatem sponte sese dedituram, in potestatem suam redegisset. Collaudauit Senenses rex, eisque ad sollicitandos animos ciuium dimissis, affuturum se in tempore pollicetur. At Nicolaus pontifex pacis & quietis amator, celebrata de more coronatione sua, factisque ingenti apparatu letanijs, quibus ipse pedes supplicabat, cardinalem Morinensem Ferrariam mittit, componendæ pacis commune domicilium: quo legati interuentu & autoritate, ad pacem magis impellerentur partium animi. Missi & eo prope Alphonsi, Philippi, Venetos, Florentinorumque legati, qui post longam disceptationem hanc Philippo optionem dedere, ut uel inducias in quinque annis a Venetis Florentinisque acciperet, utraque parte possidete quæ tenebat: uel pacem permutata Crema, cum his oppidis quæ ultra Abduam uel in ripa Abduæ bello Veneti cepissent, Cassano tantum in arbitrio pontificis relicto, quod illi excedere debebatur, cui primo illata essent iniuriæ. Hoc autem additum est, quo pax diuturnior haberetur. Missus autem ex legatis Philippi unus, qui ei optionem faceret, ut utrum mallet, eligeret hominem pridie eius diei quo Mediolanum puenerat, apoplexia mortuum intelligit, sexto idus Augusti, mcccc. xlvij. Tum Morinensis cognita Philippi morte, legatos omnes ad se prope uocat, & nihilo segnus quam antea de pace agit. Interrogati Veneti, si rent ne in eam sententiam, quam prius approbauerant, respondent Philippi morte eius rei nil sibi integrum relinqui, ad senatum eade re uelle perscribere, tum demum facturos quod a ciuitate mandaretur. Hac itaque mora interposita, qui aderant legati, cognita Venetos cupiditate, quod totius Italiae dominatum appetere, soluto conuentu domos quique suas redire, legato pontificis frustra eos ad concordiam reuocare. Veneti autem qui ad Sorefinam in agro Cremonensi statua habebant, quod Cremonam tumultuantem adiuuantibus Guelfis in deditorem posse recipi sperabant: cognita Philippi morte, Laudam prope mouent, quæ recepta, Placentinos quoque eadem qua Laudenses conditione in fidem suscipiunt, missis eo ac prope quidem mille & quingentis equitibus, qui Placentinis auxilio essent, si qua uis ingrueret. At uero Franciscus Sfortia qui tunc ex Piceno pulsus, in Bononiensi agro confederat, refecturus exercitum diutino bello, armis, equis, uiris exhaustum, occupari omnia a Venetis socii morte intelligens, magnis itinibus Cremonam proficiscens, a Mediolanensibus statim summo omnium consensu exercitus ac copiarum dux contra Venetos deligitur: qui Pado amne ponte coniuncto, castellisque ac machinis firmato, quo minus Veneti Placentiam classe contenderent, Abduam amnem ad Picigitonum trañciens, non longe ab hostibus

## PONTIFICVM.

ad Camuragum confidentibus castra ponit. Vbi parua quadam certamina ad tentandam credo hostium patientiam, sunt commissa. Tum uero Papienses sumptis ob aduentum Francisci paululum animis, cum ab imperio Mediolanensium propter uetus inter eos odium abhorrent, cumque item extrema quæque pati mallent quam Venetis obtemperare, qui eorum societatem aspernati essent, urbem Francisco dedunt, profecto arcis non abnuente: quo additamento Sfortia Insubriae dominatum statim mente concepit. Agebantur hæc in Cisalpina Gallia, cum Alphonsus eodem tempore Nicolao pontifice frustra reclamante, cum exercitu in Senensium maritima descendens, eorum libertatem subuertisset, nisi Florentinus populus cognita regis calliditate, legatum Senas misisset, qui ciuitatem admoneret Alphonsum regnandi cupidum, Senenses bello non minus quam Florentinos petere. Tum uero Senenses cognito periculo, & si regi comitatus non negabant, non tamen quempiam ex regis militibus ingredi sua moenia deinceps sunt passi. Rex itaque cognita Senensium diligentia, in Volaterranum & Pisantium agrum descendens, multa castella partim deditione, partim uic cepit: maxime uero Castilionum Piscaria, quæ oppida Florentini haud ita multo post receperunt, præter Castilionum, Sigismundo Malatesta duce: quem antea Alphonsi stipendio conductum, ab eo ad se deficere pecunijs compulerat. Non desistebat interim Nicolaus pontifex nunc regem, nunc Venetos adhortari, ut pacem quam bellum mallent: Sed hi ferocia exultantes, bene monenti nequaquam obtemperabant. Hanc ob rem Franciscus comparato ingenti exercitu, in quo robur Italicorum militum inerat, Brachianis & Sfortianis militibus simul iunctis, ad Placentiam firmo Venetorum præsidio munita, medio autumnio castra locat, partemque murorum bombardis demolitus, crescente Pado adeo, ut Galeones, ita enim naues fluuiales ad bellum aptas uocant, moenibus appellerentur, terrestri ac nauali oppugnatione urbem capit ac diripit. Magna hæc Francisci laus est habita, quod hyeme tanta imbrium inundatione, ut ægre in tabernaculis miles retentus sit, tantam urbem uic cepit. Non destitit tamen Nicolaus pontifex de pace tum quidem mentionem facere, instantibus etiam apud Venetos socios Florentinis, quod regis potentia uererentur, qui tum cum exercitu in Hetruria erat. Verum ea de re nil actum est, quod Laudam Veneti Mediolanensibus id maxime petentibus, reddere grauarentur. Nicolaus autem pontifex omissa re toties frustra tentata, ad rem diuinam animum applicans, ingentes supplicationes decernit ad placandam iram dei: precandamque ut pacem Christiano populo præstaret. his letanijs pontifex ipse cum omni clero a sancto Petro usque ad S. Marcum profectus est, multa religionem & singularem pietatem præ se ferens. Verum neque ita quidem, exigentibus id fortasse hominum meritis, dei ira placata est. Nam sequenti biennio adeo ubique fere peste laboratum est, ut pauci de multis supersuerint. Quod quidem malum & frequens terræ motus, & eclipsis solis indicare uidebatur. Minabatur hi quos Prædicatores uulgo appellant, futuram calamitatem: maxime uero Robertus ordinis sancti Francisci professus prædicator insignis, qui concionibus suis adeo populum Romanum mouit, ut pueri passim sceminaeque per urbem incederent misericordiam a deo exposcentes. Et ne quid mali in Italia deesset, bella quæ ante inchoata diximus, adeo inualescebant, ut sedari nullo modo posse uiderentur. Nam Franciscus Sfortia sequenti æstate expugnatis quibusdam Venetorum castellis, in eorum classem qua Cremonenses uexabant, cum terrestri naualique exercitu profectus, eam cedere retro ad Casale maius coegit: quo & hostem insectus, cum eius classem in naualia subductum bombardis disiecerit, ad tantam desperationem præfectum Venetum redegit, ut incensa classe, quam tueri non poterat, effusa fuga in oppidum sese receperit. Inde uero Franciscus abiens, non amplius de Cremona sollicitus, sublata hostium classe, in Gerram Abduæ mouens, ad Carauagium firmo hostium præsidio munitum castra locat, Mouent & eo Veneti, de

existimatione sua actum putantes, si oppidum a Mediolanensibus occuparetur, qui positus ex regione hostium circiter mille passus castris suis, tempore se affuturos, si oppugnatione uexarentur, ostendunt. Crebra quotidie committebantur praelia, ut postea ex tam propinquis castris. Verum cum ad summam dimicationem uentum est in uia paludibus undique coarctata, ad quam primae Venetorum acies retrusa, neque cedere, ut in pugna facere plerumque necesse est, propter subsequentes, neque pugnare in tam angusto loco, propter instantes hostes poterant, oppressae penitus & obruitae cecidissent, nisi a nouissimo agmine fugiendi in initium ortum fuisset. Tum uero Franciscus cedentem hostem insecutus, & castris opulētissimis eum exiit, & equitum ac peditum circiter quinque millia cepit. Postea uero Franciscus, Brachianis eo inuito ad expugnandam Laudam mandato Mediolanensium proficiscētibus, cum reliquo exercitu Brixiam mouens, urbem obsidione cinxit. Hac uero calamitate permoti Veneti, de se actum existimabant, nisi pacem cum Francisco componerēt, orta iam inter Franciscum & Mediolanenses similitate, quae his legibus composita est, ut sumptis in Mediolanenses armis quicquid ultra Abduam Padumve Francisci, quicquid uero citra Abduam caperetur, Venetorum esset, collatis eidem a Florentinis ac Venetis singulis mensibus sedecim millibus nummum aureorum: immisissisque aliquot turmis auxilio, donec Mediolano potiretur. Inuito itaque hoc modo foedere, allectisque ad se quos potuit copiarum ducibus pollicitationibus & praemiis, in Mediolanenses conuersus, omnes fere eorum ciuitates in deditiōem recepit. Quo quidem successu permoti Veneti, longe aliter euenire Francisco cernentes quam arbitrati fuerant, accepta ex foedere Crema, reuocatisque militibus suis, foedus cum Mediolanensibus ineunt, Francisci potentiam reformidantes si Mediolano potiretur. Franciscus autem simulata cum Venetis beneuolentia, priuataque magis Cosmi Medices, quam publica Florentini populi pecunia adiutus, post multas acceptas illatasque clades, post longam & grauem oppugnationem, utpote media hyeme, post defectionem & transitionem militum ad hostes, aduersante etiam Alphonso, qui Mediolanum iure haereditario deberi sibi dicebat, ob eamque rem Lodouicum Gonzagam mercede conduxerat, & in Bononenses miserat, quo suis tutius in Cisalpinam transire liceret, Mediolano tandem potitur, anno m. cccclix. Iuuabant quidem Mediolanenses Veneti, immisso cum exercitu suo Sigismundo Malatesta, qui se Picenino auspicijs Mediolanensium militanti coniungeret, sed pernegligenter: ut eneēti fame, ciuitatem Venetis potius quam Francisco committerent. Quare longe aliter euenire cernentes quam putarant, cum Alphonso agunt, qui Franciscum inimico & hostili animo persequebatur, inuito prius foedere, ut homo dominandi cupidus priusquam inualesceret, ducatu Mediolanensi pelleretur. Inuitant & Florentinos ad eam rem. Verum cum hi nunc se aduersaturos Francisco dicerent, eorum mercatores ab urbibus suis Veneti pellunt: idemque ut Alphonso faceret, tandem etiam impetrarunt. Nicolaus autem pontifex totam Italiam ad arma concitari cernens, auctoritatem suam saepius interposuit quo pax componeretur, ut sequenti anno libere omnibus ex tota Europa ad iubileum uenire liceret. Instabat enim quinquagesimus annus, quo iubileus de more indicebatur. Cardinales praeterea sex creauit: quorum de numero fuere Latinus, Ursinus, & frater ipsius pontificis uterinus tantum Philippus, tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis, uir certe bonus ingenique liberalis. Interim uero Fredericus imperator instante pontifice, Felicem compulsi ut se pontificatu abdicaret, quod cerneret tantam seditionem & tam diuturnam, ecclesiae Romanae perniciosam esse. Usus tamen hac benignitate erga Amadeum Nicolaus est. Ad hominem namque galerum cardinalatus misit: eundemque legatum Germaniae fecit, ne omnino sine dignitate uiueret. Venere & in arbitrium pontificis cardinales illi quos Amadeus creauerat, Hac uero concordia adeo laetatus est non mo-

do clerus omnis, uerum etiam populus Romanus, ut in sequenti nocte eius diei quo haec audita sunt, M. CCCC. XLIX. xxij. Aprilis, cum faculis per urbem in equis incederent, clamantes, *Viuat Nicolaus*. Pontifex autem, ne ingratus erga deum tanti beneficii uideretur, supplicationes admodum celebres cum populo & clero in Vaticano habuit. Idem fecere & reliqui Italiae populi, tam perniciose seditione liberatam ecclesiam dei cernentes. Tanta praeterea fuit pontificis auctoritas & gratia, ut animos principum ad bellum iam concitatos, aliquandiu represserit. Instigabant namque Venetos ad id bellum & Iacobus Piceninus, & Sigismundus Malatesta, & Carolus Gonzaga, acerrimi ipsius Francisci Sfortiae hostes & inimici. Pellexerant etiam in societatem suam Veneti Sabaudiae ducem, marchionem Montisferrati, ac Corregii dominos: Bononensesque & Perusinos, reclamante pontifice & uiuante ne id facerent, concitare, sed frustra conati sunt, pacti cum Alphonso, ut dum ipsi Franciscum adirentur, Florentinos bello distineret. At Franciscus Florentinorum amicitia ac potentia fretus, assumptoque in societatem belli Lodouico Gonzaga principe Mantuano, ad bellum se constanti animo parabat. Hinc ortae sunt inter Carolum & Lodouicum graues inimicitiae, quod eius amicitiam sequeretur, quem ipse hostem haberet: quodque oppida sua occupasset, quae ei pater ex testamento reliquerat. Nam Lodouicus fratris in carcerem coniectus uas factus, cum spondidisset octoginta millia nummum auri, quo frater liberaretur, uetuissetque solum Carolum, cum Franciscus aut nummos, aut oppida peteret, maluit nummos persolvere, & oppida retinere, quam tam uicina & propinqua loca dimittere. Hanc itaque ob rem Carolus fratrem calumniabatur, ut raptorem & alieni appetentissimum, non modo apud Venetos, quorum partes sequebatur, uerum etiam ab imperatore ius suum repetere. Iam attingerat annus iubileus, cum subito tanta multitudo Romam uenit, quanta nunquam antea. Unde cum semel e Vaticano uisa saluatoris imagine ad urbem redirent, facta obuiam mula quadam Petri Barbi cardinalis sacri Marci, cum neque uenientes, neque redeuntes ob insequentem multitudinem cedere possent, cadente uno atque altero super mulam illam iam a multitudine oppressam, ad ducenta hominum corpora, & equos tres, obruita & suffocata in ponte Hadriani constat. Multi etiam a lateribus pontis in flumen cadentes, in undis periire. Sepulta in sancto Celso ad centum & triginta sex constat: reliqua uero ad campum sanctum delata sunt. Haec ob rem Nicolaus pontifex uices eorum qui mortui fuerant dolens, casulas quasdam angustiore uiam ad pontem facientes, omnino sustulit: totumque fere annum illum in celebritatibus consumpsit, stationes ipsemet quotidie inuisens cum cardinalium coetu. Cauit etiam quam diligentissime, ne abundante tanta multitudine, commensatus & omnia ad uictum necessaria in urbe deessent. Curauit item execrationibus & satellitibus, ne crassatores in peregrinos ad urbem accedentes fauissent. Sequenti uero anno quod uenturum ad urbem Fredericum imperatorem intellexerat, tum ut coronam imperii acciperet, tum ut Leonoram regis Lusitaniae filiam, Alphonsi nepotem, in uxorem duceret, portas urbis ac turres, Capitolium, arcem sancti Angeli, muris firmissimis munire coepit, ueritus credo, ne aduentante imperatore noui aliquid, & ab eo, & a populo Romano oriretur: erat enim natura formidolosus. Hanc ob rem milites omnes suos cum collectis copijs Romam acciuit. Ad delinendos uero multitudinis animos, tredecim mareschalcos, qui tredecim regionibus urbis praesent, delegit: eisdemque tredecim uestes coccineas dono dedit. Imperator itaque prodeuntibus obuiam tredecim cardinalibus, omnique urbis magistratu, ac honorato quoque, per portam castelli ingressus, & ad scalam sancti Petri perueniens, obuium habuit pontificem: a quo una cum Leonora uxore, quam Senis offenderat iam ex Hispania auctam, in templum Petri introducitur, millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo, die ix. Martij. Unde facta oratione digressi, in



## PLATINA DE VITIS

278

adibus illis diuertere, quæ ad ipsos sancti Petri gradus adhuc uisuntur, meliorem formam quam antea habentes, Romani cardinalis Constantiensis impensa. Pontifex autem sequentibus diebus in sancto Petro Missam celebravit, benedixitque imperatori & imperatrici, ut in nuptiis fieri consuevit, antequam sponsus cum noua nupta coeat: eosque deinceps eodem in loco xvij. eiusdem mensis imperatoria corona donauit. Dum uero imperator (ut sit) ad sanctum Iohannem coronatus proficiscitur, plerisque auratos equites in ponte Hadriani creauit. Abiens deinde Neapolim cum uxore uisendi Alphonso regis causa, a quo sumptuosa ac magna impensa cum tanto comitatu est habitus, rursus ad urbem mari rediens, iter in patriam statim arripuit, quod intellexerat quosdam principes res nouas in Germania & Ungaria moliri ob regem Ladislaum adolescentem egregium, quem imperator secum ducebat. Hominem autem abeuntem duo cardinales ad quinquaginta millia passuum comitari sunt, Bononiensis ipsius pontificis frater, & Caruagiolla sancti Angeli cardinalis. Abeunte autem imperatore, Veneti comparato ingenti exercitu, Cremonensem agrum ingressi, omnia prius longe ac late populati, Soncium atque oppida uicina oppugnare sunt adorti, quæ in potestatem eorum haud ita multo post uenerunt: captis ibi aliquot equitum turmis, quod serius quam decebat Franciscus exercitum comparauerat. Verum postea superueniente Lodouico Gonzaga amico & belli socio, in agrum Brixianum mouens, eo Venetos redegit, ut paludes egredi nunquam sint ausi, & aperto Marte collatis signis secum decernere. Protrahi rem uolebant, in mora spem omnium uictoriae reponentes, quod existimabant Franciscum propter inopiam ararij, impensa bellica haud diu sustenturum: Simul etiam sperabant, Mediolanenses extortæ quondam libertatis memores, Francisco tanto bello implicito, aliquid noui ad excutiendum seruitutis iugum molituros. At Ferdinandus patris Alphonso iussu, cum equitum circiter octo, peditum quatuor millibus, in Hetruriam contra Florentinos mouens, cum Cortonam ad defectionem tentasset, Foianum aretini agri oppidum quadraginta diebus oppugnatione, multis utrinque desideratis capit. Inde uero abiens, ac per Senensem agrum iter faciens, cum Castellinam frustra oppugnare tentasset, in maritima Senensium hyematum descendit, captis in itinere quibusdam Volaterranorum castellis. Obseruabat hominem continuo Sigismundus Malatesta Florentini exercitus dux, occasionem bene gerendæ rei captaturus. Florentini autem cum pollentes Alphonso ac Venetorum opes terra marique reformidarent, ad externa auxilia confugere instituunt, Francisco id approbante. Missus itaque in Galliam Angelus Accioiulus equestris ordinis Florentinus orator ad regem Franciæ, commemorata Florentinorum in regiam domum beneuolentia, hominem eoperpulsit, ut & duci Sabaudia & Allobrogis imperaret, qui iam in Franciscum arma sumpserant, ne Franciscum Florentini populi socium & amicum dicto aut facto læderent, affirmans se illi hostem futurum, qui secus fecisset. Et Renatum impulit, pecunias ei ac militem pollicitus, regnum Neapolitanum, unde fuerat ab Alphonso pulsus, repetere: maxime uero quod rex Florentinorum bello tum distineretur. Hac autem legatione Florentinorum ac Francisci res adeo secundæ sunt factæ, ut Veneti pacem deinde haud quaquam sint aspernati, suis præsertim non longe a Godio eorum copijs, quas in Mantuanum principem Carolo Gonzaga duce miserant, ne ipse unam cum Tiberto Brandolino ad Franciscum Sfortiam, cuius auspicijs militabant proficiscerentur: coniunctisque copijs maiorem exercitum, quem Gentilis ductabat, adorirentur & funderent. Venerat namque superiore anno ad exercitus Caruagiolla sancti Angeli cardinalis, Nicolai nomine pacem inter concertantes compositurus: qui re infecta abiens, deum hominesque testatus est, per Nicolaum pontificem non stare, quo minus pace inter Italos composita, bellum communi omnium Christianorum consensu in Turcos decerneretur: quos iam parare arma contra

## PONTIFICVM.

279

Constantinopolitanos senserat, & ob eam rem cardinalem Rutenum patria Constantinopolitanum eo miserat, qui imperatori & ciuibus auxilium polliceretur, si ad catholicam fidem, ut in Florentino concilio promiserant, redire uoluissent. Interim uero Renatus recuperandi regni Neapolitani cupidus, ad quam rem Franciscus ac Florentini copias & opes pollicebantur, si Alpes transmittens, contra Venetos exercitum mouisset, frustra tentato cum duobus millibus equitum per Allobrogos itinere, quos nunc Sabaudenses uocant, æstateque in ea re pene consumpta, Sauonam alio itinere, atque inde ad Franciscum peruenit: qui accessu tanti regis & non paruis copijs, atque animo auctus, hostem pauidum & certamen detrectantem, mouere castra ad montana Brixia coegit. Inde uero exercitum circumferens, ex Brixianis & Bergomatibus ad quadraginta oppida, partim uel, partim deditioe cepit. Superueniente deinde hyeme, cum in hyberna undique itum esset, Renatus relicto in Italia apud Florentinos filio, male in eos & Franciscum animatus, in Galliam rediit. Verum frigescentibus una cum hyeme iam omnium animis, exhaustisque item assidua bellorum impensa populorum ac principum ararijs, de pace iam antea a Nicolao pontifice tentata, mentio fieri coepta est: ad quam Veneti & Florentini militarem licentiam perosi, summo ferebantur studio. Sed Nicolaus pontifex coniuratione Stephani Porcarij equitis Romani tum deprehensa, rem inchoatam omittens, ad sedandum intestinum bellum animum adiecit. Stephanus enim maioris animi quam potentia, uir quidem in dicendo materna lingua eloquentissimus, multa liberandæ patriæ indicia præ se ferens (ut in principio diximus) Bononiam a pontifice relegatur, hac conditione, ut singulis quibusque diebus Niceno gubernatori urbis sese offerret: quem simulata ægritudine decipiens, Romam admonentibus coniuratis propere rediit, hac mente, ut cum urbem attigisset, sumptis armis populum ad libertatem conuocando, pontificem & cardinales caperet. Verum dum fessus longitudine itineris & diutina uigilia aliquantulum quiesceret, aliquot enim noctes infomes duxerat, detegendæ rei tempus & occasionem dat. Cognita hominis audacia, pontifex senatorem Iacobum Lauagnolum Veronensem ciuem, & uicecamerarium cum armato milite domum eius statim mittit, ut captum in carcerem perducerent. Is autem aduentare armatos intelligens, ad sororem confugit, relicto domi Baptista Sarra cum aliquot seruis, homine quidem impigerrimo & audacissimo: qui domo cum socijs erumpens, incolumis aufugit. Cognita deinde Stephani per indices fuga, hominem apud sororem in capsa delitescentem capiunt, & captum ac seriem coniurationis factum, ad muros arcis sancti Angeli suspendunt. Eodem quoque supplicio afficitur in capitolio Angelus Massa cum filio ac socio Sauo, lecta prius audientibus omnibus coniurationis serie, millesimo quadringentesimo quinquagesimotertio, quinto idus Ianuarij. Persecutus deinde reliquos coniuratos, omnes oppressit, maxime uero Franciscum cognomēto Gabadeum, & Petrum Monterotundum, & Baptistam Sarram a Venetis ad supplicium deditum. Eo enim confugerat post patefactam coniurationem. Nicolaus autem qui hæcenus Romanos omni genere officij & liberalitatis iuuerat, quique liberior quam ullus antea pontifex, incedere per urbem consueuerat, sibi ipsi deinceps cauens, morosior cum in canes, tum uel maxime in Romanos factus est. Accedentes enim alloquendi causa non ita facile admittebat. Accessit & podagra, qua tum maxime laborabat. Sed nihil fuit quod æque hominem cruciauerit, quam ubi audiuit Constantinopolim & Peram eodem impetu a Turco captam: obtruncatumque cum multis hominum millibus Constantinopolitanum imperatorem. Captum quoque arbitrabatur & necatum cardinalem Rutenum: quem eo (ut dixi) miserat, sed is mutata ueste incolumis abiit. Ipsi tamen pontifici in animo fuit, classe & milite Constantinopolitanos iuuare, quemadmodum eius literæ

## PLATINA DE VITIS

ad imperatorem scriptæ indicant, quibus & eorum a catholica fide defectorum, & simulatum in gratiam cum latinis redditum, in calamitatibus increpat. Verû ad eo repente urbs illa capta est, ut uix de mittendo auxilio cogitare licuerit. Præterea uero ne quid deesset quod hominem cruciaret, Comes Auerfus iniussu suo Nursi nos bello aggreditur, a Spoletinis mercede conductus: hi enim populi de finibus inter se certabât. Hanc ob rem Angelum cognomento Ronconem cum militibus ecclesiasticis mittit, qui comiti iter intercluderet, quo minus ad oppida sua reuertetur. At uero cum intellexisset per Angelum stetit, quo minus redeuntem comitem milites caperent, hominem ad se uocatum, in arce Hadriani capitali supplicio afficit, tertia noctis hora. Sunt autem qui scribant Nicolaum eius rei mirifice poenituisse: quodq; ira percitus mandauerat, adeo accurate præfectus arcis egisset. At Veneti frustra de pace mentionem fieri cernentes, cum eam rem sapius tēstassent, ueriti ne tanta res per suasu Lodouici Gonzagæ a Frâncisco intermitteretur, Iacobum Picenninum copiarum suarum ducem, cum magna equitatus parte ad Voltam celerrime mittunt: qua capta, retrusoq; in Godium Angelo comitis non sine aliquo Lodouici incommodo, qui tum ibi ægrotabat, hominem in hyberna reuocant, existimantes iam satis motum ad petendam pacem Lodouicum esse. Interim uero Simonetus ordinis Eremitarum ultro citroq; commeas, cum nunc Venetos, nunc Franciscum ad concordiam pluribus uerbis adhortatus esset, eos tandem populit, ut pacem in itis foederibus firmarent, quæ omnium consensu quinto idus Aprilis publice per præcones enunciata est, M. CCCC. LIII. his foederibus, ut quæ cusq; ante id bellum fuissent redderentur, præter Gerram Abduæ, quam Franciscus de Venetis, & Castilionum Piscariæ, quod Alphonfus de Florentinis ceperat. Hoc uero quo firmiter haberetur, ut uel Alphonfus dignitatis regiæ habitam fuisse rationem dignosceret, ad hominem mittendos legatos principes ac ciuitates censuere: quo cum undique conuenissent, cumq; Dominicus Capranicus cardinalis sanctæ crucis, ac maior poenitentiarius, uir magnæ prudentiæ & autoritatis, legatus a pontifice missus, hortando, monendo, pacis & concordie sequestrum se fore ostēderet, ita ad foedus post longas disceptationes tandem uentum est: ut quam Veneti ac Franciscus pacem composuissent, eadem firma & stabilis ab omnibus haberetur: utq; si quæ deinceps dissensio discordiæ inter eos orta esset, eius tollendæ ius potestatemq; pontifex haberet: utq; qui arma alteri intulisset, cognita a pontifice causa, is statim communis omnium hostis haberetur. Data itaque publica per omnes fide, iureiurandq; adhibito, foedus denique Neapoli firmatur, anno fere post superiorem pacem, qua nulla memoria patrum nostrorum maior aut firmitior est habita. Omnes enim præter Genuenses in eandem sententiam uenerunt quibus cum Alphonso ex gente Catalonica nequaquam conueniebat ob tributum promissum, nec redditum, ut Alphonfus dicebat. Relicta est etiam legatorum negligentia uel industria (ut quidam uolunt) ansa quædam ad bellum, qua Alphonfus postea Sigismundum Malatestam bello persecutus est, q; receptis ante a se mercedis nomine pecunijs, transitione facta, cum Florentinis hostibus suis contra se militasset. Nicolaus autem pontifex, siue tædio animi, quo maxime cruciabatur post captam Constantinopolim, siue febris & podagra, qua potissimum uexabatur, pontificatus sui anno octauo moritur, millesimo quadringentesimo quinta quagesimo quinto, sepeliturq; in basilica Petri honorificentissima pompa, cuius in sepulchro hoc epitaphium merito inscriptum est:

Hic sita sunt quinti Nicolai antistitis ossa,  
Aurea qui dederat secula Roma tibi.  
Consilio illustris, uirtute illustrior omni,  
Excoluit doctos doctior ipse uiros.

## PONTIFICVM.

Abstulit errorem, quo schisma infecerat orbem.  
Restituit mores, mœnia, templa, domos.  
Tum Bernardino statuit sua sacra Senensi,  
Sancta iubilei tempora dum celebrat.  
Cinxit honore caput Frederici coniugis aureo,  
Res Italas isto foedere composuit.  
Attica Romanæ complura uolumina linguæ  
Prodidit, en tumulo fundite thura sacro.

Laudatur quidem eius liberalitas, qua in omnes usus est: maxime erga literatos, quos & pecunia, & officijs curialibus, & beneficijs mirifice iuuat. Eos enim præmijs nunc ad lectiones publicas, nunc ad componendum de integro aliquid, nunc ad uertendos grecos autores in latinum ita perpulit, ut literæ græcæ & latinæ, quæ sexcentis iam antea annis in situ & tenebris iacuerât, tum demum splendorem aliquem adepti sint. Misit & literatos uiros per omnem Europam, quorum industria libri conquirentur, qui maiorum negligentia & barbarorum rapinis iam perierant. Nam & Poggius Quintilianum tum inuenit, & Enoch Asculanus Marcum Cælium Appicium, & Pomponium Porphyriorem in Horatii opera scriptorē egregiū. Aedificauit præterea magnifice & splendide, tum in urbe, tum in Vaticano: in urbe ædes pontificias apud sanctam Mariam ad Præsep. Restituit & templū sancti Stephani in Cælio montem in planis uero erexit sancti Theodori templum inter palatinum & capitolinum montem in plano situm. Pantheon quoq; in medio urbis positum templum uetustissimū magistri Agrippæ opus, plumbeo tecto restituit: in Vaticano autem & pontificias ædes sumptuosas operis in hanc formam quam nunc cernimus redegit, & muros Vaticani præaltos & lato inchoauit, iactis insanis fundamentis ad turres & maiorem molem superædificandam, quibus coerceri hostes possent, ne ædes pontificias & beati Petri templum, ut antea sæpe factum est, diriperentur. Inchoauit præterea ad caput templi beati Petri amplam testudinem, quam uulgo tribunam uocant, quo templum ipsum augustius, & hominum magis capax esset. Pontem quoq; miluium restituit, & ædes egregias ad balnea uiterbiana ædificauit. Iuuat & multos pecunia, q; in urbe ædificabant. Eius etiam mādato uici urbis fere omnes strati sunt. Eleemosynas quoq; multas in pauperes erogauit, maxime uero in nobiles ad inopiam ob uarios rerum humanarum casus reductos. Virgines inopes sua pecunia & munificentia maritis collocauit. Legatos aliunde uenientes munifice semper suscepit, nullo nō genere honoris & liberalitatis adhibito. Facilis ad iram fuit, ne mentiar, quippe qui biliosus erat, facilis etiam reditu ad beneuolentiam: hoc est quod ansam maleuolis dedit ad carpendum hominem de deo & hominibus optime meritū. Auaritiæ autem adeo expers fuit, ut neq; officium ullum uendiderit unquam, neq; beneficium simoniaca prauitate ductus ulli collocauerit. Gratus erga de se & ecclesia dei meritos, amator iustitiæ, pacis autor & conseruator, clemens in delinquentes, cæremoniarum diligentissimus obseruator, nihil quod ad diuinum cultum pertineret omittens. Extant adhuc uasa aurea & argentea, extant cruces gemmis ornatae, extant & sacerdotales uestes auro & margaritis insignita, extant peripetasmata & aulæa auro & argēto intertexta, extat & mitra pōtificia, quæ hominis munificentiam nobis ostendunt. Omitto tot libros sacros suo iussu descriptos, auro & argento redimitos. Licet inspicere bibliothecam pontificiam sua industria & munificentia mirifice auctam. Religiosos, ut ueriaculo uocabulo utar, ita amaui, ut eos & mira beneficentia, & ecclesiasticis beneficijs iuuerit. Beatum quoq; Bernardinum Senensem ordinis Minorum, in sanctos retulit, quod prædicando, docendo, monendo, castigando etiam factiones Italiæ, Guelpham scilicet & Gibellinam, magna ex parte extinxerit, & Christianis hominibus bene beateq; uiuendi uiam ostēderit. Cuius corpus nunc etiam Aquilæ magna cum ueneratione inuisitur.

## CALIXTVS III.

Calixtus tertius, Alphonfus cognomēto Boria antea uocatus, natione Hispanus patria Satiuensis, Valentiniæ diocesis, patrē Iohanne, matre Francisca generosi,

ccxvii  
pontifex

parentibus natus, ac libere educatus, cardinalium suffragijs pontifex creatur sexto idus Aprilis, M. CCCC. LV. Is enim quartumdecimum natus annum, post prima literarum erudimenta ad Ileridense gymnasium missus, tantum studio & diligentia profecit, ut breui doctor in utroque iure factus, acute ipse alijs ac perdocte deinceps legerit. Hanc ob rem Petrus Luna (quem Benedictum tertiumdecimum appellarunt) proprio motu nemine rogante, canonicatum Ileridensis ecclesie ei contulit. Verum cum iam eius doctrina omnibus nota esset, ad Alphonsum Aragonum regem profectus, eius consilio & secretis statim adhibetur. Cum autem à Martino pontifice ecclesie Maioricensis gubernator factus esset, persuaderentq; amici, ut ecclesia ipsam in titulum acciperet, facturum se id renuit, quod diceret se expectare episcopatum Valentinum, quem haud ita multo post suo merito consecutus est. Cum enim mortuo Benedicto tertio decimo, duo illi anticardinales, de quibus in Martino mentionem fecimus, Aegidium quendam Barchinonensem canonicum in locum demortui Panischole pontificem creassent, quem Clementem octauum appellabant, eo statim missus ab Alphonso rege, qui iam cum Martino pontifice in gratiam redierat, Alphonso Boriam est, non sine magno sui ac comitum discrimine: adeo locus ille Panischole tyrannice custodiebatur, & ab his potissimum quorum maxime intererat discordiam alere. Qui Alphonso adeo rationibus & autoritate Aegidium ipsum ad sanitatem deduxit, ut postea superueniente Petro Fuso Martini legato, pontificio nomine se abdicauerit, in potestatemq; pontificis deueniret. Hanc ob rem Martinus & Aegidium Maioricensem, & Alphonsum Boriam Valentinum episcopum creauit. Orto deinde bello inter Alphonsum Aragonie, & Iohannem Castellae reges, solus Alphonso Boriam delectus est, qui ad pacem & concordiam reges adhortaretur, quam septennio post inchoatum bellum tanta cum diligentia composuit, contracta etiam inter eos affinitate, ut hodie quoque aliquot illius foederis pacta feruentur. Verum cum postea inualecente Basileensi concilio, rex Alphonso, qui tum in regno Neapolitano bellum gerebat, rogaretur ut aliquem ex suis eo mitteret, Alphonso Boriam id negotium demandauit, qui aegre ferens rem tam perniciosi exempli sibi committi, cum regina egit Alphonso uxore, ut in Italiam ad regem proficisceretur cum Ferdinando regis filio, eumq; adhortaretur, ut tandem post multos labores, & tot pericula adita, in quibus tum etiam frequenter uersabatur, in patriam rediret. Rex autem se id facturum abnuens, hominem ad Eugenium misit, qui tum Florentiae erat, quo cum de pace ageretur, Vitelleschus enim Eugenij nomine regnum Neapolitanum armato milite ingressus, longe ac late omnia populabatur, prohibitorum q; minus rex Neapoli, quam tum oppugnabat, potiretur. Cum autem in longum res protraheretur, Eugenioq; in mentem uenisset uiginti cardinales creare, Valentinum episcopum horum in numerum retulerat. Quam quidem dignitatem constantissime renuit, quod diceret id sibi nequaquam integrum esse, re praesertim ob quam uenerat, infecta. Redeunte deinde Romam Eugenio, cum patriarcha Aquileiensis Tarracinam ad regem missus, pacem inter pontificem & regem composuisset, foederaq; inisset, quibus Valentinus episcopus semper interfuit, autoritatemq; suam interposuit & diligentiam, adeo à pontifice diligi ceptus est, ut eum breui cardinalem creauerit, tituli sanctorum Quatuor coronatorum, Romamq; ad se accerserit, non minore modestia in cardinalatu utens, quam antea in episcopatu fecerat, ab omni pompa & inani gloria alienus semper fuit. In dicendis autem in senatu sententijs ita grauis habebatur, ut nihil unquam per adulationem & gratiam locutus sit. Mortuo deinde Eugenio, eiusq; successore Nicolao pontifice, Alphonso Boriam, ut dixi, in sedibus sancti Petri pontifex creatus, Calisti nomen de more suscipiens, bellum Turcis statim indixit. Id se ante pontificatum uouisse ostendens suo chirographo, his uerbis scripto, quod in libro quodam suo extabat: Ego Calistus pontifex deo omnipotenti uoueo, & sanctae indiuiduae trinitati, me bello, maledictis, interdictis, execrationibus, & demum quibuscunque rebus potero Turcos Christiani nominis hostes saeuissimos persecuturum. Admirati sunt omnes qui aderant, quod pontificatus nomen sibi desumpsisset ante adeptam

dignitatem, quodq; homo senex ac fere decrepitus, tantum animi haberet. Ut autem quod promiserat, re ipsa praestare posset, praedicatores per totam Europam statim misit, qui omnes Christianos in Turcos animarent, quicq; facultatum aliquid & opum suarum ad tantam expeditionem conferrent. Ex his autem facultatibus ad sedecim triremes Romae aedificatas in hostem misit, patriarcha Aquileiensis praefecto, qui triennio maritima hostium Afianorum uexauit, insulas quasdam cepit, ac magnas calamitates hostibus intulit. Alphonso autem rex & Burgundiae dux, crucis signum suscipientes, ituros se quoque in hostem profitebantur, uel armatos milites eo missuros. Verum ut res uno impetu mota est, ita etiam facile resedit, principibus ipsis ob uoluptate rem tantam & magnam gloriam parituram omittentibus. At uero dum pontifex ipse in basilica Lateranensi coronaretur, duo milites, quorum alter sub comite Auerfo, alter sub Neapolione Ursino diuersarum partium ducibus militabat, de adulescente armigero contententes, ita se mutuis uulneribus confecerunt, ut uterque statim perierit. Hanc ob rem Neapolio factionem Ursinam ad arma conuocans, ad eum ubi comes Auerfo diuertere consueuerat, diripuit ab eum tum comes. Ad Lateranum itaque iturus Neapolio, ut comitem adoriretur, aegre à Latino fratre & à camerario pontificis retentus est. Non poterat certe sine magna urbis calamitate eo proficisci Neapolio, cum tota Columnensium factio, quae comiti fauebat, iam in armis esset. Miserat & ad utrumque pontifex Iohannem Baruncellum, & Laelium de ualle aduocatos consistoriales, qui pacem inter eos componerent: atque hoc modo autoritate pontificis sedata sunt omnia, non tamen uetus similtas inter eos sublata est. Bello enim sapius inter se concertarunt cum magno suorum incommodo. Pontifex autem ad transigenda negotia pontificia animu adiciens, B. Vincentij Hispani ordinis praedicatorum, & B. Edmundi Anglici memor, eos in sanctos retulit: ob eamq; rem supplicationibus deo gratias egit, ab ecclesia Mineruae usq; ad sanctum Petrum continuo magno cleri ac populi Romani apparatu. Verum ne quid ad disturbendam ecclesiae quietem deesset, rustici quidam Palubarae oppidi, quod in Sabinis est, extorres antea à Iacobo Sabello loci domino facti, domum redeuntes, duobus Iacobi filijs obruncatis, ecclesiae oppidum ipsum se dedituros polliciti sunt: quod non modo Calistus tenuit, uerum etiam eo cardinalem Columnensem misit, qui in gratiam Iacobi eos redigeret. Tum uero Neapolio ueritus, ne cardinalis Palumbaram suo nomine occuparet, eo cum militibus suis profectus, locum ipsum aliquot dies obsedit. Verum superueniente Matthaeo Poiano & Francisco Sabello, ac plerisque alijs militum ductoribus pontificis ac cardinalis Columnensis mandato, soluta obsidione Palumbaram ingressi, ad uiginti rusticos ex his potissimum, qui tumultum concitauerant, laqueo interemptos membratim diuisere, caeteris exemplum daturi, ne in dominos suos tam grande facinus molirentur. Apparente deinde per aliquot dies cometa crinito & rubeo, cum mathematici ingentem pestem, caritatem annonae, magnam aliquam cladem futuram dicerent, ad auertendam iram dei Calistus aliquot dierum supplicationes decreuit: ut si quid hominibus immineret, totum id in Turcos Christiani nominis hostes conuerteret. Mandauit praeterea, ut assiduo rogatu deus flecteretur, in meridie campanis signum dari fidelibus omnibus, ut orationibus eos iuarent, qui contra Turcos continuo dimicabant. Crediderim tum ego precibus omnium Christianos ad Bellogradum contra Turcos dimicantes duce Iohanne Vaiouado uiro clarissimo, astante etiam Iohanne Capistrano ordinis Minorum, crucemq; pro uexillo hostibus inferente, eos Bellogradum oppugnantes ingenti clade superasse. Ad sex enim hominum millia ex hostibus interfecta sunt, cum parua nostrorum manu, ut Caruagialla sancti Angeli cardinalis, ad pontificem & ad Dominicum Capranicum sanctae crucis cardinalem scripsit: hostium quoq; commeatus omnes, ad centum & sexaginta bombardae captae sunt: qua clade perterritus Turcus, Constantinopolim ppetere se recepit. Actum de crudelissimo genere tunc certe fuisset, si Christiani principes omissis intestinis bellis & odijs, terra ac mari tantam uictoriam profecuti fuissent.



quemadmodum Calistus prædicabat & monebat. Verū his resumptis uiribus, & Trapezon prius imperatorem interempto, & Bosinam deinceps rege capto atq; interfecto, postea cepit, admonentibus Christianos omnes his, qui rerū experientia & locorum cognitione tantam cladem à longe tanquam e specula quadam præuidebāt. Non cessabat Calistus literis & nuncijs principes Christianos adhortari, ut in tāto malo oculos aliquando aperirēt, frustra remedia deinceps quæsturos, ubi iam hostis inualisset. Ecce autem dum uir bonus hæc meditatur & prædicat, Iacobus Picenninus à Venetis discedens, cum magno equitatu ac peditatu in agrum Senensem hostili animo descendit, repetens à Senensibus aliquot millia nummum aureorum, quæ, ut dicebat, patri Nicolao, qui eorum auspicijs quondam militauerat, ipsi merito debebant. Senenses autem suæ reipublicæ consulturi, omnes Italiæ principes ex fœdere in auxilium uocant: maximè uero pontificem, qui eos primo admonuit, ut ne quadrantem quidem Iacobo darent, deinceps uero & milites suos contra Picenninum ipsum misit, ac principes Italiæ adhortatus est, ut idē ipsi facerent, ne aliquod graue incendium in Italia excitaretur, quod non ita facile extingui posset. Veriti omnes, ne id certe eueniret quod pontifex prædicabat, auxilia prope Senensibus miserat. Solus autem Alphonfus, qui Iacobo fauebat, hominemq; ad se uocauerat, eius beneuolentiæ memor, quam antea cum patre Nicolao Picennino contraxerat, Senensibus ex fœdere auxilio non fuit: immo uero & comitem Petilianum in Senenses ita concitauerat, ut tanti mali prima causa inde exorta uideatur. Verum superuenientibus auxiliarijs copijs, tum à Francisco Sfortia, tum à Venetis, eo redactus est Picenninus aliquot prælijs, si non fusus, at mutilatus & debilitatus, maxime uero ad Orbatellum, ut consensu Alphonfi triremibus, quæ ad hominem missæ sunt, rerum omnium inopia laborantem, in regnum tantare frustra tentata, profectus sit. Quare & Calisti & sociorum opera atque auxilio Senenses magno periculo liberati sunt, qui non minus intestino, quam externo bello laborabant, cum non deessent ciues quidam, qui sprete libertate factionem Alphonfi sequerentur, quorum etiam opera tantum bellum cōcitatum crediderim. Sed ciues bene sentientes, aut pulsus aut cæsis male de patria merentibus, libertatem quam tum magno labore & sumptu peperere, nunc etiam & quidem diligenter tuentur. Animaduertere & tum acerrimè in militarem licentiam & transfugas, interfecto Giberto Corrigia, eiusq; milite in prædam dato. paululum quoque abfuit, quin idem etiam Sigismundo Malatestæ acciderit, qui tum eorū stipendio militabat, quiq; & bellum in longum ducebat, & prædam ex agris eorum nō aliter abigebat, ac si hostis esset. Eodem quoq; anno tātus in regno Neapolitano terræ motus exortus est nominis Decēbris, ut & multa tēpla, & plures ædēs cum magno hominum ac pecorum interitu corruerint, maxime uero Neapoli, Capuæ, Caietæ, Auerfæ, cæterisq; ueteris Campaniæ urbibus, quarum ruinas ego cum maxima admiratione deinceps inspexi, dum cernendæ uetustatis studiosus eo me contuli. Repetebat tum uotum Alphonfus tercio quoque uerbo, quod in Turcos fecerat, & se quod uouerat, breui facturum dicebat: uerum nec sic quoq; impelli ad sanctam militiā potuit, adeo erat illecebris Neapolitani regni irretitus. Calistus autem sedatis Italiæ rebus, nouem cardinales creat: quorum duo ex fororibus fuerē eius nepotes, Rōdoricus Boria, & Lucius Iohannes cognomento Miliano ex forore nepos. Aeneam quoque Senensem episcopum cardinalem creauit, cuius opera in componenda Italiæ pace, dum Senenses bello uexarentur, usus fuerat. Verum mortuo comite Tagliacochi, quem superiore anno pontifex urbis præfectum creauerat, statim inter Auerfæ comitem & Neapolionem Vrsinum orta dissensio est, cum Auerfæ comes Monticellum non longe à Tibure positum occupasset, quod diceret eam hæreditatem ad nūrum suam pertinere comitis filiam, contra instaret Neapolio, id suum esse debere iure hæreditario, quippe cum comes ipse ex gente Vrsina haberetur. Ex altercatione autem duorum de hæreditate inter se, armis etiam concertantium, maxima damna populus Romanus tum certe perpeffus est. Verum composita hæc etiam controuersia, iussu utroque ab armis disces-

dere, Calistus Boriā nepotem suum & urbis præfectum creauit in locum de mortui comitis, & eundem militibus ecclesiasticis præfecit, quo facilius barones urbis Romæ in officio contineret. Mortuo uero non ita multo post Alphonso, hærede legitimo carente, tanti animi Calistus fuit, ut regnum illud repetere sit ausus, dictitans id ad sedem apostolicam Alphonfi morte iure feudatario deuolutum esse. Parabantur iam utrinq; arma: nec Ferdinandus Alphonfi hæres animos hominis contemnebat. Norat enim hominis ingenium & animi eius amplitudinem. Verum & etiam eius morte disturbata sunt omnia, & tanto metu Ferdinandus liberatus est. Moritur autem Calistus pontificatus sui anno tertio, mense tertio, die decimosexto, sepeliturq; in uaticano ad sinistram basilicæ sancti Petri in templo rotundo, quod sanctæ MARIÆ in febribus dedicatum est, Nicolai impensa antea restitutum. Moritur etiam non multo post Boria nepos, qui in ciuitatem ueterem confugerat, Vrsinæ familiæ odia declinans, quæ ipse contraxerat, dum alteri factioni magis fauet. Calistus autem in omni uita uir integerrimus est habitus, sed hæc eius præcipua laus est, quod dum episcopus esset aut cardinalis, beneficium aliquod in commendatione nunquam uoluit, dicens se una sponsa, & quidem uirgine contentum esse, hoc est, ecclesia Valentina, ut ius pontificum mandat. Eleemosynas præterea pauperibus CHRISTI, & seruis dei frequentes dabat, tum publice, tum priuatim. Virgines pauperes collata dote maritis collocabat. Nobiles ad inopiam redactos, sua impensa in uita retinebat, Vtebatur & munificentia erga principes quando opus erat: maxime uero erga eos, qui nomen Christianum autoritate & opibus suis iuuare poterant. Ad Vsumcastanum, Persarum & Armeniæ principem, ad regem Tartarorum Lodouicum Bononiensem ordinis sancti Francisci fratrem, misit cum multis & magnis muneribus, eos in Turcum excitans, qui persuasum hominis & magnas Turcis calamitates intulere, & oratores suos quos ad Calistum destinauerant, ad Pium pontificem demum misit: quos certe cum admiratione, tum ob interualla locorum unde uenerant, tum uel propter habitum nostris oculis insuetum, inspeximus. Ferunt Vsumcastanum, superatis persæpe hostibus, ad pontificem scripsisse, se quidem uictoriam ex hoste reportasse ob preces ab eo ad deum habitas, eiusq; beneficij diuini potius quam humani, se aliquando memorem futurum. Inchoata hæc amicitia a Calisto est, quæ nunc constanter Christiani cum ipso principe retinent, qui Turcum continuis prælijs uexat. In ædificijs autem paruos sumptus fecit, quod ei parum uiuere licuit, quodq; pecunias in usum tanti & tam periculosi belli colligebat. Restituit solum sanctæ Priscæ in Auentino templum, & mœnia urbis dirupta ac fere solo æquata. Aulea tamen quædam auro intertexta ab eo emptæ cernuntur. In uictu suo parcus est habitus, in sermone modestissimus. Facilis aditu quantum ei per ætatem licebat: iam enim octogesimum attigerat annum, nec tamen de studijs suis quicquam remiserat. Legebat ipse, aut legentes audiebat, si quid in tanto rerum fastigio ei tēporis supererat. Officiū transfigurationis domini nostri IESU CHRISTI ipse composuit, iussitq; eo modo atq; cum his indulgentijs celebrari, quibus celebritas corporis CHRISTI in precio habetur. Oratores ad se uenientes mira beneuolentiā complectebatur: quorū precibus aut postulatis ab honesto discedere nunq; uoluit. Hanc ob rem cū Alphonso simultates exercuit, quod is peteret episcopatus interdū his dari, quibus uel propter ætatē, uel ignorantē tum literarum, tum rerū humanarū, committi nequaquam debebāt. Moriens autē Calistus, centum & quindecim millia nummū aureorum reliquit, quos in usus bellicos contra Turcos cōparauerat. Dum autē Calisti funus celebraret, morit & Dominicus sanctæ crucis cardinalis, & summus pœnitentiarius, uir quidē grauis ac sapien-

tiſſimus: ſepeliturq; in tēplo Minervæ, bonis om̄ibus præ dolore lachrymantibus.  
PIVS .II.

ccxix.  
pont.

**P**ius ſecundus, Aeneas cognomento Picolhomineus antea uocatus, natione Italus, Senis oriundus, Corſiniani ortus, patre Syluius, matre Victoria, patrum omnium conſenſu pontifex creatur tertiodecimo Calendas Septembris Milleſimo quadringentefimo quinquageſimooctauo. Nam pater eius a plebe Senenſi cum reliqua nobilitate e republica deiectus, et ad fundum gentiliſium Corſiniani uallis Vrciæ oppidum ſe conferens, infantem eo loci ex uxore ſuſcepit: Nato puero, Aeneas Syluius nomen pater indidit. Puerpera autem per quietem uifa eſt ſibi infantem cum mitra parere, quæ (ut pronæ ſemper in peius mentes hominum ſunt) uerita eſt, ne ſomnium illud puero & familiæ ignominiam portenderet: neque antea huiusmodi ſuſpitione leuari potuit, quam poſtea intellexerit filium Tergeſtinum epiſcopum designatum fuiſſe: quo nuncio omni proſus metu liberata, immortalī deo gratias egit, quod deſunctū meliore fato, quam ipſa coniectauerat, filium ſibi uidere contigiffet. Prius tamen cum iam per atatem diſcere aliquid potuiſſet, Corſiniani ſingulari memoria & ſumma docilitate Grammaticam didicit: parce adeo ac duriter uitam ducens, ut omnia ruris officia ob inopiam adire ſit coactus. Annum uero decimum & octauum agens, Senas proficiſcitur: ubi a neceſſarijs & cognatis adiuuus, poetas primo, mox oratores audiuit: quibus facultatibus tantum ingenio & diligentia ualuit, ut breui præclara poemata Latina & Hetruſca lingua ediderit, ludens credo in amorem, quo ætas illa maxime conſiſtat. Inde uero ad ius ciuile ſe contulit: quod proſecto non ita multo poſt deſerere coactus eſt. Orto nanque inter Senenſes & Florentinos bello, caritatem annonæ ueritus, & nobilitatem plebi Senenſi ſuſpectam cernens, uoluntarium ſibi uelut exilium adſciuit, ſecutus ampliffimum uirum Domini cum Capranicum, qui tum Senis iter faciens, ad Baſileenſe concilium proficiſcebatur, queſtum iniurias ab Eugenio pontifice ſibi illatas propter denegatum galerum cardinalatus inſigne, quo etiam abſentem Martinus ob eius uirtutem & integritatem merito donauerat. Huius igitur contubernio uſus, poſt longos itineris labores ſuperatis alpibus cælo uicinis & congelatis niuib; opertis, per inferni pontem, Lucernæ lacum, Heluetiorum campos, Baſileam tandem peruenit. Quo in conuentu, & ſi multa negotia Aeneæ Domini ſecretario obuenerint, ſemper tamen eſt aliquid oc̄i ſuffuratus, quod literis traderet. Domini cum deinceps paupertate & inopia circumuentum, quippe cui beneficiorum & paternæ hæreditatis prouentum omnem Eugeni; denegabat, relinquere non ſine lachrymis cogitur, Bartholomæum Nouarienſem epiſcopum ſecutus: quo cum Florentiam ubi Eugeni; pontifex erat, peruenit. Sed hunc quoque in iudicium ob crimen læſæ maiestatis ab Eugenio accerſitum, Aeneas relinquere impellitur, Nicolaum ſanctæ crucis cardinalem ſecutus, patrem certe optimum, ac omnium opinione ſanctiſſimum, qui Attrebatum proſectus Eugeni; iuſſu, ubi conuentus Gallorum principum habebatur, pacē inter ducem Burgundiæ, qui cum Angliſ ſentiebat, & regem Franciæ compoſuit. Redeunte autē in Italiam Nicolao, quem Veneti ac Philippus Mediolanī dux autorem componendæ pacis requirebant, Aeneas non admodū Eugenio gratus, Baſileam proficiſcens, magno ſemp in honore apud omnes eſt habitus. Fuit enim ſcriba in ſynodo illa celeberrima, & literarū apoſtolicarum abbreviator: Duodecimuir, qui magiſtratus in tanto conuentu cenſori; habebatur. Nihil enim publice per quempiam agi poterat, niſi horū grauiſſima autoritas interueniſſet: & ſi qui admiſſi ad conſultandū de rebus conciliaribus minime idonei habitū ſunt, horū iuſſu ſenatu mouebant. Erant in eo concilio quatuor cōuentus: q̄ deputatiōes more aulico uocabant, apud quos de fide, de pace, de refor-

matione, de communibus agebatur. Hiſ magiſtratibus ſinguli præſidentes ſingulis menſibus præficiēbantur. In deputatione fidei, cui Aeneas erat aſcriptus, ſæpe præſedit. Inter collatores beneficiorum bis quoque electus. In eo autem conuentu ſæpe orauit, ſed illa eius oratio egregia & elegans eſt habita, qua in eligenda concilij ſede idonea, Auenioni, \* Vtinæ, Florētia, Papiam anteferendam oſtendit, rerum opportunitate, ſitu loci, ædium priuatarum magnificentiā, cæli benignitate & clementia, commoditate rerum omnium, quæ urbi poſſunt importari, liberalitate Philippi ducis. Cum uero aliquid per nationes agendum erat, unus ſemper ex Italica deligebatur, qui rebus agendis præſet: tanta erat in homine morum facilitas, & ingenij dexteritas. Legationes uero plures concilij cauſa obiuit, Argentinam tertio, Tridentum ſemel, Cōſtantiam ſecundo, Francofordiam ſemel, in Sabaudiam iterum mittitur. Designato autē poſt longas conſultationes cōcilij in pontificem Felice, Eugenioq; excluſo, cum octo uiri ex unaquaq; natione deligerentur, quibus ſumma poteſtas in rebus conciliaribus permitteretur, Aeneas pontificis ſecretarius, magiſtratum illum ultro oblatum renuit. Orator deinde ad Fredericum imperatorem a Felice miſſus, tantum dexteritate ingenij apud hominem ualuit, ut eum corona poetica donatum, in amicos & protonotariū receperit: ita eos Germani appellant, quos principes ſecretis adhibent. Relatus deinde in ſenatorium ordinem, quem princeps in rebus grauiſibus conſulit, tantum ualuit doctrina & autoritate, ut facilis in quauis re ad ingenium ptinente primus haberetur, licet æmulos & obtrectatores multos habuerit. Interim uero cum de abolendo ſchiſmate inter Eugeniū & imperatorem agi cœptum eſſet, eiusq; rei cauſa ad pontificem Aeneas proficiſceretur, Senis aliquandiu moratus, a ſuis uehementer rogatur, ne ad Eugeniū proficiſceretur: ueriti enim ſunt, ne in eum pontifex grauiſer animaduertet, quod eius autoritas in Baſileenſi concilio ab Aenea epiſtolis & orationibus ſæpe impugnata diceretur. At homo conſtans ſua innocentia fretus, ſpreſtis cognatorum precibus, Romam proficiſcens, ſe primum apud Eugeniū elegantiori oratione purgat, quod eorum autoritatem ſecutus eſſet, quorum ſententia Baſileenſe concilium fuerat approbatum. Deinde uero hiſ de rebus cum eo agere cœpit, quarum gratia ab imperatore uenerat. Miſſis deinde in Germaniam duobus ab Eugenio oratoribus, quorum alter Thomas Sarzanus fuit, alter uero Iohannes Caruagialla, tadem horum uirtute & Aeneæ induſtria, ut in Nicolao diximus, neutralitas ſublata eſt. Ut uero etiam id rebus, non uerbis tantum appareret, imperator Aeneam ipſum Romam mittit, qui Eugenio publice diceret, ſe ac Germanos omnes in humanis diuinisq; ei deinceps obtemperaturos. Mortuo autem eo tempore Eugenio, dum alter pontifex in locum demortui ſuffragijs patrum deligitur, Aeneas conclauī præfuit: nullus enim orator tum in urbe erat tanto munere dignior. Creato autem Nicolao pontifice, accepta ab eundi uenia, dum ab Eugenio ſubdiaconus creatus, iter in Germaniam facit, epiſcopus Tergeſtinus moritur, in cuius locum Aeneas, ſe quidem inſcio, a pontifice & imperatore ſuffectus eſt. Philippo præterea uicecomite ſine hærede mortuo, a Cæſare ad Mediolanenſes orator mittitur. Apud quos orationem habuit de imperio urbis hæreditario, deq; fide ſeruanda: cui quidem ſi populus ille obtemperaffet, adhuc fortaffe liberate uteretur. Secundo uero ad eos rediens, extrema quæque ob libertatem patientes, obſidente Mediolanum Franciſco Sfortia, urbem ipſam cum maximo diſcrimine ingreditur, relictiſ ad Nouicomium collegis, quos timor ab officio deterruerat. Inde autem re infecta abiens, imperatoris mandato ad Alphonſum Aragoniæ regem proficiſcens, epiſcopus Senenſis, unde originem ducebat, a Nicolao creatur. Compoſita deinde inter Alphonſum & imperatorem affinitate, ad hominem in Germaniam rediens, eum ſemper adhortatus eſt, ut primo quoque

## PLATINA DE VITIS

tempore in Italiam ad accipiendam imperij coronam proficisceretur. Vnde Fredericus iter in Italiam ingressus, Aeneam praemisit, ut Leonorae uxori e Lusitania uel Portugalia, ut nunc dicitur, ad Hetruscum littus puenturam, honoris gratia obuiam fieret. Qui ubi Senas peruenit, non diu in urbe moratus, populo suspectus esse cepit, ne aduentante imperatore, pulsus popularibus, optimates reipublicae gubernandae praeficeret. Aeneas igitur ut populum suspicione leuaret, Thalamonem quo Leonoram peruenturam putabat, proficiscitur: non tamen ob eius discessum quie uere popularium animi. Elegata namque per agros ad tempus omnis nobilitas est: cui paulo post ut mutabiles sunt popularium mentes, redeundi in urbem potestas facta est, cognita imperatoris integritate, & Aeneae modestia. Is uero Pisas contendens, quo Lusitanos applicuisse intellexerat, puellam uni sibi creditam ad imperatorem, qui tum Senis erat, perduxit. Romam deinde tum proficiscens, & priuatim & publice (dum Caesar corona imperij donaretur) egit omnia. Imperator praeterea ad Alphonsum salutandi hominis causa iturus, Ladislaum regium adolescentem, quem Pannonij & Boemi furtim ab eo abducere saepe tentauerant, Romae sub tutela & custodia Aeneae, qui plurimam fidem praestabat, reliquit. Imperator autem Romam iterum rediens, cum gratias pontifici egisset, Ferrariam proficiscitur, Borriog, Estensi Murinae duce creato: ubi Germaniam attigisset, Aeneam statim ex mandato pontificis cum summa potestate oratorem in Boemiam & omnes Austriae ciuitates mittit. orta namque erat inter eas & imperatorem controuersia pro Ladislaio rege, quem illae ad se mitti postulabant. Sublata autem tanta controuersia, ac pace inter utrosque composita, Aeneas haud ita multo post ad conuentum Ratisponensem mittitur: ubi imperatoris uices gerens, praesente Philippo Burgundiae duce, & Lodouico Baioariae, de immanitate Turcorum, & de calamitate reipublicae Christianae tanta contentione dixit, ut oibus gemitu & lachrymas excusserit. praecipue autem Philippum Burgundum ad eam expeditionem adeo animare uisus est, ut bellum statim omnium consensu decerneretur: quod postea omissum est eorum ambitione & stultitia, qui cuncta sibi debere putabant. Aeneas uero ingrauescente iam aetate, taedio laborum ac diutina inter exterarum gentes peregrinatione fessus, redire Senas ad lares patrios instituerat: quem tamen facile imperator e sententia mouit, cum diceret sibi in animo esse, Turcis ipsis bellum inferre. Missus itaque ob eam rem ad Francosordensem conuentum, Germanos principes, qui ex tota prouincia eo conuenerant, grauissima & longa oratione ad bellum periculosum & necessarium, multis rationibus adhortatur. Visus est quidem omnes uehementer commouere. Verum hoc natura compertum est, eorum animos cito residere, quorum affectus per facile mouentur. Tertius item eadem de re in noua ciuitate conuentus habetur, in quo Aeneas mirifice annexus pedibus & manibus est, ut aiunt, rem ex sententia perficere: priuatim & publice unumquemque ad id bellum cohortando, quo salus Europae, principum ac populorum libertas, dignitas Christiani nominis continebatur. Nec aberat a spe perficiendae rei, cum subito nunciatum est, Nicolaum pontificem e uita migrasse, cuius in morte disturbata sunt omnia: nam & conuentus soluitur, & Germani rerum nouarum cupidi, persuaderi imperatori annexi sunt, ne pontificibus amplius obtemperaret, nisi quaedam ad pragmaticam tentionem ab ipsis prius impetrassent, quod dicerent Germanis longe peiore conditionem esse, quam uel Gallis uel Italis: quorum serui, Italicorum in primis, si res immutarentur, merito esse dicebantur. Nec certe procul absuit, quin impator tumultuantibus obsequeretur. Quo minus autem id fieret, grauissima Aeneae autoritas intercessit: cuius haec fuit apud Caesarem sententia, Inter principes etiam de magnis rebus inter se dissidentes, pacem aliquando & amicitiam componi posse. At inter principem & populum immortale odium semp interuenisse: quare dicebat, satius sibi uideri

cum pontifice sentire, quam eorum cupiditatibus obtemperare, quorum mentes non ratione, sed appetitu & cupiditate ducuntur. Motus hac ratione imperator, sprete populorum postulatione, Aeneam oratorem deligit, qui ad Calistum mitteretur. Is autem Romam profectus, cum Frederici iuramentum pontifici de more exhibet, collaudato quantum satis erat utroque, tota eius oratio fuit de bello Turcis inferendo: adeo erat ad eam rem animatus. Videbat enim uir sapientissimus, id quod postea usu accidit, barbaros uictoria elatos, occupata Graecia non quieturos. Inde uero ad pacem Italiae conuersus, qua perfecta, bellum Turco inferri posse existimabat, pontificem ad eam rem uehementer adhortatur. Premebantur tum Senenses comitis Petiliani & Iacobi Picenini armis, qui Alphonfi potius quam proprijs auspicijs bellum illud gerebant. Ut igitur omnis belli uis extingueretur, Aeneas iussu pontificis & ciuium suorum rogatu, Neapolim ad Alphonsum proficiscitur: quo etiam totius ferme Italiae legati de pace acturi conuenerant: quibus cum certe usque ad eam diem ea de re nil adhuc actum erat. Verum superueniente Aenea, tum demum sibi de pace conuenturum dixit: quando is quidem, quem unice diligebat, ad se ob eam rem accessisset. Impetrata itaque pace, ac liberata ab hoste patria, apud Alphonsum, cuius familiaritate plurimum delectabatur, aliquot menses fuit, quo tempore seruata opportunitate hominem eleganti & copiosissima oratione ad bellum maritimum orientalibus inferendum perpulit. Inde uero Roma abiens, iter in patriam facturus, a Calisto pontifice retentus est, a quo etiam non multo post patrum omnium consensu in numerum cardinalium refertur. Apud Calistum uero tanta autoritatis & gratiae fuit, ut hominem impulerit oratores ad Senenses mittere, quorum ciuili discordia laborabant, ut populum tumultuantem ad pacem & concordiam adhortarentur. At uero dum in balneis Viterbianis ualitudinis causa esset, historiamque Boemicam inchoasset, mortuo Calisto Romam statim rediit: cuius expectatio tanta fuit, ut magna pars populi Romae officij causa obuiam progressa, hominem, quasi diuinarent, ut pontificem salutant. Ad hunc enim consensum omnium pontificatus deferrebat. Ingressus itaque coelauae, patrum omnium suffragijs pontifex maximus, ut dixi, creat. Accepta deinde pontificia corona, qua tertio nonas Septemb. pontificali apparatu basilicam Petri ingressus est, cum deo immortalis gratias egisset, se totum confirmata prius ecclesiae ditone, ad curam reipublicae Christianae conuertit. Nam & bellum ante eius pontificatum in Umbria exortum, Iacobo Picenino duce rerum nouarum cupido, statim eo pontifice sublatum est, Assisium & Nuceria ab hoste recepta. Inter Ferdinandum regem & Sigismundum Malatestam, quod difficilimum factu uidebatur, compositae induciae, quo Mantuam omnibus ubi communem Christianorum conuentum indixerat, tuto proficisci liceret. Creato autem principe Columnensi urbis praefecto in locum demortui Boriae, relictoque Romae legato Nicolao Cusa sancti Petri ad uincula cardinali, media hyeme ab urbe discedit per eas ciuitates iter facit, quae ciuili discordia ad bellum potius quam ad pacem spectare uidebantur, populos ad concordiam & quietem adhortatur. Mantuam postremo undequaque uentum est. Magnus aderat principum numerus, magna legatorum uis. Ex tota enim Europa nulla natio, gens nulla fuit, quae non aut principes, aut legatos eo miserit. Actum denique est in illo celeberrimo conuentu, Pio ipso dicente, ut bellum communi omnium decreto Turcis indiceretur. Dictae sententiae, qua id ratione geri posset. Propositum periculum quod ceruicibus Christianorum immineret. Motae sunt omnibus lachrymae, cum eorum calamitates exponerentur, qui a barbaris in grauissimam seruitutem quotidie abducebantur. Incensi animi, cum ostenderet Turcos occupata Graecia & Illyrico, interiorum Europam penetraturos. Nil est certe ab eo praetermissum, quod ad mouendos Christianorum animos pertineret, Magna quidem in dicendo Pi-



laus fuit, quod cum sapius hsdem de rebus loqueretur, diuersa semper uisus est dicere: tanta erat in homine elegantia & copia. Gallorum querimonias & calumnias Renati regis, quod Ferdinandum Alphonfi filium in regno Neapolitano confirmasset, quod eundem corona regia donasset, tribus actionibus acerrime confutauit. Agebantur hæc in Mantuano conuentu, cum tota fere Europa relicto externo bello, ad intestinum animos atque arma conuertit. Surgunt Germani, partim in seipfos, partim in Pannonios: quorum opera tantum tamq; necessarium bellum magna ex parte confici potuisset. Excitatur Britannia duplici factione: quarum altera ueterem in insula regem, altera nouum, fugato uetere, retinere coatur. Surgunt præterea Hispani Barchinonensibus auxilio futuri: quos Aragonia rex Gallorum armis adiutus, bello premebat. Et ne quid ad disturbanda omnia deesset, Italia Europæ caput, relicto externo bello, ad intestinum animos atque arma conuertit. Gerebatur tum bellum in Apulia, quo Iohannes Renati regis filius, Ferdinandum regno pellere conabatur. Hinc duplex factio in tota prouincia exorta est: cum n̄ Ferdinando, illi Renato fauerent. Pius itaque omisso Mantuano conuentu, ad sedandos motus in Hetruriam rediens, Viterbium ab aduersa factione per fraudem occupatum, haud magno negotio recipit. Picentes ob fines domesticos acerrimis bellis exagitati, partim ratione, partim metu ad pacem rediguntur. Umbros simili contentione distractos, ac magnis cædibus oblitos & fœdatos, autoritate sua tandem sedauit. Senensium rempublicam sublatis seditionibus omnibus, quibus triennio ante laborauerant, cõstituit. Exules quosdam, uiros certe præclaros, in patriam restituit. Nobilibus rei publicæ administrationem reddidit: in Sabinorũ uero perfidiam animaduersum est, quod hostem publicum comœtu & transitu iuuissent. Romæ grauissimos tumultus sicariorum repressit, capto cum aliquot socijs Tiburtio Angeli Massiani filio: quem diximus a Nicolao ob coniurationem interemptũ, & laqueo ad fenestras capitoliũ suspensum: quod ausi fuissent templum Pantheon occupare, atque inde tanquam ex arce in optimum quenque crassari. Tyrannos quosdam ad res nouas spectantes, e finibus ecclesiæ bello submouit, neminem unquam bello attigit, ad quem legatos non prius miserit, si quomodo ad sanitatem rationibus adduci posset. Fredericum Urbinatem copiarum suarum ducem, cum Alexandro Sfortia in Marfos misit, qui Iacobum Picentinum remoraretur a Renato mercede conductum, ne in Apulia ad Gallos Ferdinandum bello uexantes transfret. Ferdinando autem ad \*Sardinum fugato auxilio fuit, quo minus regno spoliaretur: ueritus, ne si Galli regnum occupassent, uictoria elati, libertatem Italia subuerterent. Legatorum a Gallis uenientium minas & pollicitationes, quibus se a Ferdinando ad Renatum traducere conabantur, facile contempsit: Sigismundi Malatestæ ecclesiæ Romanæ uectigalis furoribus ac rabiem, censuris & armis compressit. Is enim spreto fœdere, quod inter se & Ferdinandum fuerat a pontifice iactum, castella omnia ob seruandam fidem data, contra ius fasq; uicē cepit. Legatum ecclesiæ Romanæ ad \*Nidasturam fugauit, Picentibus bella intulit. Huius uero rabies sequenti anno ad Senogalliam Frederico Urbinate & Neapolione Ursino ducibus, graui prælio compressa & castigata est, recuperata Senogallia. Expugnatum fortunæ fauorem Nicolao Pistoriensi cardinali sanctæ Cæciliæ legato, ac magna pars Ariminensis agri ei adempta est, ne postea aliquando ad rebellionem spectare. Pugnatum est præterea non ita multo postea Ferdinando pari felicitate ad Troiam Apuliæ oppidum, quo prælio princeps Tarentinus ac plerique alij, qui nouarum rerum cupidi Gallica sequebantur arma, adeo sunt perterriti, ut supplices a rege pacem petentes, in eius amicitiam redierint fere omnes, præter paucos, quos postea rex bello insecutus, aut regno expulsi, aut ad sanitatem redegit. Pius autem duobus maximis ac grauissimis bel-

Sardinum.

Nidasturam.

lis liberatus, expeditionem Asiaticam quæ in Mantuano conuentu regum ac principum ambitione & auaritia fuerat omissa, repetit: socios belli Vngariæ regem, Philippum Burgundiæ ducem ac Venetos, quod hi promptiores ad eam rem esse uiderentur, sibi adiungit. Oratores & nuncios cum literis apostolicis ad gentes & nationes Christianas mittit, qui principes omnes, qui populos ad tantum bellum tamq; necessarium adhortarentur. Ipse interim Senas proficiscitur, iturus ubi ei per anni tempus liceret, ad balnea Petriolana, quæ potissimum eius ægritudinem lenire uidebantur. Ibi autem cognoscit Philippum Burgundum, qui semet uenturum cum milite & classe uouerat, a tanta pollicitatione destitisse. Intelligit præterea multos esse principes ac populos, non exteros modo, sed Italos quoque, qui ambitione & liuore rem tantam disturbare conarentur, quia eos uiderent nobilissima præmia reportaturos, qui tantam belli molem subirent. Hos autem (ut pontificem decuit) admonitionibus ad sanitatem reducere conatus est. Relictis uero balneis, ad urbem proficiscitur: ubi uehementi dolore pedum & graui febre dies aliquot laborauit: qua ex re factum est, ut non is lunij, quemadmodum publico decreto enunciauerat, Anconæ esse nequiuert. Delinãta autem aliqua ex parte ægritudine, oratores a rege Gallorum & Burgundiæ duce uenientes, eiusq; moram excusantes, audit. Vocatis deinde ad se patribus cardinalibus, regi Boemiæ de fide catholica male sentienti diem dicit: Inde ab urbe discedens, per Sabinos, Umbros, Picentes, Ancona lectica iacens defertur. In itinere autem magnam uim hominum ex Germania, Gallia, Hispania uenientium ad bellum Turcis indictum offendit: quorum magnam partem absolutâ peccatis, Germanorum potissimum, in patriam remisit, quod minus idonei bello gerendo essent: quodq; etiam belli impensam, ut in literis apostolicis continebatur, secum non detulissent. Dum classem, quæ passim in portibus superi inferiq; maris ad tantum bellum fuerat ædificata, dumq; Venetorum ducem belli socium Anconæ expectat, diutina & lenta febre afflicatus, moritur anno sexagesimo quarto supra quadringentos & mille, septimo decimo calendis Septembris, horam circiter tertiam noctis: anno uero pontificatus sexto, diebus sex minus. Tanta autem constantiæ & fortitudinis fuit, ut tota ægritudine, graui quidem & longa, occupationes intelligendi causas diuersarum gentium audiendi, inhibendi, decernendi, iudicandi, signandi, admonendi, castigandi, intermiserit nunquam. Eo autem die quo euita migrauit, duas horas ante extremum uitæ spatium patres cardinales ad se uocatos constanti animo & uoce non inconcinna ad concordiam in eligendo nouo pontifice adhortatus est: quibus item honorem summi dei, dignitatem ecclesiæ Romanæ, bellum a se in Turcos susceptum, salutem animæ suæ, familiam omnem, nepotes uero maxime si commendatione dignos se præstiterint, constanti ac graui oratione commendauit. Petijt sponte sacramenta omnia, & signa integerrimi Christiani omnibus in rebus præ se tulit. Præterea uero acerrime tum quidem disputauit cum Laurentio Rouerella episcopo Ferrariensi theologo doctissimo, liceret ne extremam uisionem iterare, qua semel iniunctus fuerat, dum Basileæ pestilentia grauissime ægrotaret. Orationes canonicas, ut intermitteret in tanta animi anxietate, neque domesticorum quidem precibus exorari potuit. Symbolum Athanasij constanter pronunciauit: & pronunciatum, uerissimum ac sanctissimum esse dixit. Non mortem exhorruit, non perturbationis, aut inconstantia, dum supremum spiritum efflaret, signum aliquod edidit. Extinctus profecto magis quam mortuus dici potest, adeo longis ægritudinibus maceratus erat. ut corpus suum Romanam deferretur, suis mandauit. Affirmant polinctores uiuacissimum cor in homine inuentũ. Funus Ancona Romam defertur, comitante familia lugubri ueste in-

duta, ac lachrymis squalida. Peractis autem de more exequiis, in basilica sancti Petri conditur ad altare sancti Andreae, sepulchro Francisci cardinalis Senensis impensa condito cum hoc epitaphio: PIVS SECVNDVS PONTIFEX MAXIMVS NATIONE TVSCVS, PATRIA SENENSIS, GENTE PICOLHOMINEA: sedit annos sex. Breuis pontificatus, in gens fuit gloria. Conuentu Christianorum Mantuae pro fide habuit. Oppugnatoribus Romanae sedis intra atq; extra Italiam restitit: Catharinam Senensem inter Sanctas Christi retulit, pragmaticam in Gallia abrogauit. Ferdinandum Aragonensem in regnum Siciliae cis fretum restituit: rem ecclesiae auxit. Fodinas inuenti tum primum aluminis apud Tolsam instituit: cultor iustitiae & religionis. Admirabilis eloquio. Vadens in bellum quod Turcis indixerat, Anconae decessit: ibi & classem paratam, & ducem Venetorum cum suo senatu commilitones Christi habuit. Relatus in urbem est patrum decreto, & hic conditus ubi caput Andreae apostoli ad se ex Peloponneso aduectum collocari iusserat. Vixit annos quinquaginta octo, menses nouem, dies septem & uiginti. Collegio autem cardinalium quinque & quadraginta millia nummum aureorum, a uectigalibus ecclesiae pensum, ob indictum Turcis bellum reliquit. Has autem pecunias cardinales & triremes, quae tum in portu Anconitano erant, Christophoro Mauro Venetorum duci, qui biduo ante Pii mortem cum triremibus undecim applicuerat, committunt his conditionibus, ut nauigijs pro eorum arbitrio bello naturali uterentur: pecunias uero stipendij nomine ad Matthiam Ungarorum regem mitterent, bellum assiduo cum Turcis gerentem. Mortuus est uir fortitudinis certae, ac prudentiae singularis: & qui non ad ocium, ad seignitiam, sed ad res agendas, & maximas quidem natus uidebatur. Augere maiestatem pontificis conatus est semper. Non reges, non duces, non populos, non tyrannos in se aut ecclesiasticum quempiam delinquentes, bello, censuris, interdictis, execrationibus persequi prius destitit, quam eos ad sanitatem redisse cognouerit. Lodouico autem regi Gallorum aduersatus est, quod libertatem ecclesiae minuere conaretur, cum ab eo antea pragmaticam ecclesiae Romanae perniciosissimam pestem extorsisset. Borio duci Mutinensi minatus est, quod ipse Romanae ecclesiae censuarius, & Sigismundo Malatestae hosti ecclesiae, & rebus Gallicis faueret. Sigismundum uero Austriae ducem grauissimis censuris persecutus, quod Nicolaum Cusanum cardinalem ad uincula Petri cepisset, ac comprehensum aliquandiu in carcere detinuisset. Dieterum Isembergensem Maguntinum antistitem, male de ecclesia Romana sentientem, sede depulit, in quo eius locum alterum suffecit. Beneuentanum archiepiscopum contra eius uoluntatem res nouas molientem, Beneuentumque Gallis prodere conantem, archiepiscopatu mouit. Franciscum Copinum plus autoritatis cum magna pernicie & clade hominum in legatione Britannica sibi uindicantem, quam ei a sede apostolica concessum fuerat, episcopatu Interamneni priuauit. Tarracinum, Beneuentum, Soram, Arpinum, ac magnam partem Hernicorum, quae nunc Campania uocatur, in deditioem ecclesiae redegit. Nil regibus, nil ducibus, nil populis timore & auiditia concessit unquam. Quosdam uero seuerissime arguit, quod ea peterent quae sine ecclesiae detrimento & eius ignominia fieri nullo modo possent. Tantum terroris dominis quibusdam Italicis praesertim iniecit, ut officio & fide nil antiquius ducerent. Ut hostes publicos constanter persecutus est, sic amicos humanissime ac officiosissime fouit. Fredericum Romanorum imperatorem, Matthiam Ungarorum regem, Ferdinandum Alphonso filium, Philippum Burgundum, Franciscum Sfortiam, Lodouicum Gonzagam uehementer dilexit. xii. cardinales suo pontificatu ueteribus addidit, Reatinum, Spoletinum, Tranensem, Alexandrum Saxoferratensem, Bartholomaeum Rouerellam,

Iacobum Lucensem, Franciscum Laodamiae sororis suae filium, Franciscum Gonzagam, Lodouicum principis filium. Hi omnes Italici sunt habitus. Ex transalpinis, Salsburgensem, Lodouicum Libretum Attrebatensem, Vergelsensem. Viuendi autem rationem ita partiebatur, ut ocij & desidia accusari nullo modo posset. Surgebat mane aurora illucescente, & habita ratione ualitudinis, ac re diuina caste & pie facta, ad negotia publica statim egrediebatur. Functus officio, ac per hortos recreandi animi gratia delatus, prandebat. Mediocri cibo utebatur, non exquisito & lauto. Cibos raro sibi apparari iussit, quod apponebatur hoc edebat. Vini parcissimus, dilutiq; ac lenis magis quam austeri amator. Sumpto cibo, dimidium horae cum domesticis aut fabulabatur, aut disputabat. Cubiculum deinde ingressus, cum paululum quieuisset, horis canonicis de more repetitis, raudiu legebatur aut scribebat, donec ei per munera publica licuisset. Idem faciebat noctu, quod die post cenam: nam & legebatur & dictabat usque ad multam noctem in lecto iacens: nec amplius quam horis quinque aut sex quiescebat. Homo fuit staturae breuis, caput habuit ante annos canum, faciem ante dies senectam praeserentem. Aspectu seueritatem facilitate conditam ostendebat. Circa cultum corporis neque morosus, neque negligens, laboris patiens habebatur. Sitim aequo animo & famem tolerauit. Robustum ei corpus natura dederat, quod tamen longae peregrinationes, & crebri labores, & frequentes uigiliae attriuerat. Accedebant morbi eius familiarissimi, tussis, calculus & podagra: quibus ita praesaepe cruciabatur, ut praeter unicum uocem nil ei, quare uiuus dici posset, relictum uideretur. Aditu etiam dum aegrotaret facilis erat, uerberorum parcus, inuitus petita negauit. Pecuniarum quantum collegit, tantum erogauit: quarum neque studiosus, neque aspernator fuit. Dum numerarentur, dum reponerentur, interesse nunquam uoluit. Fouere ingenia suorum temporum non est uisus, quod tria grauissima bella ab eo suscepta, aerarium pontificium ita continuo exhausserant, ut aere alieno, ac magno quidem saepe premeretur. Multos tamen muneribus aulicis & beneficijs ecclesiasticis iuuat, literatos dico. Orates aut poemata recitantes libenter audiuit: eorumque iudicio qui aliquid sapere uiderentur, sua scripta commisit. Mendaces & delatores odio habuit, iram facile collegit, collectam facillime repressit. Lacescentibus eum conuicijs & dictis petulantioribus constanter ignouit, nisi sedis apostolicae facta esset iniuria: cuius dignitatem adeo acriter tutatus est semper, ut eius causa magnorum regum ac principum graues inimicitias frequenter susceperit. Erga domesticos mira comitate & facilitate utebatur. Nam quos uel incitiam, uel lignauiam deliquisse deprehendisset, paterna charitate admonebat. Mala de se opinantes uel loquentes coercuit nunquam: libere enim in libera ciuitate loqui omnes uolebat. Quarenti nescio cui apud eum, quod male audiret, respondit, de me quoque qui male sentiant, si in campum Florae proficisceris, multos audies. Si quando caelum Romanum tanquam naturae suae contrarium & infalubre mutare constituisset, aestate praecipue, aut Tibur, aut Senas in patriam proficisceretur. Secessu autem abbatiae mire delatabatur, quae in agro Senensi, tum amoenitate loci, tum opacitate sylvarum mira refrigeratio aestate habetur. Frequentauit Maceratana & Petriolana balnea ualitudinis causa. Rara ueste utebatur, & argento frugali magis quam regio. Eius enim uoluptas omnis quando a munere publico uacabat, in lectione & scriptione frequenti reposita erat. Libros plusquam sappheiros & smaragdos charos habuit, quibus chrysolithorum magnam copiam inesse dicebat. Mensam autem artificiosam ita contempsit, ut ad fontes, ad nemora, ad loca agrestia delatus, quae saepe frequentabat animi causa, non apparatus pontificio, sed humili ac prope rusticano sit usus. Hac eius crebra locorum mutationem non defuere, qui carperent, ex aulicis maxime, quod id nunquam ab alijs pontificibus factum esset, nisi aut bello, aut peste urgente. Horum autem querelas contempsit semper, quod diceret, nil ob eam rem a se praetermitti, quod ad dignitatem pontificatus, ad utilitatem aulicorum pertineret. Signabat omnibus in locis, audiebat, censebat, respondere, affirmabat, refellebat: quibus ex rebus quouis etiam in loco abunde omnibus satisfieri poterat. Non libenter solus comedebat. Hac ob rem, uel Spoletinum cardinalem, uel Tranensem, uel Papiensem in conuiuium adhibebat: inter cenandum de

studijs bonarum artium loquebatur, memoriã ueterum repetebat: & quid quisq; laudis uel dicendo uel scribendo consecutus esset, exquisito iudicio ostendebat. Ad uirtutem suos frequenter adhortabatur, à uitijs deterrebat, cum eorum res gestas commemoraret, qui in uia recte aut perperã egissent. Augustino patrio lectore usus est: à quo etiam (dum ipse dictabat) describebantur omnia: sales interdum libenter audiebat, negocijs præsertim uacuis. Florentinum quendam interdum adhibebat, cui Græco nomen est, hominem certe cuiusuis mores, naturam, linguam cum maximo omnium qui audiebant, risu facile exprimentem. Homo fuit uerus, integer, apertus, nil habuit ficti, nil simulati. Christianam autem religionem ita coluit & obseruauit, ut oem profusus hypocrisis suspicionem à se remoueret. frequenter confitebatur & communicabat. Rem diuinam aut ipse faciebat: aut dum fieret, obseruatis de more ceremonijs omnibus, astabat. Somnia, portenta, prodigia contempsit semper. Fulgura procurauit nunquam. Geomantibus & cæteris id genus nullam fidem adhibuit. Timiditatis & inconstantie signum nullum in homine cognitum. Extolli secundis rebus, & perturbari aduersis nunquam uisus est. Suos plerunque ut timidos & formidolosos reprehendit, q̄ acceptas clades (ut in bello contingit) aperte ei denunciare uerentur. Incommodis enim consilio & manu mederi posse dicebat, si id ad tempus quod accessisset, scitum foret. Socios belli, uel magnitudine impensæ, uel hostium potentia perterritus deseruit nunquam. Bella suscepit inuitus: tamen & multis ac maximis iniurijs laceffitus pro tutela ecclesiæ, pro defensione religionis. A edificandi studio uehementer delectatus est. Impensa enim sua scalæ templi ad Vaticanum uetustate collapsæ instauratæ. Vestibulũ ædiũ ad dignitatẽ & tutelã loci munitũ. Aream pro tẽpli foribus ruderibus purgatã sternere parabat. Porticũ unde pontifex populo bñdiceret, inchoauerat. Tibure arcem perfecisse priusquam inchoasse uisus est. Senis quadrato saxo gẽtilibus suis porticum fastigiatam & ornatissimam extruxit: Corsinianũ, quod Pientia à Pio noie in pontificatu accepto appellauit, ciuitatem fecit templũq; testudinẽ, celebre id quidẽ, & ornatissimas eedes extruxit. Sepulchrũ marmoreũ paternis maternisq; ossibus Senis in tẽplo beati Francisci suo iussu conditũ, hoc disticho notauit.

Syluius hic iaceo, coniunx Victoria mecum est:

Filius hoc clausit marmore papa Pius.

Quatuor habuit ex sorore nepotes: ex his duo minores natu, eius gratia & autoritate à rege Hispano equestri ordini sunt additi. Primus cui Ferdinandus rex filiam in matrimonium locauerat, dux Amalphitanus creatur. Secundus, quem (ut antea dixi) Pius in numerum cardinalium retulit, tanta cum integritate & uirtute adhuc uiuit, ut in eo nil sit requirendum, quod ad amplissimum uirum pertineat: ingenio, moribus, fortia, religione, modestia, grauitate. Ad Pium redeo, qui in tanto rerum fastigio collocatus, literarum studium intermisit nunquam. Adulescens, & nondum sacris initiatus, poemata edidit lasciuie magis & festiuitati accommodata, q̄ pressa & graua. Surgit tamen nonnunquam: & dum iocatur, mordacitate non caret. Extant eius epigrammata referta salibus. Ad tria millia uariorum uersuum scripsisse dicitur, quorum pars magna Basileæ perijt. Orationi solutæ reliqua uita se totum dedit, magnitudine rerũ inuitatus, delectatus est etiam mixto scribendi genere, & ad philosophandum aptiore. Libros in dialogo edidit de potestate concilij Basileensis, de ortu Nili, de studio uenandi, de fato, de præscientia dei, de hæresi Boemorum. Reliquit dialogum imperfectum contra Turcos inchoatum pro defensione fidei catholice. Epistolas digessit in tempora: & quas prophanus, quas sacris initiatus, quas antistes, quas pontifex maximus scripserit, uoluminibus separat. His reges, nationes, ciuitates, principes atq; omne genus hominum ad religionis arma incendit. Extat eius epistola ad Turcum, qua hominem adhortatur, ut posthabita Mahometana perfidia, uerã Christi Iesu religionem sequatur. Libellum edidit de miseria aulicorum. Scripsit etiam de institutione artis grammaticæ ad Ladislaum adolescentem Vngarorum regem. Orationes circiter duas & XXX. habuit ad pacem regum, ad concordia principum, ad tranquillitatem nationum, ad defensionem religionis, ad quietem totius orbis terrarũ spectantes, Boe-

micam historiam perfecit: australem imperfectam reliquit. Aggressus est historiam rerum ubiq; locorũ sua ætate gestarũ: quam negociorũ multitudine oppressus imperfectam reliquit. Commentariorum de rebus à se gestis libros duodecim scripsit, tertium decimum inchoauit. Scribendi genus lene est ac temperatum. Cõciones habet splendidas & rei accommodatas. Mouet affectus, ac eos deniq; sedat. Candorem & ornati orationis nunquã intermittit. Describit apposite situs & flumina. Varios pro tempore sumit eloquentiæ uultus. Cognitionem rerũ antiquarum non omittit. Nullius oppidi occurrit mētio, cuius originem non reperat, situm non notet. Qui duces qua ætate claruerint, diligentissime perscribit. Mimos etiam ad uoluptatem notauit. Sententias in prouerbij modum reliquit multas: quarum partem aliquam q̄ ad institutionẽ humanæ uitæ pertinere uisæ sunt, subiungere instituit. Diuinam naturã credendo melius q̄ disputando intelligi ac comprehendi posse dicebat. Omnem sectam autoritate firmatam humana, ratione carere. Christianam fidem etiam si miraculis non esset approbata, honestate sua recipi debuisse. Vnius diuinitatis tris esse personas, non qua ratione probetur, sed à quo dicatur animaduertendum. Mortales inuoluntates cæli & terræ, audaces magis uideri q̄ ueros. Siderũ inuestigare cursus, pulchrius esse q̄ utile. Amicos dei & hac & futura perfrui uita. Sine uirtute nulli solidũ esse gaudium. Neq; auarũ pecunia, neq; doctum cognitione rerum unquam repleri. Cui plura nosse datum est, eum maiora sequi dubia. Plebeijs argenti, nobilibus auri, principibus gemmarum loco literas esse debere. Bonos medicos non pecuniam, sed bonam ualitudinem ægroti querere. Artificiosam orationem stultos, non sapientes flectere. Sanctas esse leges quæ uaganti frena licentiæ imponunt. In plebem uim habere leges, in potentes multas. Res grauiorẽ armis, non legibus diffiniri. Urbanus suam domum ciuitati, ciuitatem regioni, regionem mundo, mundum deo subijcit. Lubricum esse primum apud reges locum. Ut in mare flumina omnia, sic uitia in magnas aulas fluere. Assentatores maxime quo uolunt reges ducere. Nulli magis principes aures, q̄ delatori præstare. Pessimam regibus pestem adulatoris linguam. Regẽ qui nulli fidit, inutilem esse nec meliorem, qui omnibus credit. Qui multos regit, à multis regatur oportet. Non esse regio nomine dignum, qui suis commodis publica metitur: neq; qui sacra negligit, ecclesiæ prouentum: neq; regem qui iuridicando non assidet, uectigalia digna petere. Litigatores, aues: forum, aream iudicem, rete: patronos, aucupes dicebat. Dignitatis uiros dandos, non dignitates hominibus. Magistratus alios mereri & non habere: alios habere, non mereri. Graue pontificis onus, sed beatum ei qui bene fert. Indoctum episcopum a sino comparandum. Corpora malos medicos, animas imperitos sacerdotes occidere. Vagum monachum diaboli mancipium esse. Virtutes clerum distasse, uitia pauperem facere. Sacerdotibus magna ratione sublatis nuptias, maiori retituentas uideri. Fidei amico nullum thesaurum antefendum. Vitam amico, inuidiam morti comparandam. Hostem in se nutrire, qui nimis filio ignoscit. Nulla in re auarum placere hominibus, nisi in morte. Vitia hominum liberalitate obtegi, nu dari auaritia. Mentiri seruire uitium esse. Vini usum & labores & morbos auxisse mortalibus. Vinum quod mentem excitet, non quod obruat sumendum. Libidinem ætatem omnem scdare, senectutem extinguere. Quietam uitam non aurum ipsum, non gemmas præbere. Dulce bonis, durum iniquis mori. Generosam mortem turpi uitæ omnium philosophorum sententia antefendam. Hæc sunt fere, quæ de uita Pij pontificis scribi possunt: ad cuius laudes hoc etiam addo, q̄ & beatam Catharinam Senensem in sanctas retulit, caput sancti Andreae e Peloponneso à principe loci Romam auectũ, in sancto Petro cum maxima ueneratione, cumq; supplicationibus cleri populiq; Romani in sacello ad id fabricato collocauit, repurgato templo, eo loci potissimum, dimotisq; quorundam pontificum & cardinalium sepulchris, quæ basilicam ipsam temere occupabant.

## PAVLVS II.

Paulus secundus, Petrus Barbo antea uocatus, patria Venetus, patre Nicolao, matre Polyxena, sancti Marci presbyter cardinalis, pridie calen. Septembris pontifex

cxix. pont.

bb iij



creatur, M. CCCC. LXIII. Is enim Eugenij pontificis ex forore nepos, adolescens ad huc iturus in mercaturā erat, quæ apud Venetos in precio est, & à Solone non improbat: & iā scrinium & arma in triremes detulerat, cum ei nunciatum est Gabrielem Condemerium auunculum suum pontificem creatum esse. Substitit itaq; adhortationibus amicis & fratre Paulo Barbo maiore natu, ac literis, licet iā adultus esset, operam dedit: præceptore usus Iacobo Ricionio, qui diligentiam hominis ea in re laudare consueuerat. Habuit & alios præceptores, nec tamē ob ætatem admodum profecit: quos omnes præter Ricionem, dum pontifex esset, dignitate & facultatibus honestiores reddidit, ostendens per eos non stetit, quo minus doctior euaderet. Paulus autem Barbo magni animi ac prudentiæ uir, cognita fratris natura, quæ potius quietem quàm negocia appetebat, Eugenium rogat (nam Florentiā uidenti hominis causa uenerat) ut Petrum ad se uocet, initiatumq; sacris in aliquo dignitatis gradu collocet. Vocatus itaq; Petrus, archidiaconatum Bononiensem, ac non ita multo post episcopatum Ceruix commendatione adeptus, protonotarius ab auunculo creatur, ex his potissimum qui emolumentorum participes sunt. His autem facultatibus aliquot annis uirā ducens, tādē unā cum Alouisio Patauino medico, quem postea patriarchā & camerarium appellarunt, cardinalis ab Eugenio creatur, instatibus quibusdā Eugenij familiaribus, ut haberent quem Alouisij potentiæ interdum obicerent: inter quos postea tāta simultas fuit, ut nusq; maiore odio certatum sit: his etiā discordias alentibus, qui seditionibus ali & augeri consueuerāt. Dolebat enim Petrus primum locum apud Eugenium sibi surripi, cum nepos esset, cumq; etiā patricius Venetus. Hæc ob re inimicitias non uulgares exercuit cum Fracisco Condemerio uicecæcellario ex amita Eugenij nato: quo deinceps mortuo, totum se in patriarchā uertit, licet sæpius intercedentibus amicis in gratiā rediissent simulato animo. Hæc ob rem sub diuersis pontificibus ita inter se mutuis odijs certarunt, ut alter alteri non peperit, siue facultates siue dignitatem inspicias. Iactata & inter eos uaria probra sunt, quæ consulto præter eo, ne maledicis fidem præstitisse uidear. Mortuo autem Eugenio cum in eius locum Nicolaus V. successus esset, tātum apud hominem gratia & blāditijs ualuit, ut & primum ipse locum e natione sua apud eum tenuerit, fratre Nicolai hominem adiuuante: & ita Nicolaum animauerit, ut camerarij dignitatē Alouisio diminueret. Erat enim Petrus Barbo natura blādus, arte humanus ubi opus erat. Præterea uero eo indignitatis plerunq; deueniebat, cum precādo, rogādo, obtestādo, quod uellet cōsequi non posset, ut ad faciendā fidem precibus lachrymas adderet. Hæc ob rem Pius pōtifex hominem Mariā piētissimā appellare interdum per iocum solebat. His quoq; artibus apud Calistum usus, eo perpulit hominem, ut Alouisium cū triremibus in Turcos mitteret, ostēdens hoīs amplitudinē, huic rātæ rei maxime cōuenire, cū alijs & exercitus ductasset, & ditionē ecclesiæ ab hostibus constāter tutatus fuisset. Hac demum molestia liberatus Petrus, Calistū deinceps ita in sententiā suā semp traxit, ut donec uixerit, nullius magis quàm huius cōsilio sit usus. Facile præterea quicquid uolebat à pōtifice impetrabat, sua uel amicorū causa. Erat enim propensior in amicos: & quos in clientelā susceperat, quibusq; rebus poterat iuuabat, ac constātissime tuebatur, cum apud unūquenq; magistratū, tū uel maxime apud pontificē. Tātæ præterea humanitatis fuit, ut in ægritudinibus curiales ipsos, quosq; in precio erāt inuiseret: & quibusdā remedijs adhibitis, eos ad ualeitudinē adhortaretur. Semp enim domi habebat unguēta Venetijs auecta, oleū, tyriacā & cætera id genus, quæ ad curandā ualeitudinē faciunt. Ex his aliqd ad ægrotos mittebat. Curabat itē ut uni sibi magis quàm alteri ægrotatiū testamēta committeretur, quod postea ex arbitrio suo partiebat: & siquid inerat quod ad re suā ptingeret, factō tñ sub hasta precio, id sibi pecunia uindicabat. Romanoꝝ ꝑo quorundā amicitia delectatus est, quos sæpe in conuiuū adhibebat, tū ad iocū, tū ad risum: quē & Priabius suus & Franciscus Malacaro salibꝰ, mimis, dictionibus frequēter nō sine urbanitate excitabāt. His quidē artibus effecerat, ut tū ciuibus Romanis, tū aulicis ipsis charus esse putaret. Præterea autē ne domi tñ posse uideret, foris etiā autoritatē sibi cōparare annexus est. Nā & in Hernicos (quā nūc Campaniā Romanā uocāt) pfectus est ad populos quos

dam sedandos, qui de finibus contendebant: & litem componere inter comitem Auerfæ & Neapolionem Vrsinum conatus, paulum absuit, quin turpiter captus, in uincula coniceretur, adeo in eum comes Auerfus ob quandam uerborum licentiam, male animatus erat. Re itaq; infecta abiēs, homini semp aduersatus est. Mortuo deinde Calisto, in eiusq; locū Pio successo, cum permutare episcopatum Vincentinum in Patauinum instando acerbe nimium, rogandoq; anniteretur, & Pij pontificis & Venetorū iram adeo incurrit, ut Paulum fratrem senatorio munere amouerint, & ei interdixerint, quo minus aliorū beneficiorū puētibus potiret, nisi sententiam mutaret. Hanc ob rem indignatus homo, ulciscēdi tempus obseruās, interim acerbe nimium in eos inuehebat, per quos stetit, quo minus uoto potiret. Mortuo autē Pio, in eius locum ipse successus, statim ubi magistratū inijt: siue quod ita pollicitus erat, siue quod Pij decreta & acta oderat, abbreviatores oēs, quos Pius in ordinem redegerat, tanq; inuitiles & indoctos (ut ipse dicebat) exautorauit. Eos enim bonis & dignitate indicta causa spoliavit: quos etiam propter eruditionem & doctrinam ex toto orbe terrarū cōquisitos, magnis pollicitationibus & præmijs uocare ad se debuerat. Erat quidem illud collegiū refertum bonis ac doctis uiris. Inerat diuini atq; humani iuris uiri peritissimi. Inerat poetæ & oratores pleriq; quæ certe non minus ornamentū ipsi curiæ afferebant, quàm ab eadem acciperent, quos oēs Paulus tanq; inquilinos & aduenas possessione pepulit, licet emptoribus cautum esset literis apostolicis, cautum etiam fisci pontificij autoritate, ne qui bona fide emissent, e possessione honesta ac legitima deicerent. Tentarūt tñ hi ad quos res ipsa ptingebat, hominem e sententiā dimouere. Atq; ego certe quod horū de numero eram, rogando etiam ut causa ipsa iudicibus publicis (quos rotæ auditores uocant) committeretur: tum ille toruis oculis me aspiciens, Ita nos, inquit, ad iudices reuocas, ac si nescires omnia iura in scrinio pectoris nostri collocata esse? Sic stat sententiā, inquit, loco cedant oēs, eant quo uolunt, nihil eos moror, pontifex sum, mihiq; licet pro arbitrio animi aliorū acta & rescindere & approbare. Hac uero tam immiti sententiā accepta, ut lapidem immobilem uolueremus, obuersabamur, & frustra quidem die ac noctu in foribus aulae, uilissimum etiam quens seruum rogātes, ut nobis alloqui pontificem liceret. Reñciebamur non sine contumelia, tanq; aqua & igni interdicti ac prophani. Hac autē diligentia xx. continuis noctibus usi sumus: nil enim fere nisi noctu agebat. Ego uero tanta ignominia excitus, quod mihi ac socijs meis coram non licebat, id agere per literas institui. Scripsi itaq; epistolam his ferme uerbis: Si tibi licuit indicta causa spoliare nos emptiōe nostra iusta ac legitima, debet & nobis licere conqueri illatam iniuriā iniustamq; ignominiam. Reiecti a te, ac tam insigni cōtumelia affecti, dilabemur passim ad reges, ad principes, eosq; adhortabimur, ut tibi concilium indicant, in quo potissimum rationem reddere cogaris, cur nos legitima possessione spoliaueris. Lectis literis, Platina reum maiestatis accersit, in carcerem trahit, compedibus reuincit, mittit Theodorum Taruisinum episcopum, qui quæstionem habeat. Is statim me reum facit, quod & libellos famosos in Paulum sparsissem, & concilij mentionem fecissem. Primum crimen ita confutauit, eos quidem dici libellos famosos, in quibus scribentis nomē recitetur: at meum nomen in calce literarum extare, non igitur libelli famosi sunt. Quod uero de concilio mentionem fecerim, me non adeo graue crimen id putasse, cum in synodis a sanctis patribus stabilita sint fundamēta orthodoxæ fidei, prius sparsim iacta a saluatore nostro eiusq; discipulis, ut maiores cū minoribus æquo iure uiuerent, ne cuiquam fieret iniuriā. Unde etiam apud Romanos instituta est censura, qua & qui priuati & qui in magistratu fuerunt, rationem habitū magistratus, & uitæ ante actæ reddere cogebantur. Cum uero his rationibus nihil profecissem, reuinctus compedibus, & quidem grauissimis, mediā hyeme sine foco celsa in

Epistola  
Platine  
ad Paulum  
II.

turri ac uentis omnibus exposita coercerentur mensibus quatuor: tandem uero Paulus Francisci Gonzagæ cardinalis Mantuani precibus fatigatus, a grege pedibus statem molestia carceris me liberat: admonet ne ab urbe discedam, in Indiam, inquit, si proficiscere, inde te retrahet Paulus. Feci mandata. Triennio in urbe commoratus sum, arbitratus hominem aliquam medelam meis incommodis interim allaturum. Coronatus Paulus de more, memor a Calisto quondam pulsos esse e sancto Iohanne Laterano canonicos regulares, quos eodem in loco Eugenius pontifex ante collocauerat, eosdem reuocauit, ut seorsum a canonicis secularibus diuina officia celebrarent. Præterea uero canonicorum secularium eo in loco uomen aboliturus, si quis moriebatur, in demortui locum neminem sufficiebat: aut si quod beneficium uacabat, coactos se canonicatibus illis abdicare, ad alias ecclesias transferere, ut tandem beneficia illa in unum corpus redacta, canonicis regularibus satisfacerent sine ullo suo dispendio, cum eos tum pascere ob inopiam oporteret. Hanc autem ob rem Paulus multum a se alienauit ciuium animos, quod dicerent illa beneficia a maioribus suis instituta, pulsos ciuibus, inquilinis dari. Neque hoc contentus Paulus, seorsum canonicos quosdam allocutus, eos minus etiam adhibitis abdicare se illis canonicatibus impellebat. Nonnulli tamen eius minas contemnent, tempus uindicandæ libertatis expectabant, quod postea eo mortuo eluxit. At uero cum nuntiatum esset, Turcos capta iam fere tota Epiro, in Illyricum iter parare, oratores statim ad reges & principes misit, eos oratum, ut compositis rebus suis, de bello Turcis inferendo, ad propulsandam iniuriam cogitarent. Qua de re nil certe actum est, cum inter sese grauissimis bellis decertarent: hinc Germani, hinc Angli, nunc ueterem regem, interdum uero nouum expetentes. Hinc Hispani, hinc Galli principes ueriti regis potentiam, qui regio nomini oēs obtemperare uolebat, iactabatque se breui facturum, ut eos peniteret, qui secus fecissent. Præterea uero Paulum urgebat regis Boemiæ perfidia, quæ se paulatim a toto corpore Christiani nominis subtrahebat. In hunc itaque mittere Ungariæ regem cum exercitu instituerat, si ei per bellum in Turcos susceptum licuisset: sique rem inter regem & imperatorem componere potuisset. Nam mortuo Ladislao rege Ungariæ eius nepote, qui hærede carebat, imperator ipse regnum illud, quod Matthias Vaiouadæ filius occupauerat, sibi debere prædicabat. Differendam itaque rem Paulus in aliud tempus censens, ad componendas quasdam simultates ciuium Romanorum inter se dissidentium, animum adiecit. Orta namque rixa erat inter Iacobum Iohannis Alberini filium, & Felicem nepotem Antonij Capharelli: hanc ob rem accitis ad se patribus familias, eos aliquandiu renitentes, ad concordiam datis uadibus compulit. Verum non ita multo post Iacobus Alberini filius, nusquam laturus iniuriam patri illatam, Antonium Capharellum interficere conatus, confossum aliquot grauibus uulneribus, tanquam mortuum reliquit. Hanc ob rem indignatus Paulus, quod contra atque Alberinus iurauerat, filius egisset, cuersis eorum aedibus, redactisque in fiscum omnibus bonis, eos ab urbe demum exules facit. Hos tamen postea suo iussu ad urbem redeuntes in gratiam recepit, restitutis rebus omnibus, paceque inter dissidentes composita, cum tamen ambo aliquandiu in carcere steterent. Anno uero m. cccc. lxxv. Alouisius Patauinus pontificis camerarius, & tituli sancti Laurentij in Damaso presbyter cardinalis, uir quidem ditissimus, & in rebus agendis sagax, sed ultimo suæ uitæ tempore parum prudens: quippe qui ex testamento maxima ex parte hæredes reliquerat duos fratres cognomine Scarampos, alioquin bonos & liberalis ingenij, sed nequaquam tantis fortunis & prouentibus ecclesiæ partis dignos. (quid homines suspicarentur, scimus) Has autem facultates Paulus, ei licet testandi facultatem ultro permisisset, sibi uindicauit. Scarampos cepit, & tandem, honesto tamen loco retinuit, quoad quæ Florentiam delata fuerant, ad se deferrentur. Fugientes Scarampi, dum hac de re ageretur, ca-

pi in carcerem coniciuntur. Verum cum bona patriarchæ Florentia Romam delata fuissent, Scarampos cum bona parte incolumes dimittens, in reliquos patriarchæ familiares maiore benignitate usus est, quam ipse testator instituisset: Atque hoc modo bona hominis tanta diligentia parata, maiore retenta, cum magna opum iactatione, ac si annos Matusalem uicturus esset, ab eo sunt partim possessa, partim distributa, quo cum diutius simultatibus, odijs, maledicentia certauerat, cum maluisset ad Turcos ipsos quam ad Paulum bona sua recidere. Sed neque hoc contentus diuina prouidentia, uoluit eius quoque corpus iam sepultum in prædam dari. Ab ipsis enim, quibus ipse beneficia sancti Laurentij in Damaso dederat, noctu aperto sepulchro, annulo & uestibus spoliatus est. In hos autem Paulus re cognita, grauiter animaduertit. Eodem fere tempore Fredericus adolescens egregius Ferdinandi filius, Mediolanum iturus ad ducendam Francisci Sfortiæ filiam fratris uxorem in regnum, Romam ueniens, prodeunte obuiam honorato quoque, & Rodorico uicecancellario, perbenigne a Paulo suscipitur, ac rosa donatur, quam pontifices quotannis donare alicui ex principibus Christianis consueuerat. Interim uero cum Ferdinando in animo esset eos bello persequi, & potissimum in regno suo existentes, qui dum a Gallis premeretur, a se defecerat, misissetque copias quasdam ea mente, ut ducem Soranum adoriretur: Pontifex diuertere id bellum cupiens, archiepiscopum Mediolanensem eo prope misit oratum, ut copias illas quemadmodum ratione feudi tenebatur, ad se mitteret, quod diceret sibi in animo esse comitis Auersæ filios, ecclesiæ nequaquam obtemperantes, e medio tollere. Nam eo fere tempore Auersæ comes moritur, quo Paulus pontifex creatur: corpusque eius Romam delatum, in basilica sanctæ Mariæ maioris sepelitur. Rex itaque acerrimus Deiphobi hostis, quippe qui ab eo superiore bello insidijs, ueneno & armis petitus fuerat, copiarum suarum præfectis mandat, ut primo quoque tempore proficiscantur, quo pontifex ire iusserit. Antea enim Deiphobum & Franciscum ad se uocatos monuerat, ut & iter tutum a latronibus seruari, ne Romam aliunde uenientes, in ipsis prope urbis Romæ portis spoliarentur: utque Securanciam præfecti uice quondam filio, Caprarolam (quod oppidum est) redderent, cum omnia fere ipsius præfecti bona possiderent. Vtrunque uero non modo facere recusarunt, uerum etiam minas addidere, iactantes sapienter se comitis Auersæ filios esse, nec lacerantibus parcituros. Tunc uero Paulus clanculum paratis rebus omnibus ad bellum necessarijs, superuenientibus etiam regijs copijs, quintodecimo die postea inchoatum est, bello eos incautos & nil tale opinantes oppressit, redactis in potestatem ecclesiæ nouè castellis: quorum de numero aliqua ita munita natura & arte erant, ut uix opera hominum expugnari posse crederentur. Deiphobus autem ueritus ne captus ad regem mitteretur, salutem sibi fuga quaesuit. Capitur autem Franciscus frater cum filio, & quinque uenio in arce Hadriani retentus, demum creato Sixto liberatur. Hinc postea inter Paulum & regem ipsam ortæ graues inimicitia sunt, cum Ferdinandus hoc tanto merito peteret superiorum annorum tributum, quod ecclesiæ pendebat, sibi relaxari: & quod deinceps soluturus esset, diminui, cum regnum Siciliae patruus suus possideret, cuius ipse una cum regno Neapolitano uectigal penderet: Inspecienda dicens & sua merita, & considerandum, quid posset in contrarium accidere, cum diceret se continuo acies quasdam in armis habere, non magis sua quam pontificis Romani gratia, ut in bello contra Auersanos paulo ante nouerat. Commemorabat uicissim Paulus merita ecclesiæ erga Ferdinandum: atque hoc modo altercationibus in longum res ipsa semper protrahata est, cum uterque repetendi ius suum, tempus quaereret. Moliri res nouas rex interim cauebat, Iacobi Picennini, qui Sulmonem in Marsis & alia oppida tenebat, potentiam ueritus: quem postea Franciscus Sfortia socius ad regem misit, data fide se quoties libuisset, incolumem rediturum.

Verum aliter Iacobo quā putarat accidit. Captus enim Neapoli a Ferdinando cum filio, & in carcerem coniectus, non ita multo post uita priuatur, figmento adhibito quod in carcere ipso decidēs crus fregisset, dum redeuntes ab Ilichia (quā Aenariam antiqui uocabant) triremes regis de Gallis uictrices, studiosius quā cautius per fenestram inspicit. Sunt qui arbitrantur hominem adhuc uiuere. Quod ego nullo modo credo, cum nullus esset in Italia aptior, si auctoritatem hominis in militia respicis, ad evertendum Ferdinandi regis imperium. Substitit in uia hac cognita, Senis namque erat, ducis Mediolani filia Neapolim ad maritum itura, ut fidem faceret, nulla patris sui culpa Ferdinandum in Iacobi Picennini necem conspirasse. Quid autem ea de re suspicati sint homines, optime nouimus. Fuere etiam quod dicerent id prius a Paulo pontifice scitum fore, cum illis diebus archiepiscopus Mediolanensis a pontifice ad regem, & a rege ad pontificem frequenter comueuerit, cumque Paulus ipse dixerit, audita hominis captiuitate, appellationē iudicē e medio sublatum esse. Sed uerum est illud uirgilianum,

Nescia mens hominum fati fortisque futuræ.

Nullius enim magis quā Iacobi Picennini opera reprimere Ferdinandi contumaciam Paulus potuisset, si tum in uita fuisset, quando inter eos de soluēdo tributo contentio est orta, ac bellum prope certum. Nam celebratis nurus ac filij nuptijs hac una re & Iacobi morte stabilito regno, Ferdinandus cum pontifice instat, ut & tributum ei diminuatur, & quaedam oppida quæ de regno possidebat ecclesia, ei redderentur. Misit eo Paulus Bartholomæum Rourellam legatum, tituli sancti Clementis presbyterum cardinalem, qui regis mentem aliqua ex parte leniuit. Verebatur tum (credo) uterque, ne solis ac lunæ eclipses, quæ tum fuere cum maxima hominum admiratione, regnorum mutationem portenderent. Moritur tamē (ne corpora cælestia frustra pati existimes) sequenti anno Franciscus Sfortia in subria & Liguria dux. Nam Genuæ dominatum biennio ante adeptus fuerat, deditibus sese ciuibus diutino bello, partim intestino & graui, partim externo agitat. Gallorum enim dominatum quem sponte petierant reijcētes, ad sex millia Gallici nominis ante oculos Renati regis interfecere, qui cum triremibus aliquot bene armatis aderat, recuperandæ urbis causa, quæ iam a Gallis defecerat. Mortuo itaque Francisco Sfortia Mediolanensium duce, cardinales statim Paulus ad se uocat, quid esset agendum consulit. Censuere omnes mittendas esse literas & nuncios ad principes Italiae, ad populos, qui eos adhortarentur nil noui moliri, sed pacem ante initam seruare; maxime uero tam iniquo tempore, quo a Turco communi Christianorum hoste uexaremur. Præterea uero episcopum Conchensem Mediolanum mittit oratum populum illum, ut nil antiquius fide putaret, quam Galeatio Francisci filio præstiterat. Aberat tum Galeatius iussu patris in Galliam cum exercitu missus, dum rex Alouisus cum principibus regni dicto suo haud quā obtemperatibus bellum gerit. Ex fœdere enim dum Genuam in feudum accipit, pæsidia regi Franciscus subministrabat. Requirebat & hoc affinitas inter eos contracta, cum Galleam reginæ ac ducis Sabaudia sororem, in uxorē accepisset. Qui cognita patris morte, relicto bello, quod regio nomine contra Burgundia ducem inchoauerat, Lugduno abiens, ac cum paucis permutata ueste in patriam rediens, ditio ne paterna auxilio matris quæ populos in fide continuerat, sine ulla contentiōe potitur. Paulus uero compositis hoc modo Italiae rebus, cum intelligeret militia Rhodiorum militum ob inopiam ad nihilum redigi, eosque magistrum ac primates religionis ad se uocat corrigendi erroris causa, qui post frequentes conuentus apud sanctum Petrum habitos, tædio animi & senio confectus moritur, sepeliturque in basilica sancti Petri non longe a sacello sancti Andreae: in cuius locum Carolus Ursinus susceptus, Rhodum ad tuendam insulam prope mittitur. Interim uero cum Pau-

lo nunciatus esset, in Poli oppido in Aequicolis posito multos hæreticos inesse, dominum loci cum uiris octo & sceminis sex comprehensos, & ad se perductos, cognito hominum errore, ignominia notauit, & quidem grauissima, eos potissimum qui pertinaciores fuere. Nam mitius cum his est actum, qui errorem confessi, ueniam petiere. Erant enim eius sectæ, quam a peruersa mentis opinione esse dicimus, quod dicerent nullum uerum Christi uicarium esse eorum qui post Petrum fuere, nisi qui paupertatem Christi imitati sunt. Aucto deinde cardinalium numero: ad x. enim eodem tempore creauit, quorum de numero hi fuere: Franciscus Saionensis ordinis Minorum generalis, M. Barbo præsul. Vicentinus, cuius opera & consilio magnis in rebus semper est usus, Oliuerius archiepiscopus Neapolitanus, A. Episcopus Aquilanus, Theodorus Monferratus: reliqui partim Galli, partim Ungari & Angli sunt habiti. Senatu itaque in hunc modum aucto, ad componendam Italiae pacem totus conuertitur. Nam cum Florentini quidam a factione Petri Medices ciuili discordia pulsati, ut Detefaluus Neronius, & Angelus Accioiulus, ac Nicolaus Sudorinus Bartholomæum Bergomatem cõcitassent, qui magnam uim equitum ac peditum habebat, ut in Hetrutiam cum exercitu mouens, se ac extortes omnes in patriam reduceret, adiuuantibus etiam Venetis, occulte tamen, primo quidem impetu posse & uelle subuertere totam Italiam uisus est. Verum cum in Flaminia Galeatium ducem Mediolanensem obuium habuisset cum regis ac Florentini populi copijs, habenas inhibuit, & cunctando potius quàm pugnando uincere annixus est. Pugnatum est tamen semel atque acriter comitis Urbinate auspicijs in agro Bononiensi ad Ricardinam (id ei loco nomē est) dum castrametatur. Quo quidem tempore de Bergomate actum certe erat, si tum Galeatius affuisset, qui Florentiam componendæ rei bellicæ causa profectus paulo ante fuerat. Ferunt qui tantopraelio interfuere, nusquam ætate nostra maiore contentione certatum esse: nec prælium antea fuisse, in quo plures desiderati fuerint, tum autē Veneti sibi potius quàm homini cauentes, cohortibus aliquot & turmis ei in auxilium missis, pacem enixus querere, eius conficiendæ arbitrium omne in pontificem deferentes. Qui rei suæ quoque admodum timens, si uictoria ad regem & ducem recideret, ut pax conficeretur instabat, erat enim opinio quorundam hominum non uulgarium, Bartholomæum coniuente pontifice Padum traiecisse, quo mutato Florentinorum statu, inferre bellum Ferdinando regi commodius posset, cui ita infensus erat, ut accire contra eum novos quoque in Italiam hostes cogitauerit. Vocatis itaque ad se omnium principum legatis, pacem his rationibus composuit, ut utraque pars quæ bello ceperat redderet: utque Bartholomæus copias suas in Cisalpinam Galliam reduceret: seruareturque pax illa, quæ antea inter Franciscum Sfortiam & Venetos apud Laudam Pompeianam composita fuerat. In una re tantum addubitatum est, excluderetur ne a pace Italiae Sabaudia dux, uel Philippus frater, qui eo anno Venetorum stipendijs militauerat, prouinciam Galeatii bello uexauerat. Petebant Veneti, ut inter fœderatos is quoque censeretur. Negabat id fieri posse Galeatius, cum diceret eum se nunquam pro amico & socio habiturum, quem rex Francia hostem haberet. Verum tantum ualuit Paulus blanditijs & pollicitationibus, ut legatum Galeatii contra principis sui decretum in sententiam sui ipsius traxerit. Hæc obremiratus Galeatius, & Laurentium Pisauriensem legatum suum exilio multauit, & Sabaudiaes ita bello uexauit, ut eos pacem exposcere coegerit: quæ quidem ex arbitrio regis Francia postea composita est, interuenientibus & reginæ & uxoris Galeatii precibus, quæ ducis Sabaudia sorores sunt. Compositis autem hoc modo rebus, Paulus ad ocium conuersus, populo Romano ad imitationem ueterum, ludos quæ magnificentissimos & epulum lautissimum instituit, procurante eam rem Viancio Bononiensi pontificis uicecamerario, Ludi autem erant pallia octo, quæ cur-



su certantibus in carnis priuio proponebantur singulis diebus. Currebāt senes, adoleſcētes, iuuenes, ludæi, ac seorsum paſtillis primo quidem pleni, quo tardiores in cursu eſſent. Currebant & equi, equæ, aſini, bubali tanta cum omnium uoluptate, ut omnes præ riſu pedibus stare uix poſſent. Cursus autem & ſtadium erat ab arcu Domitiani uſq; ad ædes ſancti Marci, unde pontifex ipſe ſolidam uoluptatem præcipiebat. Ac etiam in pueros cœno oblitos poſt curſum munificentia uſus, ut ſingulis carlenu (nummi argentei id genus eſt) condonaret. Sed ecce in tam publica omnium lætitia ſubitus terror Paulum occupat. Nunciatur ei, quosdam adoleſcentes duce Calimacho in eum conſpiſſe, cui præ timore uix reſpiranti, neſcio quo fato nouus etiam terror additur. Aduolat enim quidam cognomento Philoſophus, homo facinoroſus & exul, qui uitam primo & reditum in patriam deprecatus, nunciat, ac falſo quidem, Lucam Totium Romanum ciuem Neapoli exulantem, cum multis exulibus in nemoribus Veliterniſis a ſe uiſum, ac paulo poſt aſſurum. Timere Paulus ac magis trepidare tum cœpit, ueritus ne domi & foris opprimeretur. Capiuntur permulti in urbe, tum ex aulicis, tum ex Romanis. Augebat hominis timorem Vianeſius. Augebant & alij eius familiares, qui ex tanta perturbatione aditum ad maiorem dignitatem & huberiuorem fortunam ſibi quærebant. Irrumpebant cuiuſuis domum ſine diſcrimine. Trahebant in carcerem quos ſuſpectos coniurationis habuiſſent. Et ne ego tantæ calamitatis expers eſſem, domum ubi habitabam, multis ſatellitibus noctu circundant; fractis foribus ac fenestris, uel irrumpunt: Demetrium Lucenſem familiarem meum comprehendunt: a quo ubi ſciuerunt me apud cardinalem Mātuanum cœnare, ſtatim accurrunt, & me in cubiculo hominis captum, ad Paulum conſeſſim trahunt. Qui ubi me uidit, ita inquit, duce Calimacho in nos cœiurabas? Tum ego fretus innocentia mea, ita conſtanti animo reſpondi, ut nullum conſcientiæ ſignum in me deprehendi poſſet. Inſtabat ille diſcinctus & pallidus; & niſi uerum faterer, nunc tormenta mihi, nunc mortem proponebat. Tum ego cum uiderem omnia armis & tumultu circumſonare, ueritus ne quid grauius ob formidinem & iram in nos cœſuleretur, rationes attuli, quam ob rem crederem Calimachum niſi aliquid tale unquam moliturum, nedum meditatū fuiſſe, q̄ conſilio, lingua, manu, ſollicitudine, opibus, copijs, clientelis, armis, pecunijs, oculis poſtremo careret. Cæculus enim erat, & P. Lentulo ſomniculoſior, ac L. Craſſo ob adipem tardior. Omitto q̄ nec cuius quidem Romanus erat, qui patriam liberaret: nec præſul, qui pōtifficatum ſibi Paulo in terempto deſumeret. Quid poterat Calimachus? Quid auderet? Erat ne lingua & manu promptus? Habebat ne ad tantam rem conſiciendam certos homines delectos & deſcriptos, quorum opera uteretur? niſi forte uellent Glaucum & Petreium ſuæ ſuæ comites, alteros Gabinios ac Statilios eſſe. Tum Paulus ad Vianeſium conuerſus, hic, inquit, (me toruis oculis aſpiciēs) tormento cogendus eſt uerum fateſi: nam coniurandi artem optime nouit. Vtinam conſideratiſſime mecum egiſſet Paulus: non em̄ me ſtatim tormento ſubiiciſſet. Nam cum uerum coniectura quæriſſet, nec de facto conſtat, in coniuratione potiſſimum, & quæ ante ſuſceptū negocium, & poſt ſint geſta, quæritur. Conſideratur uita coniurantis, cōſiderantur mores, ambitio, cupiditas tum facultatum, tum honoꝝ: & ſi quid antea dictum, ſcriptum, aut factum ſit, quod eo tendat. Horum niſi conſiderauit Paulus, in carcerem nos coniecit. Verum cum admoneretur ab his qui bene ſentiebāt, quibusq; exploratū erat Lucam Totium nuſq; pedem Neapoli mouiſſe, ne tantum tumultum cum ſuo diſcrimine concitaret, reuocat edictum tertio die quo præmia illis proponebat, qui Lucam reum maiestatis, uel uiuum uel mortuum in poteſtatem ſuam redegiſſent: non tamen Quadratios fratres, quos ob eam ſuſpicionem ceperat & torſerat,

dimiſſit. Subeſſe aliquam latentem cauſam uideri uolebat, ne leuitatis argueretur. Liberatus hoc metu Paulus, ad nos ſtatim animū adijcit. Mittit in arcem Hadriani Vianeſium cum Iohanne Franciſco, Clugiēſi Sanga & ſatellite, qui nos quouis genere tormentorum adigat, ea etiam fateri quæ nuſq; ſciebamus. Torquetur prima & ſequenti die multi: quorum pars magna præ dolore in ipſis cruciatibus cœcidit. Bonum Phalaridis, ſepulchrum Hadriani tum putaffes: adeo reſonabat fornix ille concauus uocibus miſeroꝝ adoleſcentum. Torquebatur Lucidus homo omnium innocentiſſimus. Torquebat Marſus Demetrius, Auguſtinus Campanus optimus adoleſcens, & unicum ſeculi noſtri decus, ſi ingenium & literaturam inſpiciſ: quibus cruciatibus & dolore animi mortuum poſtea crediderim. Feſſi tortores, nō tñ ſatiati. Nam ad uiginti fere eo biduo quaſtioni ſublectant: me quoq; ad pœnam uocant. Accingunt ſe operi carniſices, parantur tormenta: ſpolior, laceror, trudor tanq̄ craſſator & Iatro. Sedet Vianeſius tanq̄ alter Minos ſtratis tapetibus, ac ſi in nuptijs eſſet, uel potius in cœna Atræi & Tantalij, Homo, inquam, ſacris initiatus, & quem ſacri canones uentat de laicis quaſtione habere: ne ſi mors ſubſequatur, quod in tormētis interdum accidere ſolet, irregularis (ut eorum uerbo utar) & impius habeatur. Neq; hoc quidem contentus, dum penderem miſer in ipſis cruciatibus, monilia Sanga Clugiēſis attrectans, hominem rogabat, a qua puella donum amoris habuiſſet. De amoribus locutus, ad me conuerſus inſtabat, ut ſeriem coniurationis, uel fabulæ potiſſime a Calimacho conſictæ explicarem, diceremq; quid cauſa eſſet, cur Pōponius qui tum Venetijs erat, ad me ſcribens, patre ſanctiſſimum in ſuis literis appellaret; te, inquit, pontificē creauerāt cœiurati oēs. Flagitat item, dederim ne literas Pomponio ad imperatorem, aut ad aliquem Chriſtianum principem ſuſcitandi ſchiſmatis, aut concilij cauſa. Reſpondeo me nunq̄ conſiliorum Calimachi participē fuiſſe, q̄pe cum inter nos ſimultas eſſet haud parua. Neſcire item cur Pomponius me patrem ſanctiſſimū appellaret, ſcituſ: ab eo nam paulo poſt uinctum aſſurum dicebat. De pontificatu uero nō eſſe cur ſoliciti eſſent, quod uita priuata ſemper contentus fuiſſem. Ad imperatorem uero me nunq̄ literas miſiſſe, nec Pomponij opera ea in re uſum eſſe, id etiam ab eo ſciturum. Tandem uero delinquit aliquantulum tot meis cruciatibus, non tñ ſatiatus, deponi me iubet, uel ſperi maiores ſubiturum. Deſeror in cubiculum ſemimortuus, nec ita multo poſt reuocor a quaſtoribus bene potis & pransiſ, aderat & Laurentius archiepiſcopus Spalatrenſis. Petunt quid mihi colloquij fuerit cum Sigifmundo Malateſta, q̄ tum in urbe erat. De literis, inquam, de armis, de præſtantibus ingenijs tum ueterum, tum noſtrorum hominum loquebamur, deq; his rebus, quæ in hominum colloquia cadere poſſunt. Minari tum Vianeſius, ac maiores cruciatuſ proponere, niſi uerum faterer. Rediturum ſe die ſequenti, meditarer interim ubi eſſem, & quibus cum mihi eſſet agendum. Reducor iterum ad cubile, ubi tantus me repente dolor inuaſit, ut uitam cum morte cuperem commutare, recrudescentibus doloribus ob refrigerata membra, quaſſa uehementer ac læſa. Recreabat me tñ non parum Angeli Buſali Romani equitis humanitas, quem anno ante Paulus in carcerem coniecerat, ob interfectum a Marcello filio Franciſcum Cappocium. Id enim factum Angeli ſuſu Paulus dicebat. Angelus itaq; ac Franciſcus nepos, quibus cum in eodem cubiculo diuertebā, quo minus doloribus & inedia morerer, ſuis manibus & medelas & cibum mihi aſſerebant. Poſt biduum uero Chriſtophorus Veronenſis Pauli medicus ad me ueniens, bono, inquit, animo te eſſe iubet Paulus, ac de ſe bene ſperare, breuiq; liberum futurum. Sciſcitor quando id fore ſperaret; Reſpondet homo liber audientibus oibus qui tum aderant, non ita cito fieri poſſe, ne leuitatis & ſauitiae argueret pōtiffex, q̄ illos quos tāto tumultu cœiurato cepiſſet ac torſiſſet, ſtatim ueluti innoxios dimitteret. Neq; hoc quidem contentus Paulus, quos paulo ante

coniurationis & maiestatis accerserat, eosdem mutata sententia ob diuulgatâ fabulam hæreseos accusat. Trahitur ad urbem Pomponius Venetijs captus, per totam Italiam tanquam alter Iugurtha ducitur in iudicium Pomponius, uir simplicis ingenij, neq; coniurationis, neq; alicuius sceleris conscius. Rogatus cur nomina adolescentibus immutaret, ut homo liber erat, Quid ad uos, inquit, & Paulum, si mihi Fœniculi nomen in do, modo id sine dolo & fraude fiat? Amore nanq; uetustatis antiquorum præclara nomina repetebat, quasi quædâ calcaria, quæ nostram iuuentutem æmulatione ad uirtutem incitarent. Trahitur & Lucillus ad urbem tanquam reus maiestatis, qui in Sabinis tetricam illam uitam ducebat, q; ad Campanum scribens, quæ literæ postea deprehensæ sunt, Heliogabali cuiusdam amores reprehendebat, ita occulte tamen, ut nisi a conscio dignosci res ipsa non posset. Vianesius autem diligens pastor ad nos cum tormentis sapius rediēs, torto etiam Petreio Calimachi comite in fuga comprehenso, ac nihil cōfesso, q; diceret ebriosam illam Calimachi colloquutionem nullius momenti existimãdam fuisse, omnia oculis collustrans, ne refractis parietibus tanquam Dædali ex alta arce uolarem, carcerem subterraneum meditatur, ac fabris statim locat, eoq; cōiicit Franciscum Anguillaram Gattalusium, Franciscum Aluianum, Iacobum Ptolemæi quadriennio ante molestia carceris maceratos. De libertate nostra interim nullum uerbum fiebat. Erat tum imperator in urbe: uoti enim gratia uenerat cum magno comitatu, quem Paulus magna cum impensa honorificentissime suscepit, expensis decem & octo millibus nummum aureorum. Ambos ex mole Hadriani sub eodem pallio a laterano redeuntes, comitante honorato quoq; inspexi. Substitit Paulus in ponte, donec imperator equites aliquot crearet. Abeunte deinde imperatore, cū iam metu omni liberatus esset; nam & equitum & peditum suorum magnam partem in urbem uocauerat, ueritus ne quid tumultus a populo Romano excitaretur, præsentem imperatore, decimo mense post captiuitatem nostram in arcem ueniens, ne tantum tumultus frustra concitasse uideret, multa nobis obiecit, sed illud potissimum, quod de immortalitate animorum disputarem, teneremusq; opinionem Platonis, quam diuus Augustinus Christianæ religioni simillimam esse censet; Merito, inquit Aurelius, Cicero deum inter philosophos Platonem uocat, qui certe cunctos ingenio & sapientia superauit; hunc mihi delegi quo cum disputarem, qui & de ultimo hominis fine, & de diuina natura melius quam ceteri philosophatur. In dubium, inquit Paulus, disputando deum uocabatis. Quod quidem omnibus philosophis & theologis nostrorum temporum obieci potest, qui & animos & deum & omnes intelligentias separatas, disputandi ac ueri inueniendi causa in dubiis plerunque uocant. Præterea uero hæretici sunt, ut ait Augustinus, qui quod prauè sapiunt; pertinaciter defendunt. Sanam disciplinam nunquam aspernati sumus, quod facere consueuerunt (ut ait Leo) erroris magistri, qui seorsum ab ecclesia sentientes, hæretici merito, Hieronymo teste, sunt appellati. Rationem uitæ meæ posteaquam sapere per ætatem cepi, usq; ad hæc tempora reddere uobis possum. Nullum mihi facinus impingi potest, non furtum, non latrocinium, non sacrilegium, non depeculatus, non parricidium, non rapina, non simonia. Vixi ut Christianum decebat, confessionem & communionem in anno, semel præsertim, intermisi nunq;. Nil ex ore meo excidit, quod contra symbolum esset, aut hæresim saperet. Non sum imitatus simoniacos, carpocratianos, ophytas, Seuerianos, alogios, paulinos, manichæos, macedonios, aliamque hæreticorum sectam. Præterea uero Paulus crimini nobis dabat, quod nimium gentilitatis amatores essemus, cum nemo eo huius rei studiosior esset, quippe qui & statuas ueterum undiq; ex tota urbe conquisitas, in suas illas ædes quas sub capitolio extruebat, cōgereret, aucto etiã ex sancta Hagnete beatæ Cōstatiæ sepulchro, frustra reclamantibus monachis loci, qui post

ea mortuo Paulo, sepulchrum illud porphyreticum à Sixto pontifice repetiere. Præterea ea uero numismata prope infinita, ex auro, argento æreue sua imagine signata, sine ullo senatusconsulto in fundamentis ædificiorum suorum more ueterum collocabant ueteres potius hac in re, q; Petrum, Anacletum & Linum imitatus. Cum uero nostra de re inter palatinos episcopos & duos fratres esset aliquando disceptatum, quorum alter erat ordinis Francisci, alter Dominici, uenerunt fere omnes in hæc sententiam, nihil esse in nobis quod hæresim saperet. Verum cum Paulus in arcem uenisset, excludereturq; de industria Franciscus patronus noster ueritatis assertor, quo liberius Leonardo loqui liceret, eadem dicit quæ pridie. Rogati sententiam qui tum aderant, & ad nutum pontificis aliqua ex parte loquebantur, nostram tamen causam leuiorem faciebant, ac pontificem mitiorem reddere conabantur. Solus autem inter omnes Leilius de Valla, Romanus ciuis & aduocatus consistorialis, nostram causam libere tutatus est. Confutat omnia quæ à Leonardo dicta erant, quæq; partim affirmauerat alter aduocatus Andreas sanctæ crucis. Fit autem inter dicendum de academia mentio. Inclamat tum M. Barbus sancti Marci cardinalis, nos non academicos esse, sed fœdatores academiarum. Quid turpitudinis autem à nobis in academiam prodierit, certe non uideo, cum nec fures, nec latrones, nec incendiarij, nec decoctores essemus. Veteres academicos sequebamur, nouos contemnes, qui in rebus ipsis nil certi ponebant. Paulus tamen hæreticos eos pronunciauit, qui nomen academiarum uel serio, uel ioco deinceps commemorarent. Iusta est hæc ignominia Platonis, ipse se tueatur. Volebat Paulus rebus in omnibus uideri acutus & doctus; uolebat item uideri facetus, deridebat fere omnes, contemnebatq;. Interrogat tum Pomponium, hominem irridens, quid ei à teneris annis nomen imposuerant parentes. Respondet Pomponius se binomium fuisse. Confusus nouitate rei Paulus, substitit amplius de nomine quærere. Ad me autem conuersus, in omnem contumeliam prorupit, omitto quod mihi coniurationem, hæresim, maiestatis crimen obieceret, quæ omnia iam purgata erant; obieciebat etiam ingratitude, q; in me licet ingratum, officiosus fuisset. si spoliare homines emptione sua incognita causa, si carcere, si tormentis, si ignominia, si calumnia afficere beneficium est, certe erga me beneficus & liberalis dici potest Paulus, & ego ingratus, qui tantorum maleficiorum immemor ab urbe non discesserim, suis mædatis obtemperans, suis pollicitationibus toties frustratus. Abijt inde minabundus, & ob iram quam tum conceperat, nos usq; ad integrum annum retinuit, ita eum credo iurasse, quando nos cepit & in carcerem coniecit; noluit periurus uideri. Dimissos tandem in ædibus suis uiginti diebus ita nos retinet, ut efferre pedem domo non liceret. Vagari deinde per Vaticanum finit. Fatigatus postremo cardinalium precibus, liberos tandem nos facit. Vocor non ita multo post literis à Lodouico Gonzaga principe Mantuano ad balnea Petriolana ualitudinis causa, quam in carcere dextro humero debilitatus contraxeram. Eo ut proficiscerer primo uenit Paulus, quod diceret se breui rei meæ bene consulturum. Eo tamen ac redeo, spondente reditum meum Bessarione cardinali Niceno, uiro præstantis ingenij & singularis literaturæ. Fidem meam commendat Paulus, ac crebro iactat optimam eius erga me uoluntatem. Post discessum Borij Estensis, quem ad urbem cum magno equitatu uenientem magnificentissime & laute susceperat, ducemq; Ferrariæ creauerat, me breui uisurum quo in me animo esset. Idq; etiam oratoribus tum Venetorum, tum ducis Mediolanensis, qui me ei commendauerant, sæpe pollicitus fuerat. Biennio hac spe ductus uel frustratus potius, ire Bononiam institueram cum cardinali Mantuano, eiusdem ciuitatis legato. Quo minus id facerem, uerat Paulus; dicitq; (ita erat urbanus & facetus) me satis sapere, & facultatibus potius quam literatura indigere. Sed ecce dum expecto, ut mei tandem tot calamitatibus, tot malis circumuenti miseretur, pontifex ipse apoplexia moritur secunda hora noctis, solus in cubiculo nemine uidente, cum eo die lætus etiam consistorium habuisset, pontificatus sui anno sexto, mense decimo, quinto calendæ Augusti, M. CCCC. LX XI. Fuit autem in homine quantum ad corpus pertinet, maiestas pontificis digna. Erat enim magni ac uasti corporis, adeo ut dum ad rem diuinam

proficisceretur, solus emeretur. Circa cultum corporis etsi morosus non erat, nequaquam tamen negligens habebatur. Fuere etiam qui dicerent, eum dum in publicum prodiret, faciem sibi fucis concinnare. De apparatu pontificio non est cur ambigas, maiores ab hoc uno superatos, regno præsertim, siue mitram uelis appellare, in quam multas opes contulit, coemptis undiq; ac magnis precijs adamantibus, sapphiris, smaragdibus, chrysolithis, iaspidibus, unionibus, & quicquid gemmarum in precio est, quibus ornatus tanquam alter Aron, in publicum forma humana augustiore prodibat. In spici tum ab omnibus uolebat & admirari. Hanc ob rem nonnunquam peregrinos in urbe retinuit, intermissa ostendendi sudarij consuetudine, quo à pluribus eodē tēpore cerneretur. Præterea uero ne solus differre à cæteris uideretur, publico decreto mandauit proposita pœna, ne quispiam bireta coccinea (ita appellant capitis tegmen) præter cardinales ferret; quibus etiam primo pontificatus sui anno pannum eiusdem coloris dono dedit, quo equos uel mulas sternerent dum equitant. Voluit præterea in decretum referre, ut galeri cardinalium ex serico coccineo fierent: sed id quo minus decerneretur, uetere illi, qui bene sentientes, diminuendam esse ecclesiæ pompam, non augendam cum detrimento Christianæ religionis, prædicabant. Ante pontificatū uero prædicare solebat, si fors unquā ei contigisset, singulis cardinalibus singula castella se donaturum, quo uitandi æstus urbani causa secedere percommode possent. Sed pontificatum adeptus, nil minus cogitauit. pontificatus tamen maiestatem tum autoritate tum armis augere conatus est: Nam Tricaricensem episcopum in Gallias misit, qui cognita Leodiensium & ducis Burgundiæ contentione, eos ad concordiam reuocaret, sublato interdico quo Leodienses notati erant, ob pulsum iniuria episcopum suum. Verum dum Tricaricensis hæc quam accurate agit, ut id ad solium pontificem pertinere ostenderet, à Leodiensibus cum eorum episcopo capitur. Hanc ob rem dux Burgundiæ in ita pace cum Lodouico Franciæ rege (tum enim belolum inter se gerebant) adiuuante ipso rege, Leodienses grauissimis cædibus persecutus, eorum urbem tandem euertit, & captos episcopos liberauit. Præterea uero Paulus cognita regis Boemiæ perfidia, in hominem Laurentio Rouerella episcopo Ferrariensi legato, ita Vngaros & Germanos concitauit, ut breui & irremediabilem Georghi funditus sustulerit, & nomen hæreticorum fuerit deleturus, ni Poloni id regnum ad se pertinere dicentes, Matthiam Vngariæ regem tenuissent bello laceffitum, quo minus regno Boemiæ potiretur. Duo tamen bella & quidem parua in Italia suscepit, quæ nulla re prius repetita bello, sed insidijs primo inchoata, postea deseruit. Cum igitur Tolphæ ueteris dominos insidijs primo, mox armis: cum id non cessisset, duce Vianefio aggressus esset, obsideretq; locum & oppugnaret, superuenientibus regijs copijs, quæ à bello quod in Flaminia contra Bartholomæum Bergomatem gestum esse diximus, quo in exercitu Vrsini militabant, repente effusa fuga obsidionem deserit, cum amplius sexaginta millibus passuum hostes abessent. Atque ita Tolpham post longam contentionem, qua etiam Vrsinos sibi inimicos ac prope hostes fecerat, decem & septem millibus nummum auri emit, familiæ Vrsinæ potentiam ueritus, quæ domini loci affinitate coniuncta erat. Iisdem quoque artibus Robertum Malatestam Sigismundi mortui filium aggressus, cum etiam dolo suburbium Ariminense cepisset, urbemq; aliquandiu oppugnasset, Laurentio Spalatrensi archiepiscopo tantum negotium procurante, superueniente postea Frederico comite Vrbinati cum regio ac Florentini populi exercitu, & obsidionem relinquere coactus est, & fuso turpiter ac fugato eius exercitu, pacem turpi etiam conditione initam non reuinit. Affirmat Laurentius, potiundi Arimini opportunitatem amissam esse, dum auare nimium stipendiis militibus perfoluit: dumq; ignoratione rerū & tarditate ingenij, rem ipsam quæ momento temporis colligitur, in bello potissimum, in longum ducit. Natura enim in rebus agendis ita præposterus Paulus erat, ut nisi fatigatus, rem quantumuis clarā & apertam inchoaret, aut inchoatam perficeret. Quanquam ipse iactare solebat, id sibi in multis usui fuisse, cum in pluribus (si uerum fateri uolumus) sibi ac Romanæ ecclesiæ id admodum nocuisset. In colligendis autem pecunijs ita diligens fuit, ut se

re semper beneficia & episcopatus his committeret, qui officium aliquod uenale haberent, unde elici munus posset. Omnia enim officia suo tempore uenalia erāt. quam ob rem factum est, ut qui episcopatum aut beneficium uellet, officium aliquod emereret, quo lenocinio quod uellet consequeretur, superatis competitoribus omnibus, doctrina & probitate uitæ quouis magistratu & honore dignis. Præterea uero cum episcopatus uacaret, quo plures annatæ eodem tempore soluerentur, digniores (ut ipse prædicabat) ad superiores episcopatus mouens, magnam pecuniarum uim undique colligebat. Redimendarum quoque pensionum usum non improbauit. His autem pecunijs interdum etiam ad liberalitatem utebatur. Nam & cardinales pauperes maxime & episcopos, & principes ac nobiles domo extorres, uirgines, uiduas, ægrotos frequenter iuuabat. Curauit item ut Romæ annona cæteraq; ad uictum pertinentia, uilius quam antea uenderentur. Aedificauit etiam splendide ac magnifice, tum apud sanctum Marcum, tum uero in Vaticano. Quod ad munificentiā pertinet, uenationem quoq; miro apparatu edidit duci Ferrariensi in campo Merulæ. Huic autem præfuit eius ex sorore nepos, sanctæ Luciæ cardinalis, quem unā cum Baptista Zeno altero nepote, cardinales ante creauerat. Adire hominem die dormientem, ac noctu uigilantem, attractantemq; gemmas & margaritas difficile erat, nec nisi post multas uigiliast q; si tibi patuissent fores, audire hominem, non audiri ab homine necesse erat: adeo copiosus in dicēdo habebatur. Morosus erat & difficilis, tum domesticis, tum externis & sæpe quod promiserat, mutata sententia inuertebat. Volebat uideri astutus rebus in omnibus: hanc ob rem perplexæ nimium interdum loquebatur. Quare amicitias principum ac populorum non diu seruauit, quod uariarum partium haberetur. Varia ciborum genera sibi apponi uolebat & peiora quæq; semper degustabat. Clamabat interdum, nisi quæ expetebat, ex sententia ei apposita fuissent. Bibacissimus quidem erat, sed uina admodum parua & diluta bibebat. Peponum esu, cancrorum, pastillorum, piscium, succidij, admodum delectabatur. Quibus ex rebus ortam crediderim apoplexiam illam, qua e uita sublatus est. Nam duos pepones & quidem prægrandes, comederat eo die, quo sequenti nocte mortuus est. Iustus tamen est habitus & clemens. Plerosque autem latrones pœna carceris ad sanitatem redigere conatus est, fures, parricidas, perfidos, periuros. Humanitatis autem studia ita oderat & contemnebat, ut eius studiosos, uno nomine hæreticos appellaret. Hanc ob rem Romanos adhortabatur, ne filios diutius in studijs literarum uersari paterentur: satis esse, si legere & scribere didicissent. Durus interdum & inexorabilis, si quid ab eo peteres, habebatur: neque hoc contentus, conuicia & probra in te conijciebat: plura tamen præstabat quam uultu facturum præ se ferret. Vno tamen postremo laudari potest, quod domi monstra non aluerit, quodq; domesticos suos & familiares in officio cōtinuerit, ne ob factum & insolentiam populo Romano & aulicis stomachum facerent.

HVCVSQVE PLATINA.  
SIXTVS III.

Sixtus quartus, Franciscus à Ruere antea dictus, genere Ligur, urbe Sauona oriunda, aculeo occubuisse Paulus pontifex, cardinalium consensu eidem surrogatur: Vir certe non minus arte quam ingenio clarus fuit: politioribus literis à teneris annis apprime imbutus, labore incredibili ad diuinarum humanarumq; artium apicem conscendit, ut omnes Italos literis laceffere & uincere facile potuerit: quod facile produnt ex eius chartaceo scrinio nonnulla eius opera, non minus concinne quam eleganter scripta: quæ iam in lucem prodierunt, scilicet De potētia dei, De sanguine Christi, De conceptione beatæ Mariæ, & aliorum innumera prope supellex, quæ fortasse puluerulento situ squalida iacent. Et ut ante pontificatum adeptum clemens, pius, & in omnes mansuetus extitit, ita magistratu pontificio insignitus, omni uirtute cœpit cæteros præcellere: ad uitia testudineus, ad uirtutes & bonarum artium studia equis uelut ocyus anhælabat. In pauperes pius, in religiosos munificus, & ad ius cuiq; reddendum uigilantissimus erat. Principes clade militari patria extorres, & proprio regno pulsos, præfere

ccxx. pō  
tifex.



tim Palæologorum filios, Boffinæ reginam, aliosq; complures à Turco infectatos, summa opera iuuare curauit. Urbem Romam cœnosam & stratipene expertem, cariola ueritate defolatam, necnon debilioribus fulcris nutantem, omni ope instaurare fategit: necnon omnia eius compita cultissime strauit. Pontem super Tiberim (quem ab ipso Sixti pontem uocant) miro artificio maxima impensa extruxit, alijsq; beneficijs Romam sibi adeo astrinxit, ut nō iniuria ipsius alter Romulus uocādu sit. Apud sanctum Petrum templum cultissimum extrui iussit, in eo sacerdotes instituēs, quos annuis prouentibus liberaliter dotauit. Hospitale sancti spiritus in Vaticano uetustate collabens, magnifice ad pauperum profugium instaurauit, ibiq; suæ uitæ seriem manu Apellea cæleri uoluit. Et quum summa religione uirginem Mariam acri ueridine de suo more excoleret, eius templum, quod sanctam Mariam dicunt, excidio & carie ferme obrutum, magnis sumptibus denuo extrui fecit, quod munificentissime annuo munere donauit. Hic à quarto sui pontificatus anno iubileum per totum Christianitatis orbem honorifice celebrauit, ut quā diu uitia delituerant recondita, statim corde contrito confessa, Christi fidelibus abluerentur. Beatum Bonauenturam theologum, sanctorum albo inscribi & haberi uoluit. Hoc tamen eidant uitio, quod suos supra modum amauerit, humana diuinaq; præter iustitiam eis tribuens. Multorum iudicio, iniuste tumultu bellico totam Italiam uexauit. Laurentium enim Medicem, qui tunc Florentinis præerat, maledica censura in primis proscribens, Florentinis bellum indixit, quod Raphaelem cardinalem ex forore Violētina nepotē, necnon Franciscum Saluiatum Pisanum archipræsulem, cum plerisq; eos comitantibus suspensio affigunt, quoniā Iulianū Medicem Laurentij fratrem egregiū adulescētum, in tēplo sanctæ Liberatæ, à suis sicarijs obruticari fecerāt. Hac enim tempestate insigni iniuria, ut credebat Sixtus, prouocatus, suasu Hieronymi comitis atq; Ferdinandi Apulię regis, in Hetruriam castrametatus, Florentinos magnis damnis oppressit, donec re diligentiori examinatione cognita, Franciscum Saluiatum reum esse cognouerit pontifex, qui Laurentium Medicem à cœsura ecclesiastica absoluit. Nec Italicæ calamitati defuit senatus Venetus, qui Herculem Estensem Ferrarię ducem obsessum circunvallans, in Ferrarię agros sæuissime debacchatus est. Hinc Sixtus Ferdinādo bellū indixit, quod nollet Herculi Estensi cōtra Venetos, eum longa obsidione pretere, auxiliari. Sed cū Ferdinādo rebus cōpositis, Venetos, armis Apulię fretus, pro uirili fatigat, & quosq; Italię potentatus in eos cōcitare eos interdixit, excōicauit, & omnibus dignitatibus orbati uoluit: nec ipso superstitē, absolutionis munus eis impēsū est. Tandē febrili calore correptus, naturæ debitū exoluit. Et sic inter Italię principatus cōpositis rebus, tam immanis sedatur tumultus. Hic toto sui pōtificatus tempore XX. cardinales ordinauit, inter q̄s Iulianus S. Petri ad Vincula, ex fratre nepos, p̄cipuus fuit, qui Sixti funus celebri pōpa, magnifico sumptu, in tēplo S. Petri ad Vaticanum sepeliri fecit. Multas festiuitates ueteribus iunxit, & Conceptionis, & Præsentationis B. Mariæ, S. Annæ eius matris, sanctissimi Ioseph, seraphici Francisci festa in Christi ecclesia celebrari iussit. Obijt igitur turbulentissima bellorum fluctuatione inquietatus, anno Christi M. CCCC. LXXXIII. mense Augusti. pontificatus uero sui anno XIII.

## INNOCENTIUS VIII.

<sup>ccxxi. pō</sup>  
<sup>tifex.</sup> Innocentius octauus, Iohannes Baptista antea dictus, patria Genuensis, ex medio cri gñe, honorato tamen, patre Aaron uiro sane probo ortus: primo sanctæ Cæcilie presbyter cardinalis creatus, & cum uirtutis atque disciplinarum omnium specimen foret, cardinalium auspicijs, Sixto e medio sublato, summus pontifex creatur, Anno CHRISTI millesimo quadringentesimo octogesimo quarto, Idibus Augusti. Hic autem affabilis, mansuetus eloquio, facūdu & comis: quem maturus incessus, morum non morosa grauitas, necnon genuina indoles exornabant. Perspicacis ingenij fuit, ut altiora rimanti faciliter innotescerent. Nec defuit ipsi uerborum lepos non inuicundus, multis salibus cultus cum tēpestiuum erat. Pacē principibus christianis commendās, eos abiectis mutuis odijs scēdus pcutere hortabat, ne Turcæ infidias molitū uiribus Christianitas detrimentū subiret. Nō iniuria igitur Innocētius dictus est, cū

uitæ innocētia, māsuetā indole clarus, nō iracūdu, inexorabilis aut morosus, in ceteros uelut fidus emicuerit. Et cū cōsideratius cōsilio maturo adueneret, quod pro ecclesiæ dignitate & subditoꝝ tutela, ea armis quærēda essent, q̄raptu aut temerarijs alioꝝ pontificū donis ablata fuerant, dicebat arma sumēda nō prop̄ uictoriā aut gloriam, sed ut pax inde sequatur. Singulos principū Christianoꝝ oratores, cum in sui pōtificatus principio eum de more salutatu uenirent, ad pacē admonēbat suadēs, armis templa prophānari, funditus demoliri, deicultū intermitteri, puellas incestari, fruges & bonoꝝ quodcūq; genus populari: q̄d testatur Lucanus, dicēs: Nulla fides pietasq; uiris qui castra sequūtur. Ur̄sini tamen & Colūnenses Romani proceres, eius pios hortatus asp̄nati, intestinis bellis urbē infectantes, se inuicē lacerabant, & incredibili dāno, inuito pontifice, urbē affecerunt. Hac etiā tēpestate cōtra Ferdinandū Apulię regē, tributa annua q̄bus astrictus erat, ecclesiæ p̄dere negantē, bello tumultuātū est, hoc ægre ferente optimo pōtifice. Copias suās ducē Robertū Sarsuerinatē, uirū militari disciplinā clare, habuit Innocētius, q̄ in Apulia castrametatus, lōge lateq; eā depopulatus est: atq; Ferdinandū apto Marte & collatis signis expugnādo, ecclesię morigē: deuinxit. Pace itaq; cum Ferdinando hac lege inita, iuramēto pollicitus est, pōtificiæ dignitati in postē non aduerrari: & annuū prouentū, quo ecclesiæ Neapolitani regni causa tenebatur, eidē persoluere. His rebus exsentētia cōpositis, in Ur̄sinos & Columnenses summa diligētia pacē cōposuit: urbe ab intestinis bellis libera, in Buccalinū Ofimi tyrannū, Christianos multa clade pessundantē, qui paulo ante ab ecclesia defecerat, copias mouit: quem post lōgam utriusq; stragē expugnauit, & captiuū ad Lodouicū Sfortiam Insubriæ ducē trāmisit. Quibus rebus strenue gestis, nō modicā suæ uirtutis laudem optimus pōtifex retulit. Ipse tū quia ualētudinarius erat, tū p̄pter crebros belloꝝ & pestis insultus, q̄bus tota Italia laborabat, cōplura quæ sanctius cōsultiusq; animo cōceperat, inexplēta reliquit. Cōsanguineis paruū amoris indicij monstrans, opibus extollere non curauit, dempto quod filiū Franciscū noie, & Theodorinā filiā nothos, ex scelesto cōcubitu sotos, p̄ter rationē multo munere cumulatiſsimos reddidit. Franciscum enī formosæ puellæ Laurentij Medices filiæ cōnubio iunxit: atq; eum cū lethali morbo decubaret, magnis thesauris ex cōsensu cardinaliū donauit. Theodorinam uero strenuo ac illustri uiro cū dote maxima despōsauit. Heliopoldū Auftriæ ducem assiduis pdigijs enitentē, sanctorū catalogo aggregauit. Venetos censura maledica à Sixto fulminatos, absolutiōis munere donauit. Quā plurima Italiæ templa crebris donis cumulatiſsima reddidit. Cœnobio fratrum eremitarum Bergomēsium ecclesiam argenteam miro artificio cælatam & subtiliter sculptam, dono dedit. Fuit itaque hic pontifex morum probitate, uitæ sanctimonia, atque omni disciplinarum genere ornatus, qui proceribus plebeisq; dilectissimus, cum omnium non paruo mœrore uitam exhalauit anno sui pontificatus octauo, die uigesimasexta Iulij, anno Christi millesimo quadringentesimo nonagesimosecundo, cuius gratia hoc excudi distichon:

*Hunc deus absoluat offensis, abluat ipsum*

*Culpis, sit superis post pia fata plagis.*

## ALEXANDER VI.

<sup>ccxxii.</sup>  
<sup>pontifex.</sup> Alexander huius nominis sextus, patria Hispanus, Theodoricus antea appellatus, ex Borgia gente nobilissima originem duxit. Hunc Calixtus quondam paup̄a eius patruus, à primæua ætate (quæ facile mores, quibus imbuitur, diutius seruat) mansuete inter doctos, qui iuueniles animos regendi artem apprime callebant, educari uoluit, primitus cultiori literatura adeo eruditus, ut suorum conclassicorum facile nauarchus esset. Nec philosophiæ ac diuinarum literarum expertus abiuit. Nam in eis adeo profecit, ut quosq; etiam nexus difficiles elimatius discutere potuisset. Assentatores à se remotos, ut boni principis officij est, esse uolebat, hos inimicos censens, in quos & amicos discrimen esse uolebat Ariston. Nam suorum uerborum tendiculis aliquando principibus adeo persuadent, ut creduli nefanda aggredi non uereantur.

Felix igitur tanto pontifice Romae quoniam ut testatur Plato libro quinto de Repub. beata ciuitas ubi philosophi imperant. Quod ab Homero eleganter scriptum est, Caliope regum comes, ac Ioue nata parente. Hic monendo dulcis, arguendo acer erat, legislatorum alter Meccenas: quem oscitantem raro comperit quisquam, quin aut libris legendis, aut diuino cultui, aut rei Christianae semper attentus esset, temporis iactura nihil perniciosius aestimans. Ob singularem ipsius uirtutem, iuuenili aetate cardinalis efficitur, & uice cancellarius magistratu donatur: cuius prouinciam ad sui suorumque decus ac gloriam exactius peragens, tantam omnium beneuolentiam nactus est, ut omnium applausu pontificatus munere insignitus fuerit, postquam quadraginta annos non parua cum laude uice cancellarius molem sustulit. Sui pontificatus exordio, Christianorum principum legatos Romam ipsius salutandi causa uenientes per benigne suscipit, comiter alloquitur, suades mutuis Christianorum bellis dilabi rem publicam Christianam & affatim minuit: eosque suorum principum uice hortatur, opibus ac corpori non parcendum esse, ut Turcorum fastus immanis adnihiletur, & Christi lex passim praedicetur. Itidem ex more pontificum, in primis duos ex suis cardinales efficit, Iohannem Borgiam & Valentinum. Iohannem autem ex patrum senatus consulto legatum Neapolim misit, Alphonsi noui regis coronandigratia: qui non uisuperanda curialium & famulatus turba stipatus, Neapolim concessit: ubi diademate regio Alphonsum insigniuit, accepto iuramento de fide ecclesiae seruanda, & annuis tributis soluendis. Ea tempestate Carolus Francorum rex octauus, uirtute bellica clarissimus, Neapolim, quae iure haereditario ei succedebat, expeditionem obiter parabat: cuius potentiam ueritus pontifex, ne quid incommodi Italiae moliretur, cum Alphonso per Iohannem nepotem in Gallos foedus percutit, & milites ad Romae praesidia adsciuit, ne Gallus Marte ferox, eam inuaderet. Id enim Italiam innatum est, ut Francorum gloriae inuidentes, Gallicum nomen semper exosum habeant: ita ut cum eis inita foedera fide cum Gallis firmata, contra deum & iustitiam uiolare nullatenus uereantur. Eis tamen inuitis, Insubriam & Hetruriam Romam usque traduxit, ubi commeatum facilem inuenit, cum timore nimio concussi Romani, ratum tenebant, Carolum animi magnitudine strenuum, mansuetudine eximium, clementia cumulatissimum, nil detrimenti eis moliri, si facilis ei tendenti Romam pateret accessus: sin amore duretur commeatu, armis nancisci. Carolo igitur Romae perhumaniter suscepto, militem a tumultu temperare iubet, in eos qui iussis non paruerant, suspendio animaduertens. Nec tamen timoris immunis pontifex, sumpto milite in castellum sancti Angeli metriculosus aufugit. Caeterum nullo audito militari tumultu, Alexander securior sui factus, foedus cum Carolo iniit, milites quos ab Alphonso ad urbis praesidium haberat, remittens. Tandem Roma rerum domina a Carolo subacta, ne uia Carolo interciperetur, a pontifice insidias moliretur, Valentinum Borgiam cum quibusdam castellis a pontifice obsidem accepit, atque Zizimum Turci fratrem secum eduxit: ut dum rerum Apuliae potiretur, eius ope finitimos Turcos expugnaret. Caeterum Apulia sub iugata, reditu in Galliam Carolus parat, cui pontifex foederis initi memor, cepit cum Venetis, Maximiliano imperatore, Ferdinando Aragonum rege, ac Lodouico Sfortia noua foedera inire: quibus iuramento firmatis, pontifex cum coniuratorum copiis apud Fornouium non longe a Parma ciuitate, uiam qua Carolus transiturus erat, insedit: ubi quantum militari disciplina & bellica uirtute ualeant Galli, hosti Carolus monstrauit. Coniuratis enim quadraginta millia armatorum erant, Carolo autem septem millia electissimorum pugilum, longo itinere & penuria uaticum fatigatum. Diu anceps & ferox praelium cum non modica hostium caede fuit. Tandem Carolus modico accepto detrimento, ad Estenses uictor se recipit, & Lodouicum Aurelianensem ducem, graui obsidione Nouariae pressum (ubi tanta penuria esculentorum aderat, ut plerique gregarij milites fame perirent) liberauit. Hic autem Carolus nulla laude fati extollendus, armis & consilio clarus, eloquio affabilis, religione & mansuetudine nulli cedens, corpore paruus, animo tamen strenuus, breui temporis curriculo rota Italia subacta, Europam Asiamque tanto errore opleuit, ut audita eius fama

formidabili, Turcus de bello cogitare ceperit. Sed ad Alexandrum pontificem readeo, qui Carolo paulo post Ambasiae defuncto, cum Lodouico duodecimo Francorum rege foedus nouum percutit, ualidumque exercitum (cui Valentinum eius filium rei militaris non imperitum praefecit) in Catharinam uicecomitem mouet, quae paruo milite diu in multa rerum penuria, Valentini insultibus animose resistens, tandem uirago mœnibus dirutis captiua ad Alexandrum ducitur. Hac uictoria multis laudibus Valentinus commendatur, & dux auctoritate apostolica creatus, Lucretiam Herculis Estensis uenustam filiam cum maxima dote uxorem accipit.

## PIVS III.

Plus natione Hetruscus, Senis oriundus, Pij secundi ex Laodamia sorore nepos, Alexandro in coelau patrum suffragijs successus est. Vir certe ingenio clarus, nec minus literis ualens: laboris & inediae praeter quam credibile sit, patiens erat. Sed Pij auunculi exemplo, inito pontificatu, cepit in Gallos conspirare, tædio habens Gallorum dominio Apuliam & Italiae non modicam partem subigi. Sperabat enim diem futurum, quo insidiarum pedicis circumductum Gallum damnis affligeret, & tandem coniuratorum ope Italia exploderet: sed morte praeventus, tam insigni iniuria obducere Francum non potuit: breui enim dierum curriculo, quo pontificium magistratum rexit, non modicam laudem nactus est. Obijt autem Romanis id ægre ferentibus decimosexto sui pontificatus die.

## IULIUS II.

Iulius secundus natione Ligur, patria Genuensis, patrum consensu Pio tertio succedit, anno M. D. III. Dicitur fuit Iulianus antea, cardinalis presbyter titulo sancti Petri ad Vincula. Is cum parentibus natus esset obscuris, fortunae beneficio suaque industria per gradus honorum conscendens, ad summum peruenit. Vir acris & uersuto ingenio, animoque minime abiecto, plurima & uaria toto uitae curriculo expertus. Cui fortuna nunc nouerca, nunc indulgentissima mater uideri potuit. Patrimonium Petri nemo animosius tutatus est pontificum: neque callidius quisquam multorum iudicio amplificare instituit. Rauennam a Venetis occupatam grauissima cinxit obsidione: quam tandem expugnatam fortiter, sedi Romanae restituit. Simili uirtute Seruam, Imolam, Fauentiam, Foroliuium, & alia nonnulla ipsdem e manibus eripuit. Praeterea alia non pauca ab alijs cum tenerentur recepit, subinde noua parta uictoria, sed non sine multo sudore & sanguine. Ut enim laborum patientissimus, ita iniuriarum erat impatiens: eratque ingenio non solum ardenti, sed & iracundo. Quod uitium generosos animos frequenter acris quam satis est incitat, & ultra terminum rapit. Bononiam eiectione Bentiuolis insigni triumpho inuectus est. Res Gallorum rege Lodouico duodecimo grauius affectis, plura daturus non Gallo tantum, si per mortem licuisset. Moritur autem bellica gloria clarus, anno pontificatus sui decimo, die mensis Februarii uicesimo primo, durante adhuc concilio, quod Romae in Laterano celebrandum indixerat, ea potissimum de causa, ut concilium Pisanum hac uia uel destrueret uel arte eluderet. Nam hoc contra ipsum institutum & agi uidebatur, opera Maximiliani Caesaris, regis Franciae Lodouici, & cardinalium quorundam, quos rebelles cardinalitio honore priuauit, & ab ecclesiae corpore ut putrida membra rescuirit. Vacat sedes apostolica diebus XVI.

## LEO X.

Leo decimus in demortui Iulij locum sufficitur, in hunc conferentibus suffragia cardinalibus praeter omnem expectationem. Quae scilicet res plausibiliorem etiam eius electionem reddidit: euentum rei inexpectate ita interpretantibus multis, quae si singulari quodam diuino non humano consilio, neque fortuito ita accidisset. Creatur autem pontifex anno M. D. XIII. quarto mensis Martij die. Huic antea nomen erat Iohannes: titulus, cardinalis diaconus S. Mariae in dnica. Natus fuit non obscuro loco, nimis ex clarissima apud Florentinos Medicum domo educatus liberaliter. Bonis literis a prima aetate diligenter institutus, praceptoribus usus doctissimis, cum alijs, tum maxime Angelo Politiano uiro utriusque linguae callentissimo, quem Medicum familia

amanter complexa indulgentissime fouit: sicut & alios complures eruditos colens, omni beneuolentia, honore & liberalitate prosequuta est. Fuit igitur Leo ut natura, ita & disciplina consuetudineq; uir mansueti animi. Delicijs magis quam militiae deditus. Musicos in magno precio habuit. Doctos etiam amauit, nimirum ipse eleganter doctus. Multa aliorum arbitratu agi passus est, ipse quietis & otij amantior. Ducem Vrbinatem quandam ob causam ducatus possessione priuauit, in eius locum substituens nepotem, quem habebat ex fratre. In ducem Ferrariensem idem tentatum fuit, sed frustra. Hoc pontificatum gerente, electus imperator fuit felici sidere diuus Carolus regum potentissimus, atque idem optimus, Francisco Francorum rege competitorum repulsam patienter: quanuis pro hoc non parum laboris sumperit praeter alios pontificia dignitas. In qua electione potissimum eluxit integritas, in hac quidem parte, Frederici ducis Saxoniae, & fides eiusdem erga uita functu Maximilianu: qui optimi principis imperio subesse maluit, q̄ ipse tantam in humeros recipere molem. Ceterum Leo mortuus est pontificatus sui anno IX.

## HADRIANVS VI.

ccxxvi.  
pontifex.

**H**adrianus sextus natione Teutho, Leoni substituitur magno cardinalium consensu Carolo Caesari studentium gratificari, anno M. D. XXII. mense Ianuario. Idem nomen quod antea habuerat, seruaui. Cardinalis erat titulo sanctorum Iohannis & Pauli. Patria illi fuit insignis ciuitas Germaniae inferioris Traiectum inferius. Patrem habuit, ut ille ait, Ingenua de plebe uirum. Iuuenis Louanium profectus, literas didicit, quales tum illic tradebantur, idq; quantum tempus & locus patiebantur, felicissime. Nam paucis annis eminere coepit. Et tandem eo progressus est, ut eius academiae facile princeps haberetur. Et cum non modo doctrinam, sed & grauitatem haberet blanda quadam morum comitate conditam, uocatur in aulam, & fit Caroli Caesaris tum pueri praceptor. Aliquot postea annis in Hispanias mittitur, functurus illic uice Caroli, cuius aduentum tot regna expectabant. Cumq; teneret adhuc gubernacula regnorum in Hispanijs, iam grandaeuus Romae pontifex maximus creatur absens, octauo post mense quam creatus est, Romam ueniens, coronam accipit pridie Calend. Septembris. Huius uita cum esset frugalis & temperans, parum placuit non paucis Romae agentibus. Fuerunt etiam, qui uirum prudentissimum prorsus damnarent, ut inutilem ad rerum administrationem. Quod eo mortuo mox palam testari non dubitauit Paulus Iouius, uir uaria eruditione, praesertim autem cognitione rei medicae celebris. Is in initio statim libelli quem elegantem de piscibus edidit, demonstrans sola iudicia principum saepe piscium aestimationem auxisse, his utitur uerbis: Vti modo, inquit, Merluciae plebeio admodum pisci, Hadrianus pontifex, sicuti in administranda republica hebetis ingenij uel deprauati iudicij, ita in esculentis insulsissimi gustus, supra mediocre precium ridete toto foro piscario iam fecerat. Quod iudicium cuiusmodi uideri debeat de uiro tali, uiderint alij. Equidem tempora nostra qualiacunq; censenda sint, non eo peruersitatis & nequitiae uenisse arbitror, ut patrem laudem sibi uendicare possit sapientia palati, res non magni precij, cum animi sapientia thesauro incomparabili. Decessit Hadrianus, ingressus modo secundum pontificatus sui annum quartodecimo die Septembris.

## CLEMENS VII.

ccxxvii.  
pontifex.

**C**lemens septimus Hadriano sexto succedit. Huic antea erat nomen Iulius, quod etiam seruare decreuerat, & iam usurpare idem coeperat. Sed cardinalium quorundam rogatu, Clementis, quo nomen moribus conueniret, accepit. Cardinalis erat titulo sancti Laurentij in Damaso. Prioritate usus est fortuna minus propicia, quam postea clementiorem experiri coepit. Primo quidem ascriptus fuit ordini Hierosolymitano, deinde prior creatus est Capuensis, post cardinalis. Cumq; rerum potiretur Leo decimus ipsius patruelis, qui ocio gaudens, curis se quantum potuit expediuit, magnam negociorum partem solus sustinuit. Unde autoritas & opes illi insignes accesserunt. Quibus cum iam cumulatus esset & plurimum ualere, uidereturq; ad res gerendas animi satis & uirium habere, magno plausu pontifex creatur. Ceterum ut

**M**ars fortissimos quosq; in bello, secundum uetus uerbum, oppignorare solet, ita fortuna uiris maxime strenuis non raro plurimum gaudet exhibere negotij. Quale exemplum in hoc uiro manifeste cernere licet. Nam quanuis oēs artes administrandae & augendae reip. probe tenere sit uisus, neq; defuerit ei magnanimitas & fortitudo, grauissima tñ cladem hoc pontifice, proh dolor, accepit sedes Romana. Quod malum initium traxit ex bello, quod Franciscus rex Franciae suscepit cum Carolo Caesare. Nam Clemens, licet capto rege & exhausto regno, Francis res essent deploratae, contra Caesarem uaria molitus esse dicitur. Quod iniquo animo ferentes administratores belli, quos habebat in Italia Caesar, praeter expectationem ducto exercitu Romam, urbem uero occupant: sed non sine graui iactura, comparata uictoria. Nam cecidit Carolus Bourbonius exercitus Caesariani primarius dux, cuius interitus militum animos, quibus erat charissimus, grauissime irritauit. Quare militaris insolentia, quam caeterorum ducum autoritas compescere non satis poterat, plurima petulantissime designauit, acerba auditu his qui Apostolicae sedi synceriter adherent. Pontifex qui confugerat in castrum S. Angeli, aliquot post diebus, cum arctius preme retur, Caesarianis se dedit. Quae tamen omnia gesta sunt Caesare nesciente: & ut res ipsa declarauit, talia minime uolente: ut cuius ingenio nihil inueniri potest clementius, aut religioni Christianae addictum magis, Pontificem enim non multo post priori dignitati restituit. & facta turbam omnium obliuione, in amicitia recepit. Ac ne Caesareae maiestati erga Romanam ecclesiam, cuius pontifex imperatorem subinde filium suum appellabat, quicquam uel pietatis uel honoris deesse uideret: ferream coronam, unctioemq; sacram Bononiae a Clemente vii. magna cum reuerentia suscepit. idq; factum est anno domini M. D. xxx. octauo Calendas Martij. pauloq; post, uidelicet sexto ante eandem calendas die, qui dies Caesareae maiestati natalis erat, auream itidem coronam accepit, ut extra dubitationem omnem, Longobardorum rex, Romanorumq; imperator haberet ab omnibus, qui iam tum ante ducentennium uel circiter fuerat Aquifgrani in Germanorum regem coronatus. Quamquam uero ex coronatione huiusmodi nihil noui iuris impatori accedere, multi etiam boni uiri sentiunt, cum ex ipsa electione ius impij administrandi, uel Innocentio Papa teste, obtineat: tñ has coronandi caeremonias, tanquam impialis celsitudinis notissimum symbolum, ac testimonium diuini spiritus accepti, q̄ animu impatoris iam augustum, augustiorem diuinioreq; reddat: q̄ nisi demens ac impius, oimq; bonorum mox hostis, uel mente sola rejicere audeat. Nec alicuius refert, Romae ne an Bononiae hic coronandi ritus celebratus sit. non enim locus rem ipsam facit, neq; homo propter locum, sed propter hominem factus est locus: praesertim si eiusmodi tempora ac res conditiones obuenant, ut ueteres illae consuetudines seu constitutiones, utilitate maiori suspendi ad tempus possint ab eo q̄ instituit, q̄ ubiq; sic adamussim seruari. Pontifex ipse pontificum non Romae semp, nec uno aliquo in loco semp, sed pro commodo ac statu reip., ipsiusq; arbitrio, nunc hic nunc alibi coronari solet. quae admodum & paucis ab hinc annis Ferdinadus Bohemiae Hungariaeque rex serenissimus, non Francofordi pro ueteri obseruatione, sed rebus ita exigentibus, Colonia Agrippinae, ubi & Traianus impator optimus impij fasces suscepit, rex Romanorum designatus est. Quanta uero Bononiae laetitia, quanto reip. omnium apparatu, quamq; unanimitate pontificis ac impatoris uoluntate, haec coronationis pompa transacta sit: ut de ludis interim, spectaculis, arcubusq; triumphalibus taceatur: quia paucis dici nequit, silentium potius omnino, q̄ pauca dicenda uideretur. Clemens autem melicri deinceps q̄ a usus fortuna, in pace die exegit extremum, anno dñi m. d. xxxiiiij. mense Octobri.

## PAVLVS III.

**P**aulus iij. Alexander Pharnesius antea dictus, nobili genere natus, adolescens ab Alexandro vi. cardineo decoratus galero, patrum numero ascriptus est: ita

ccxxviii.  
pont.



## PLATINA DE VITIS PONT:

lem se interim gerens semp, ut Gallicis an impatorijs rebus (hæc tū in Italia factio-  
nes uigebat) plus faueret, neutri partiū satis constaret. Itaq; gratus omnibus, nemini  
priuatim addictus, ædificijs struendis reparandisq; plurimū uacauit: idq; sic tñ, ut  
honoris sui, iustitiæq; alijs exhibendæ munera nihilo segnus obiret. Quibus stu-  
dijs hoc cōsecutus est, ut mortuo Leone x. cū successor quæreret, cardinales aliquot  
cum suffragijs suis, tametsi p̄ id tempus frustra, Hadriano anteferrent. Tandē uero  
mortuo Clemente vii. cū de nouo p̄fice creādo conclauē haberet, una omnium  
uoce, nemine reclamante, Alexander Pharnesius iam tum collegij cardinalium de-  
canus, Clemēti substituitur, Paulusq; iij. mutata (ut fieri solet) appellatione uocat,  
anno dñi m. d. xxxiiij. mense Octobri. quo tempore Rebaptizati iam antea Mona-  
sterij in Westphalia acriter obsessi, acerrimasq; oppugnationes passi, acius adhuc  
obsideri cœperūt, alta undiq; circumducta fossa & aggere, eiq; castellis passim sup̄im  
positis, ut egredi aut ingredi sine periculo summo & arte, obsidētibus inuitis, pos-  
set nemo. Cæterum Paulus inito magistratu, officio suo quantum in se erat, satisfacere  
uolens, discordiæ fidei inter Christianos ratione habita, cōciliū gn̄ale iam diu  
multumq; desideratū, & p̄ antecessores aliquot suos uel impeditum, uel dissimula-  
tum, uel minus sedulo curatum, indixit: eiq; locū aptum Mantuam primo, post ra-  
tionabilibus de causis Vincentiam assignauit, delecto ad id negocij optimo ac pru-  
dētissimo uiro, D. Petro Vorstio ep̄scopo Aquēsi, q̄ p̄cipibus rebusq; pub. p̄ Ger-  
maniā & alibi cōstitutis, cōciliū gn̄ale futurū indicaret. Verū ea res qd̄ tandē exitus  
habitura sit, nouit deus: nōdū certe quicq; utriq; factū est, ut eius in tēpore matu-  
randi spes magna sup̄sit. Imo res ipsa declarat, eos q̄ hactenus conciliū appellando  
inuocarūt, negter & mēdaci cōscientia inuocasse, nihilq; minus q̄ ut id fieret uolu-  
isse, cū iā potestate eius facta, tot technas, tot ambages, tot cauillos, qbus ipsum uel  
infirmetur, uel tollatur, uel omnino non cōuocetur, excogitent, ne scilicet refugæ  
in tenebris obambulant, de nihilo lucem fugere uideantur. Modo em̄ locum, mo-  
do causam, modo p̄sidē calūniant: quasi p̄iudicio dicere uelint, id quod nōnulli cer-  
to dixisse dicunt, nisi cōciliū suas opiniones pro legibus acceptet, se neutiq; con-  
ciliū leges acceptaturos. Nec his minus culpādi uenit, q̄ bñfichs ecclesiasticis quasi  
clitellis asinus onerati, p̄ postere huc neruos suos intēdunt, ut quod eis potissimū p̄  
alijs curandū erat ut fieret, id ipsi ne fiat impediāt, aut certe ut fiat nō instēt: flo-  
cipendētes interim, q̄ tot animarū millia, pro qbus sanguinē suum Christus Iesus  
effudit, durantibus ipsorū seu culpa, seu ignauia istis fidei discordijs, pereāt in æter-  
num. Sed hæc minus suauia, minus forte ad rē. Ad Paulū redeamus, cuius studia &  
uirtutes faciunt, ut bona oīa de ipso speremus, max̄e uero concordia fidei, coopan-  
te eo q̄ unanimes facit habitare in domo sua, quēadmodū Psaltes ait, cuiusq; mise-  
ricordiæ à progenie in progenie sup̄ timentes eū: p̄sertim cum adhuc impatorē ha-  
beamus eū, de quo nō minus optima quæq; spari possint, q̄q; nō ita pridē sub hoc  
nro pontifice Paulo, tale uirtutis ac potentiæ suæ specimen edidit, q̄ non temere  
maiora ab ipso confectū iri speremus. Is em̄ comparata nauū circiter cccc. classe, in  
Africā ex Hispania soluens, Vticæ feliciter applicuit: ibiq; exercitu suo incolumi  
exposito, munitionibus & propugnaculis Tunetū, quod ualidis Turcarū p̄sidijs oc-  
cupatū erat, paucorū dieꝝ labore expugnatis, Barbarosum hoīem uere barbarū, ex  
latrōe ac pirata Turcicis copijs p̄fectum, haud p̄cul à Tuneto ī itinere obuium p̄si-  
gauit: Tunetū occupauit: arcēq; Tunetanā ualido Barbarosū p̄sidio munitā expu-  
gnauit, liberatis inde plus xx. millibus captiuorū christiani noīs, ex diuersis regiōi-  
bus illuc miserrime detētorū. Ad hāc tā insignē impatoris uictoriā, p̄prio eius mar-  
te ac diuino adiutorio partā, Paulus iij. expeditis sex triremibus subsidij causa mis-  
sis, nequaquā defuit, nunquā etiā quoad uixerit, uolente deo, Christianorum prin-  
cipum uoluntati tam piæ defuturus.

FINIS.

## DIVO SIXTO

PONT. MAXIMO,

BAP. PLATINA

S. D.



Ici non potest, beatissime pater, q̄ uehementer interdum  
sim admiratus hominū diuer-  
sa studia uariāq; ingenia, q̄  
omisso philosophiæ studio,  
quæ certe est (ut ait Mar-  
cus Tullius) uitæ humanæ  
dux, uirtutis indagatrix, ex-  
pultrixq; uitiorū, ad inanes curas & cogitatiōes se trās-  
ferant. Hunc enim uidemus pecunijs & opibus studere,  
illum ambitioni & potentiæ: alium uoluptates omni stu-  
dio & diligentia conquistatas amplecti. Horum studia  
q̄ sint inania, declarāt non modo philosophorum sectæ,  
(Epicuri discipulos semper excipio) uerumetiam salua-  
toris nostri doctrina & uita, qua certe cohortamur,  
admonemur, cogimur caduca illa ac fragilia, ut falsa bo-  
na & nusquam consistentia, cōtemnere: Religionem ue-  
ro pietatem, humanitatem, gratiam, hospitalitatem, mi-  
sericordiam, uirtutem denique omnem, ut unicum & ue-  
rum bonum, amplecti. Hæc est certe uera philosophia,  
quæ non in opinione, ut de sectis omnibus censebant aca-  
demici noui, sed in ueritate ipsa fundata est. Tota enim  
Christi uita, unicum uirtutis exemplar habetur. Hanc  
profecto si intueri & imitari uoluerimus, quod certe tū  
ipsius gratia, tum nostra causa facere debemus, nō erit  
cur Numæ Pompilij religionem, Scipionis pietatem

A

PRAEFATIO.

modestiam, fortitudinē Catonis, Reguli constantiam, & iustitiam Aristidis, Fabricij & Curij paupertatem, sapiētiam Socratis, & Lælij clementiam, ac Caesaris benignitatem requiramus. Veruntamen ne quicquam nobis ad bene beatēq; uiuendum desit, repetita illa uetere philosophia, ac uero noua, cuius autor Christus est, utpote sanctissima, in societate & tutelam nostram omnino ascita, animorum nostrorum morbos, sumpta inde quoad fieri potest medela curare debemus. Et si enim uariē de bonorum & malorum finibus ab ipsis philosophis disceptatū sit, multa tamen ex eorum scriptis ad rem nostram pertinētia excerpī possunt, nec est cur uereamur dum ea legimus & intuemur, in errorem aliquē dilabamur, cum religionis Christianae doctores iam pridem sapientiae cribro bonum à malo, ueluti triticum à lolio secreuerint. Hac uero admiratione uel meditatione potius, quantum boni consecutus sim, dici non posset beatissime pater. Nam dum à Paulo pontifice in carcere & compedibus detinerer, dumq; & amissam libertatem slerem, & eas facultates mihi uī ablatas lamentarer, quas mea industria, meis pecunijs in urbe pepereram Pij pontificis beneficentia adiutus, tandem benignitate dei & philosophiae gratia animū à perturbationibus & sensibus, ad dignitatem sui ipsius reuocans, ita appositè mecum philosophatus sum, quemadmodum in libello meo scriptum apparet: quem quidem ideo sanctitati tuae dedicauī, q̄ & summus philosophus es, & eius uicarius, merito certe, qui nos non uerbis tantum, ut uani philosophi solent, sed doctrina & exemplo instruxit: unde falsum à uero bono seungeremus:

quo & in uita felices, & in morte beati aeu frueremur sempiterno.

Tum sic mecum locutus est mei cōsolandi causa Rhodoricus

Calagoritanus episcopus, arcis Romanae praefectus,

uir certe bonus & doctus: in illa nostra prima

calamitate, quae profecto secundae causa fuit:

imbecillium nanq; animorum est,

eos semper uelle persequi

& maleficio oppri

mere, ne

ad

windictam respirent,

quos insigni aliqua iniuria

& calamitate

affecere.

BAP PLATINAE  
DE FALSO ET VERO BONO  
DIALOGVS.

Rhodoricus, Platina.



Vid agis Platina: quid est quod ita mœstus & abiectus iaces? P. L. A. Quid agam quæris? Quasi nescias ab eo agi nil posse, qui omni actione humana priuatus est, nisi forte actionem existimas, lugere ac mœrore affici: quibus perturbationibus nil certe inesse uideo, quod uel eū qui luget, uel eos quorū id causa fit, iuuare possit, cum omnis uera actio exercitatioq; humana, finem sibi aliquē usui hominum accommodatum præscribat: quam ob rem quærēdum fuit potius cur non agerem, quàm quid agerem. R. H. O. Siccine te abijcis Platina: sic à te ipso discedis, ut nullum tibi in fortitudine & constantia præsidium colloces: secus mihi tecum profecto loquendum est, quàm cum homine agresti & indocto: illum utpote minus docilem, quibus possem uerbis consolater, te uero non admonebo solum, sed etiam reprehendam, ne te ipsum ob tantulam miseriam prosternas, & deijcias. Quid egisti quæso in uita, si neq; doctrina, neq; experientia humanos casus æquo animo ferre didicisti: ueniat tibi in mentem, quot homines in uita fuere qui maiorem quàm tu, passi sunt calamitatem. Omitto reliqua miseriarum genera, quæ turmatim, ut Hesiodus poeta scribit, homines quotidie inuadunt. Ad captiuitatem uenio, de qua in præsentia nobis est sermo. Quot inquam homines uel nobilitate generis, uel magnitudine imperij, uel diuitiarum & patriæ splendore, uel eruditione & doctrina, uel rerum gestarum gloria, uel sanitate uitæ præcellētes, molestiam carceris perpeffi sunt: Cræsus ille Lydorum rex, qui templa oraculorum omniū, quæ tum fuere, multis ac magnis muneribus ornauit, quiq; in lateres aurum & argentum fudit: à Cyro Perfarum rege bello captus, quod reliquum ætatis superfuit, in seruitute uixit. Exulauit autem apud Epaminundam Thebanum Philippus Magni Alexandri pater. Perijt in carcere Pausanias Lacedæmoniorū rex. Seruiuit barbaris Aesopus fabulator ille e Phrygia. Sunt qui affirmant eandē quoq; sortem & Platonem philosophorū principē subijisse. Sumpto ueneno Socrates in carcere uitam finiuit. Cruciatu omnes & pœnas M. Regulus à Carthaginensibus captus, & in uincula coniectus, cōstanti animo tulit. Venditus à fratribus Iosephus, cum Pharaoni aliquādiu seruiuisset, in uincula ob suspicionem stupri cōjctus. Et ne sanctorū nouæ legis exempla declinemus, addo Petrum, addo Paulum, addo Iohannem baptistam, innumerabilesq; alios, qui martyrij coronā, aut in ipsis uinculis, aut e carcere educti subiere. Non dico quot reges hodie, quot principes in uno quoq; gñe uirtutis præstantes uiri, aut uinculis seruiāt, aut extrema quæq; in carcere patiātur. Trahit secum Turcus iste, qui nostra ætate ferro ac flamma Christianum nomen inuasit, multis catenis & compedibus reuinctos, quos prælio, fraude, uel in direptione urbium cepit: modo eos intelligat, uel disciplina rei militaris, uel uetustate generis, uel regnādi, aut imperandi autoritate apud suos multum ualuisse. Nouos autem cruciatu, nouas pœnas reticeo, quas barbarus ille sæuus & truculentus quotidie excogitat, ad explendam crudelitatis sitim, qua certe iam diu in sanguinem Christianorū exarsit. Præterea uero quot sunt in hac atq; item in reliqs Italiae urbibus, q̄ & tetriore & fœdiore quàm tu, carcere detinētur: Desino cōmemorare, quos illi plerunq; custodes habeant, q̄ asperos, q̄ immites, q̄ crudeles. Horum tibi nihil adhuc contigit. Nam locus iste in quo nunc resides, nullam habet carceris formā, egregie cameratus est. Vides orientem solem, uides occidentem, uides septentrionem: & quoquo te uerteris, libertatis potius q̄ captiuitatis facies, si uerum fateri uis, tibi sese

offert. PLA. Illud Terentij una re dictum, multis certe accommodari potest: Facile oēs cum ualeamus, recta cōsilia ægrotis damus: reliquum cōsulito p̄tereo, ne uideatur uirtuti & constantiæ diffidere: eo em̄ ætatis recte & honeste agendo deuenisti, ut iam nauigare in portu merito tuo dici possis, ad me redeo. Collegisti tu quidē memoriter multoꝝ exempla, qui eadē calamitate, qua ego, ac maiore fortasse uexati fuere. Sed istud ad rem nihil, pace tua loquar, consolari me certe hac ratione institueras, q̄d contrā accidit. Neq; em̄ amaritudine amaritudo fugatur, sed dulcedine: ut nigrum albo, fuscum claro. Nam quæ eiusdem generis sunt, cōiuncta uim augent: disiuncta uero, à contrarijs opprimuntur, ut in acie milites solēt, qui facto globo, aduersariorum impetum frequenter sustinent: quod si ab ordine discesserint, oppressi statim in fuga concidunt. Alia tibi inuenienda fuit uia, qua me consolari, hanc medicinā non admitto. RHO. Vulnus hoc tuum altius infedit q̄ putaram, si hoc pharmacū nil proderit, tibi certe maiora præstarentur remedia. Legisti credo libros Ciceronis de philosophia, refertos exemplis eoꝝ, qui forti ac constanti animo, patriæ, parentum, filiorum, coniugum, fratrum mortem & interitū æquo animo tulerunt: quicq; fortunæ, dignitatum, honoꝝ amissionem tanti fecere, quanti maxime à bonis & cōstantibus uiris fieri debet: hos ita quam fortissimos athletas contra humanos casus crebro in certamen uocat Cicero, ut istoꝝ exemplo & uirtute eoꝝ animi ad fortitudinem excitentur, qui aliquo incōmodo afflictati sunt: quod certe non faceret uir ille acutissimus, si ut paulo ante dixisti, calamitosoꝝ exempla non lenirent eoꝝ miseras, sed augerent, qui aliqua insigni calamitate premuntur. Quis est em̄ adeo rationis & constantiæ expertus, cui non moueantur affectus, q̄s Græci *ἀσθησι* uocant, ubi uel constanter aliquid, uel iuste, uel modeste, uel prudenter factum intelligunt: Leguntur in gymnasijs poemata, leguntur historiæ, leguntur orationes, ut adolescentium animi pulchritudine honesti, quæ quidem ex alioꝝ recte factis elicitur, ad uirtutem & laudem excitentur. Tanti nimirum Alexandrū fecisse lectionem Homeri ex Plutarcho nouimus, quem in manibus crebro habebat, ut Dario regno ac uita spoliato, dū eius deliciæ spolioꝝ nomine attraheretur, cistella preciosissima ac pulcherrima in medium sit delata: qua uisa, cum qui aderant principes ad seruandas smaragdos, iaspidas, sapphiros dicerent esse accommodatam, responderit rex ille præstantissimus, nil in eam commodius, & honestius q̄ Iliadem, *ἡ δὲ Ἰλιάς τῆς ἀρετῆς*, id est, cōmeatum uirtutis, ut ipse appellabat, reponi posse. Inde em̄ multa percipiebat, quæ bellicam uirtutem adiuuaret, cum Achilles, Hectoris, Nestoris, Vlystis, Agamemnonis cæterorumq; heroum res fortissime ac sapientissime gestas, ad imitandum legeret. Canere si quidem fidibus carmina ipsa in bello poetæ solebant, quo animos militum audita maiorū laude, ad bene de patria p̄merendum adhortarentur. Idem de annalibus & historia licet diceret: quæ adeo cōscripta est, & in ærario diligenter asseruata, ut haberent reges & populi, unde calcaria ad uirtutem sumerēt, ne æstu, ne frigore, ne uigilia, ne fame, ne siti perterriti, rebus suis publicis in maximis periculis deessent. Quem animū quæso nō excitat ad uirtutem fortitudo Romulicæ religio Numæ Pompilij: audētia Bruti illius, qui Tarquiniū ab urbe expulit: modestia Camilli: Quinti Mutij charitas erga patriam: continentia M. Curiij: parsimonia Fabricij: Fabij Maximi perseuerantia: Pauli illius patientia, qui duos consulares filios continuatis prope funeribus sine lachrymis & gemitu extulit: M. Catonis seueritas: M. Reguli cōstantia: P. Scipionis integritas & modestia: nobis p̄fecto adhuc pueris memini dum ista in scholis legerentur, animos ad laudem uehementer incendi: cū hunc filioꝝ mortē constanter, illū fortiter pro repub. periculum, alium patienter carcerem, uincula, cruciatus omnes honesti causa tulisse audiebam, quæ concitatio adeo menti meæ infedit, ut crebro quantum professio mea patitur, historiæ repetam & legam. Neq; em̄ prophana studia theologis & sacris sunt præferenda, cum nil excogitari possit ad bene beatēq; uiuendum, quod non in his, utpote diuinitus scriptis, huberius & melius q̄ in illis inueniatur. Lautus si quidem cibus est, qui ex lectione sacrarum literarum percipitur, siue humanas res, siue diuinis contemplari uelis, sed in studijs fit, ut in cibo solet. Delectatur enim gustus epularum uarietate: unde pro secunda mensa gētilium studia mihi interdum apponi non recuso, ut uar-

rietate delectetur, & recreetur animus. Veterum autem laudationes, quas Græci *ἐπιτάφια* nos non inepte funebres orationes appellabimus, ad hoc inuētæ sunt, ut & hi q̄ fortiter aliquid & constanter in uita egissent, pro patria, pro liberis, p̄ parentibus, meritam laudem apud posteros consequerētur: & ij qui adhuc in stadio & theatro relictæ essent, æmulatione gloriæ excitati, nullum in uita pro honesto & recto labore ac periculum recusarēt. Leguntur & crebro quidem à uiris religioni deditis uitæ sanctorum patrum. Leguntur actus apostolorum, leguntur martyrum res gestæ. Quibus fit, ut pleriq; dum eorum uitam & mores imitari student, quorum antea uitam cum admiratione legunt, in sanctos referri mereantur. Alius deligit sibi quem imitatur Paulum, alius Petrum, alius Hieronymum, alius Augustinum, alius Ambrosium, multi Franciscum: nec desunt qui in ediam, sitim, frigora, æstus, calumnias, cruciatus, tormenta, mortem deniq; quanuis asperam, cōstanti animo sint subituri, ne ab eius institutis & præceptis discedant, quem tantopere amant & sequuntur. Hæc fieri ab hominibus sine mente diuina, ut credam, certe adduci nullo modo possum. Res em̄ quæ sine ratione & dei nutu instituuntur, utpote fragiles & caduæ, cito euanescent & inuerecāt necesse est. Quare si sapis Platina, & si non omnino ob unā hanc uel leuissimam plagam à sede rationis cōsternatus es, confiteare oportet, exempla ipsa ad persuadendum ualere plurimum. Quod si secus egeris, imbecillum te atq; infracti animi prædicabo, qui sic abiecte, sensum gustus ob tantulam ægritudinem amiseris. Age, excita animum, & mentem à sensibus reuoca, ne tibi dici possit, Salmati, da spolia sine sudore & sanguine. PLA. Acer profecto es ad persuadendum Rhodorige: ita enim instas & urges, ut quo me uertam nesciā. Unus aliquis mihi certe uideris ex his, qui nuper ex gymnasijs dialecticorum & rhetoricorum prodeuntes, eruditionis & audaciæ pleni, acute nimium de rebus propositis differunt & persuadent. In te quidem & doctrinam & singularem uideo sapientiam esse, qui ita apte, distincte & acute ad persuadendum locutus es: quare fit, ut tibi rerum etiam humanarum non ignaro & debeam & uelim credere. RHO. Fugere quidem istud est, non uerum fateri. Tum hanc technam optime noui. Demulcere mihi aures laudibus instituisti, quo tibi facilius hæc confessionem euadere liceat: hircus sum, non effugies, nisi prius hoc tibi persuasum aperte intellexero. Ironia illa certe fuit, non confessio, quid taces? PLA. Iube hos quiescere qui eiulant, qui flent, qui lamentantur. Hoc unum ad culmen nostræ miseriæ deerat, ut hos miseros & ærumnosos socios mihi adderetis. RHO. Sentis tu contrā ac reliqui solent. Nam qui aliqua in calamitate sunt cōstituti, eam certe leuius ferre dicuntur, si doloris socios habuerint. PLA. Mallem hercle solus esse, q̄ cum hominibus calamitosis & indolis eadē miseria premi. Neq; em̄ hi me p̄pter incitiam, neq; ego hos uicissim propter dolorem consolari possum. RHO. Mitte tandem has querelas, atq; age dic quod rogo, si fessus es, recumbe paululum in dexteram. PLA. Quid ego in dexteram recumbam? Qui siue dexter, siue sinister, siue pronus, siue supinus iaceam, hac compedium molestia cōtinuo crucior. Satis nimirum uobis esse debebat, comprehensum in carcerem trahere, & non me, qui mihi ac septuaginta socijs meis illatam à Paulo pontifice iniuriā questus sum, tanquam p̄ditorem, crassatorem, furem, latronem, grauissimis etiam compedibus reuincire. Putastis credo me alterum Dædalum esse, qui sumptis alis ex hac celsa & munitissima turri in terram libertatis causa deuolare. RHO. Nonnulla profecto alia causa est, quare huius nobilissimæ arcis præsidium mihi cōmissum doleam, nisi quod & homines in carcerem trudere, & eosdem pontificis mandato plerunq; uinculis & compedibus uincire cogor, quod certe ab ætate & professione mea alienum est. Multis enim prodesse & neminem lædere, meum semper fuit institutum. Quare & tibi & mihi, quod summa potestas imperat, æque ferendum est. Sed propediem hac molestia, nisi uero aliud mihi fuerit imperatum, te liberabo. PLA. Tum demū hoc fiet credo, ubi crura circumquaq; excederit moles ista grauissima. RHO. Ah Platina humanitati & pontificis clementiæ diffidere uideris. Desine male sperare, & eo tandem reuertere unde nostra defluxit oratio. PLA. Ne te diutius morer, tua ista ampla & magnifica exemplorum positio, nobilium Gallorum ferculis, pauperum maxime mihi uidentur esse su-



milima: ut enim in illis sola magnificentiae & liberalitatis species apparet, sic & his nihil mihi praeter inanem uerborum pompam inesse uidetur. Suadent haec quidem aliquantulum, sed non mouent. RHO. Videbar ego antea & uultu & uerbis ironice loqui. Sed quare, rogo, fuit causa cur secus ac sentires, loquerere? Leuis nimirum atque inconstantis uiri est, quae paulo ante affirmaueris, mutata sententia refellere.

PLA. Censent eum sanum esse, qui in merore ac luctu uitam degit: ut enim corpus inaequalitate & superfluitate humorum, febribus quatitur, sic animus perturbationum multitudine a sede plerumque sua dimouetur. RHO. In hoc mihi sapere potius, quam desipere uideris, quod ea, quae dico, nisi placeant, ut unus aliquis schola philosophorum, apposite nimium confutas, quod fieri profecto nullo modo posset, nisi mente & animo consisteres. PLA. Indignantium mos est, recte dicta peruerse ac stolide dictis, quasi uatis cuiusdam, miscere. Videmus pueros, uidemus insanos, sententias, & eas quidem praecclaras, nonnunquam efferre. RHO. Non negauerim ego quidem istud per se pe accidere, sed coniungere sequentia antecedentibus, & quaedam refellere, quaedam approbare, non demeritis certe, sed bene sani est proprium. Verum haec tandem omitamus. Age dic, quare aliter ac sentiebas, in meam sententiam uenire te dixeris.

PLA. Eam siquidem molestiam percipiebam euulatu istorum & cruciatu compedum, ut neque docentem, neque admonentem patienter satis audire possem. Demum uero me recreasti, quod hos iusseris tacere, quodque etiam mihi spem dederis, te prope diem his compedibus me soluturum. RHO. Mollis nimium & delicatus es Platina, qui rebus aduersis sic frangeris: sed illa, ut uideo, indiges medicina, quam ego bonos imitatus medicos, grauioribus aegritudinibus adhibere soleo. Haec si nihil proderit, te statim missum faciam. PLA. Quale sit istud antidotum, audire cupio: illud, nisi amare fuerit & stomachum faciat, bibere profecto non recusabo. RHO. Quasi uero & stomachus & aluus dilui possint, nisi contrarium quoddam ingeratur, quo pituita quae intestinis adhæret, inde auellatur. Ut enim pudor petulantiae, pudicitia stupro, fides fraudationi, pietas sceleri, constantia furori, honestas turpitudini, continentia libidini, aequitas iniquitati, temperantia luxuriae, fortitudo ignauiae, prudentia temeritati, copia egestati, mens sana amentiae, bona spes desperationi rebus omnium opponitur, sic bona ratio falsae opinionis aduersatur. Quae quidem tibi non mediocriter aegrotanti pro medicina adhibebitur, si recte admonenti parere non recusaueris. PLA. Sine me colligam aliquantulum, & animum ac corpus ad audiendum disponam. Integere etiam pedes satius est, ne frigore a docilitate remoueat: tu dicis, & ego interim mentum demulcebo, quomens sit ad audiendum pronior: barba enim insuetis potissimum nescio quid molestiae affert, nisi crebro fuerit demulsa & atrectata. RHO. Coget me certe haec tua attentio longius fortasse progredi quam institueram, si in ea te (ut par est) perseuerare intellexero. Primum hoc confiteare oportet, deum ipsum ita creasse hominem ad imaginem & similitudinem suam, ut merito a Graecis ἀνθρώπου μορφή, a Latinis uero paruus sit mundus appellatus: in eo enim sphaerae multae sunt, inest mens quae ad similitudinem illius qui hunc mundi globum regit, subiectum mouet. Verum hanc philosophandi rationem, utpote minus Christianam, praetermittamus. Hominem constare ex materia & forma non ignoras. Omitto item materiam illam primam, quam Aristoteles tanquam chimerae quandam proponit. Ex quatuor autem elementis compositum hominem, tum demum esse & uere dicimus, ubi ei addita est forma & indita, ad cuius integritatem quinta profecto illa essentia necessaria est, quam ἡ ψυχή ille, nos uero intellectum continuo mouentem debemus appellare. Quatuor illa sunt nobis certe cum brutis omnibus communia, hoc uero solo quo intelligimus, ratiocinamur, progressus & antecessiones rerum non ignoramus, ab eisdem differimus: essentia separatis, quantum nobis per imbecillitatem humanae naturae licet, persimiles. Discurret enim mens ista mira celeritate [animantium dumtaxat datum] per elementa omnia, per superiores circulos: & adeo est intelligendi auida, qualia sint quae in mundo habentur, ut dei etiam ipsius qui a nobis omnino comprehendi non potest, rationem & magnitudinem audacter nimium inuestigare conetur. Nullam disciplinarum relinquit intactam, non grammaticam reliquarum doctrinarum fundamentum, non dialecticam, qua uerum a falso discernimus: non

\*ueris quibusdam,

Hæc superflua apparet.

rhetoricam, unde rationem persuadendi ac dissuadendi sumimus: non arithmeticam, ad reliqua mathemata gradum per necessarium: non geometriam, ad distinguenda climata, dimensurandumque hoc immensum terrarum spatium, non inutiliter inuentam: non musicam, cuius harmonia corda hominum demulcetur: non astrologiam, qua caelos scandimus. De his disciplinis ita differit, ut uerum a falso, congruum ab incongruo acutissime separet: falli, decipi, errare circa earum cognitionem, turpe ac dedecus existimat: proinde die ac nocte inuigilat, ne in errore aliquem in scitia dilabatur. Quos uidet hominum in his precellere, eos, utpote diuinæ essentiae magis similes ac propinquos, diligit & imitatur. Ignorantiam & stultitiam, tanquam duo magna praecipitia, studiosissime uitat. Versari in cognitione rerum maximarum & admirabilium, quibus tanquam gradibus per necessariis, seipsam postea intelligat, summum bonum esse existimat. Fieri enim nullo modo potest, ut quis sui ipsius perfectam rationem habeat & cognitionem, nisi per disciplinas, tanquam humanae caecitatis expiatrices, discurrerit. Inde quippe ad sui ipsius cognitionem conuersa mens, caecitatis latebras facilis explorat. Neque uelim existimes id uno tantum actu fieri. Habitus enim, ut Aristoteles placet, ex frequentatis actibus comparatur. Ad hoc namque saepius reuertitur, & quasi apum diligentiam & sollicitudinem imitata, inde ad cellulam suam recentem primo & inornatam, flosculos, quos passim ex florido illo atque amoenissimo doctrinarum campo decerpit, secum defert, eosque ita apte collocat, ut deinceps speciem simul cum iucunditate praeseferant. Neque ante cepto desistit, si generosa est, quam uiderit domicilium in quo habitat, fugatis uitiorum sordibus, uirtutum omnium pulchritudine redimitum, tunc quiescit, tunc parto, ut formicae solent, saeuientibus etiam uitiorum percellis, cum securitate & quiete fruatur: labores, uigilias, æstus, sollicitudines, quibus se re tanquam in instrumentis tantam felicitatem adeptam est, delicias quasdam putat. Pro iustitia, temperantia, fortitudine, modestia, nullum laborem recusat. In his uero dum se exercet multos iuuando, neminem lædendo, in commoda pro utili & honesto fortiter patiendomo: in rebus seruando, libidines coercendo, uitam sibi beatam putatrocium & inertiam tanquam perniciem humani generis deuitat: Docet, admonet, castigat, reprehendit, neminem errare, quantum in se est, patitur. Si quem uidet dolore, inopia, timore, solitudine, uana spe circumuentum, eundem consolatur, iuuat, & in uitam rectam deducit. Regibus, principibus, nationibus, populis, ciuitatibus ius fasque praescribit. Respublicas in ordines inter sese conuenientes distinguit. De mos uirgines & patrifamilias committit, quae deinceps propagatae, uicos in urbe faciunt. Aefinitates, connubiaque proponit: quibus ciuitas in unum corpus tandem redigatur: & ad externam uim propulsandam, & ad bellum his inferendum a quibus fuerint iniuria laceffiti: & ne in tanta concitatione animorum contra aequitatem aliquid fieret, ius feciale conscripsit, quo admonemur & docemur, pro rebus repetitis & non redditis bellum hostibus inferre. Seruare item aduersus hostes modum quemdam admonet. Clientelas, hospitias, sodalitates, amicitias optima ciuitatum uincula commendat. Quid plura? conatur profecto quoad fieri potest, ut idem ordo, eademque iustitia, & constantia in terris seruetur, quam esse apud superos contemplatione & sapientia nouit. Haec itaque Platina, & plura alia cum uides ab hominibus, sapientibus potissimum, ad bene beateque uiuendum esse excogitata & inuenta, ratione ne, an temeritate factum dices? PLA. Ratione profecto: seruari enim tanta decencia in rebus humanis sine mente & consilio, nullo modo potest. RHO. Recte sane. Cum igitur mens hominis bene instituta, tot acies, tot oppida, tot praesidia contra ignorantiam & uitiorum omnium arma & machinas, fortiter ac constanter expugnauerit, ab eadem ne unam uel minimam quidem perturbationem quae in uita accidunt, uinci posse abnuet. PLA. Minime. RHO. Ergo & tu si non omnino te deseris, sique teipso uti uoles, hunc dolorem quem ex carcere percipis, ratione & consilio profacile mitigabis. PLA. Eo certe me tua dicendi copia perduxisti, ut quae affirmes & comprobas, tibi negare non ausim. sed unum uelim consideres, animos nostros rudes adhuc & indoctos, omnes disciplinas plane arduas, facilius discendo percurrere, quam uitiorum labem & perturbationum agmina a seipsis dimouere: id uel in multis mea quidem sententia uidere licet, quae etsi docti & eruditi sunt, tamen cupiditatem

nexibus irretiti, uitam agunt intemperantem & flagitiosam. RHO. Hoc quod dicis, rationi certe consentaneum esse uidetur: facilius siquidem à familiari inimico (ut aiunt) quàm ab externo superamur. Vnà enim cum homine uitiorū & cupiditatum semina nascuntur, crescūtq; indies, & augentur magis, nisi fuerint ratione cognitio- nis suppressa: quæ (ut antea dixi) magno studio & longa exercitatione comparatur. Neq; certe ullam aliam ob causam doctrinæ inuentæ sunt, nisi ut his labe omni expis- ati animi, æuo fruatur sempiterno. Ut enim strenui imperatoris est, uidere prius, qua in re potissimum ab hoste lædi possit, ne ab eodem dum manus cõseritur, meatus op- primatur: sic boni ac docti uiri proprium est, uigilare cõtinuo, ne in culpam aliquam uitiorum illecebris dilabatur: ut Herculem uirum fortem, ac constantem fecisse legi- mus, q̄ uno exciso Iernæ beluæ capite, aliud statim aggrediebatur: ne siquid de uir- tute, timore, uel ignauia remisisset, à tanta ac tam immani hydra absumeretur. Quod si qui docti uidentur, ut ais, qui flagitiose ac intemperanter uiuant, eos ego non do- ctos, sed fures ac latrones appellabo: qui rei accomodata usum lōge aliter percipi- ant, quàm fruendum ac utendum acceperant. Quæ enim doctrina potest esse in his, qui nullum sciētia apud se locum reliquerit: Castos amat, & sanctos musa (ut ait ille) poetas. Præterea duo contraria in eodē esse subiecto nullo modo possunt: quare nec auarum ego, nec libidinosum, nec furibundum, nec turpitudinibus omnibus & de- decori seruientem, sapientem unquam aut doctum appellabo: cum nihil sit tam con- trarium uirtuti, quàm uitiositas ipsa. Iuuenes ait Aristoteles, nō esse idoneos audito- res philosophiæ moralis, quod hi ob ætatem magis æstuent cupiditatum procellis, quibus certe uetamur earum rerum cognitionem habere, quæ ad uirtutem ducunt. Coercendæ siquidē libidines sunt, refrenanda auaritia, & cæteræ animi labe expel- lendæ, si boni & docti, quæ duo simul conspirarunt, haberi uolumus. Vnde Maro po- eta bonum pro docto, non incongrue posuit c̄loga V.

*Cur non Mopse, boni quoniam conuenimus ambo,*

*Tu calamos inflare leues, ego dicere uersus,*

*Hic corylis mixtas inter confedimus ulmos?*

PLA. Venio ego in hanc sententiam pedibus & manibus, sed id mihi mirum ui- detur, quod acute differant, apte loquantur, non incongrue philosophentur, si docti non sunt. RHO. Eadem ratione doctas appellabis picas, psittacos, monedulas, q̄ interdum humanam uocem imitata, apposite aliquid exprimant. PLA. Habentur tamen hi apud uulgum in precio. RHO. Quid: nonne equi, asini, & cætera iu- menta apud uulgum in precio sunt? PLA. Minime uero eadem ratione. Hos enim ueneratur, hos ad summos honores & magistratus prouehit, hos muneribus, hos do- nis afficit. RHO. Quod imperitum uulgus facit, ferendum potius q̄ laudandū cen- seo. Quid, si tibi ostendero ætate nostra ignauos & rudes, non bonos & eruditos, in precio esse? Vacet honor, uacet alicuius dignitatis locus, quis sufficitur? Leno, nebu- lo, adulator, parasitus, delator, sicarius, crassator, fur, sacrilegus, & qui prope nihil ha- bet hominis in se, præter materiam, & eam quidem satis rudem. Boni uero, prudētes, docti, eruditi, ac rerum humanarum non ignari, tanquam manci & inutiles omittun- tur. PLA. Plerūq; etiam uidemus bonos in imperio alijs præesse, ne dicas eruditos semper excludi. RHO. Id si interdum fit, non per se certe, sed per accidens (ut aiunt philosophi) contingit. Verum prætermittamus tandem queri hanc communē ubiq; gentium calamitatem, existimemusq; uiros sapientes, etiam si nullo honore ac præmio fuerint affecti, beatos & felices esse. Sola enim uirtus (ut Stoicis placet) ex sese ad bene beatq; uiuēdum sat est. Nam qui uirtutem adeptus est, ei certe ad summā felicitatem deesse nil potest. PLA. Hoc tñ Peripateticis nō placet, qui nil præclaræ ab eo fieri posse ostendunt, cui ad magnificentiam & liberalitatem facultates & copiæ defunt. RHO. Sentio & ego cū illis, si ad felicitatem ciuilem respicis: loquebamur sane, si bene meministi, de homine sapiēte & pfecto, cuius certe tota felicitas in contēplatione res- rum occultarū & admirabiliū reposita est. PLA. Quid: iste sapiēs, num comedit, num uestibus & latibulis ad frigora estusq; uitādos indiget? Omitto q̄ ad speciē & or-


atum sunt pernecessaria, ut argētum, aurum, egregiam librorū utē siliumq; om̄ium supellectilem. RHO. Hæc pfecto eo facilius à sapiente comparantur, quod pau- cis minimisq; contentus est. PLA. Facis tu quidem hunc hominem à mendico ni- hil differre. RHO. In uno tantum differant, quod hic coactus, ille libens, offiatim etiam si oportuerit, panem medicat. PLA. Non utiq; hoc liberi hominis officium esse puto, cū sine rubore & dedecore fieri non possit. RHO. Imo liberrimi, qui extre- ma quæq; pati maault, q̄ delicijs alijs iniuria partis affluere. PLA. Quasi uero fa- cultates comparari non possint iuste & honeste. RHO. Difficile hoc quidem est, & unum ex his quæ fieri posse uix puto. bilancē semp in manibus habere oportet, & dili- genter attendere, ne examen in hãc magis q̄ in illam partem flectatur: quod quidem fieri cupiditates nostræ nō sinūt. Sumus em̄ fato nescio quo, ad rem auidi, & ita accu- rate diuitijs studemus, ac si annos Mathusalē uicturi essemus. Hinc nēperapinæ, hinc Iatrocina, hinc sacrilegia, hinc peculatus, & infinita mala nascuntur oportet. Quare uir sapiens, & bene natura institutus, has tanq̄ improbissimas dominas dedecoris & turpitudinis declinat, adhæretq; innocentissimæ ac sanctissimæ paupertati, cuius ad- miniculo adiutus, ocio & ingenio suo liberrime fruitur. PLA. Non abhorret à ue- ro quæ dicis: qd alijs cõtingat nescio, sed hoc usu euenire mihi solet, ut facile ab omni studio & cogitatione retrahar, ubi me paupertate & inopia circumuentum uideo. RHO. Hoc est signum ægotantis animi, & uirtutis antidoto nondū bene purgati- deesse tibi pfecto nil potest Platina, si muneribus à natura datis uti uolueris: & si dili- genter cõsideraueris, unde in lucē ueneris, & quo tibi redeundū decurso uitæ tuæ spa- tio. Nudum primo natura te pduxit. Huic tuo corpufculo animū deus & mentē indi- dit, qua tibi ad uirtutē parares oia. In lucem prodies, lacte primo, mox pane fuisti con- tentus. Vita qua fruimur, breuis est, & quidā quasi somnus. Moriēdum est postremo, ut depositū reddamus. Nec timēdum est, qd euitare non possis. Tami stultū est, ut ait Bassus, mortem timere q̄ senectutē: ut em̄ senectus adolescētiam sequitur, ita mors se- nectutem: quanquā si uerum intueri uolumus, nō mortē timemus, sed cogitationem mortis ipsius. Plus em̄ mali est in opinione q̄ in re. Vera quidē ex parte Epicuri senten- tia est, qui affirmabat se parum admodū doloris in illo extremo halitu uidere: quod si quis esset, breuitate ipsa fieri leniorē: diuturnus em̄ esse dolor non potest, q̄ magnus est: qd si quis dolor inest, facillime tollitur, si bene mori didicerimus. Bene aut̄ mori- tur, qui in uita philosophatur. Tota em̄ philosophorū uita, ut ait Cicero, cõmentatio mortis est: nam quid aliud agimus, cum à uoluptate, id est, à corpore & om̄i negotio segregamus animum: quid inquam tum agimus, nisi animū ad seipsum aduocamus, secum esse cogimus, lōgeq; à corpore abducimus? Secernere aut̄ à corpore animum, nil aliud est, q̄ emori discere. Quæ causa igitur est, si principium, si mediū, si finē huma- næ uitæ inspexeris, cur paupertatem detestādo diuitias quæras: quasi uero comparan- dum uiaticū sit, quo postea apud inferos nobis sit utēdum: stolidū siquidē humanum genus est, & brutis animātibus hac in re deterius. Naturæ em̄ illa sese cõmittunt, & eo contenta sunt qd dies quæq; suggerit. Non negauerim ego hominibus lōge aliter ui- uendum esse q̄ brutis: quippe quibus à natura alia uiuēdi ratio inest. Sed hæc immen- sa habēdi cupiditas, humani generis hostis acerrima, om̄ino certe reiicienda & dete- standā est. Comparari diuitiæ & opes non possunt sine multorū iniuria: ex quo fit ut prouinciæ nonnunq̄ & ciuitates funditus deleantur, cū ij rapere, illi quæ suæ sunt re- uocare conantur. Non est igitur timēda paupertas. Nam qui ad naturam uiuit, nunq̄ paup est: qui ad opinionē, ut ait Seneca, nunq̄ diues. Natura em̄ parum desiderat, opi- nio uero multū ac ppe infinitum. Neq; em̄ paup est, qui paucis indiget, & paruo con- tentus est. Satis est aut̄, non algere, nō esurire, nō sitim ultra modū pati. Cibis parcus famē sedat, potio etiā diluta sitim extinguit, uestis frigus arcet: domus imbres, ætus, grandines, inuies uetosq; ppulsat. PLA. Absit ut ego uelim, nedum cupiā diuitias, cum alijs iniuria partas. Semp certe hoc meū fuit institutū, manus abstinentes habere, atq; utinā hercle sic me natura à reliquis uitijs retraxisset, quemadmodū hoc libens & spote deuito. Cupere aut̄ diuitias honeste & recte partas, quibus possis te ac tuos pas- scere, nō ita mihi uidetur à ratiōe alienū. RHO. Si ad necessitatē cupis, & nō ad afflu-

entiam laudo: sed vereor ne eas, tanquam uoluptatum omnium ministras & adiutrices, desideres. PLA. Nō, ita me deus amet. Ad quietem potius, & liberale ocium diuitias cupio, quam ad flagitium & dedecus. Hoc uel ex mea antea acta uita colligere potes, in qua sic uixi, ut nullū mihi insigne facinus ascribi possit. Sed dic q̄so, quare uereri te dixisti, ne ad uoluptatem respicerem? RHO. Consentaneum est, eum qui ab una perturbatione uincitur, ab alijs quoque superari posse. Ratio nimirum ad omnes affectus, diuersis tamen modis eadem est. Quod si molestia carceris, qua uehementer cruciaris, quæq; ad tempus est, leuare te non potest, multo minus à uoluptate retrahet, quæ eadem semper cōstansq; habetur, in iuuetute præfertur. PLA. Exacerbasti profecto uulnus nostrū hac recordatione, cuius dolore eram aliquantulum tuo eleganti ac docto sermone leuatus. RHO. Uulnus appellas quod uix pellē perfricuit. PLA. Pelle inquis? Vtinā non etiam præcordia traiecisset. RHO. Cupio ex te audire, quid incommodi ex carcere patiaris. PLA. Libertatem amisit, qua quidem sublata, non uideo cur amplius in uita esse uelim. RHO. Quam appellas libertatem? PLA. Potestatem eundi uidelicet quo uelis, & redeundi unde digressus sis. RHO. Quid si hæc non libertas est, sed summa plerunq; seruitus? Nonne itur ad stupra, ad furtum, ad incēdia, ad rapinas, ad incestus, & ad cætera flagitia? Vtinam uero genus humanum catenis & compedibus tum reuinciretur, non uideremus certe tot mala, quot indies cernimus. PLA. Itur etiam ad templa, ad phana, in forum, ad amicis officij causam hoc si facere non liceret, non deum certe, non sanctos ex mandato adoraremus, precaremurq; non amicis fraude & iniuria circumuentis subueniremus, non patriæ consulendo uel agēdo auxiliaremur: non ad affines, ad cognatos, ad parentes ex officio uisendos proficisceremur, non publica & priuata negocia obiremus. RHO. Duplicem esse seriem rerum non ignoras, mali & boni. Ad malū natura humana inclinata & prona est: si ad bonum itur, id ex mandato summi dei & ratione fit. Quare ad quod proniores natura sumus, cū id maxime periculosum sit, ab eo magis minis & pœnis omnibus coerceri debemus. Nam si secus fieret, omnes profecto licentia deteriores essemus. PLA. Ex te audire cupio, quæ sit uera libertas. RHO. Sancte ac iuste uiuere, multis prodesse, neminem lædere: ea demum est uera libertas: hac uero quicumque est præditus, seruus uel captiuus dici nullo modo potest, etiam si terribilissimo carcere & grauibus catenis detineretur. Cupiditate enim & turpitudine non alia ui, libertate sua priuatur animus. Hinc illa certe perpetua concertatio inter hæc duo contraria oritur, tanquā inter hostes acerrimos, cum uoluptas trahere in partes suas appetitum uiribus omnibus nititur, contra uero animus rationi bene consentaneus, eundem ad se reducere & emēdare conatur. PLA. Sit ita sane, ut dicis, multis tamen commodis priuatur ad bene uiuēdum, qui tanta miseria premitur. RHO. Quænam sunt ista cōmoda? PLA. Consuetudine & familiaritate amicorum uti. RHO. Qui sunt aut quos amicos uocas? PLA. Qui æque me diligant ac seipsum. RHO. Erras Platina, & quidem uehementer, si tales hac ætate habituræ te existimas: quis enim istorum fuit, quos tibi amicos putas, nō dico qui sanguinem, sed qui uel minimam quidem fortunarum suarum partem pro tua salute sponte obtulerit? PLA. Non sit: de iniuria mihi à Paulo illata questus sum, redimere me tanquam bello captum, aliorum pecunia debui. RHO. Est ita sane, ut dicis, quod tua atque omnium literatorum causa Pius secundus instituerat, hic doctorum omnium hostis rescidit & abrogauit, gloriæ Pij non minus quam utilitati tuæ aduersatus: sed quis istorum te inuisit? quis tibi ad uictum & cultum corporis necessaria obtulit? PLA. Primum fieri, timor fortasse uetuit: Secundum tua munificētia & liberalitate eis præripuisti ne facerēt. Omnia enī mihi ad traducendā uitam necessaria, abs te suggeruntur. RHO. Qualē eum in grauiſſimis periculis futurū existimamus, qui uel leui timore ab officio remouetur? PLA. Nemo est enī qui uel in principijs huiusmodi perturbationū nō moueatur. Ad se uero ubi redijt homo, in officio, si uerus est amicus, remanet. RHO. Ex hoc autem cernere licet, horum neminem tibi amicum esse, quod neq; ad se, neque ad te adhuc redierit nemo. Vtinam uero fuerint tibi non inimici. Vereor enim ne sui purgandi causa in te unum fabam omnem cuderint.

PLA. Quam fabam? Hoc solum deferre potuerūt, me acerbe nimium fortasse questum esse: id mihi ui ablatum, quod ego pecunijs & industria mea pepererā. Nullum insigne facinus mihi impingī potest, non furtum, non stuprum, nō latrocinium, nō incendium, non prophanatio templorū, non homicidium, non proditio. Hoc autem ita esse, ex mea antea acta uita comprehendi potest. RHO. Res profecto perinde ac sunt, non semper accipiuntur. Hoc tamen unum fateare oportet, amicum te nullum habere. PLA. Fortasse. RHO. Quid fortasse? Orestis ne & Pyladis atq; aliorum, quos poetæ & oratores laudibus in cælum tollunt, similem te amicum inuenturum existimas? Vera est illa Theophrasti certe sentētia, qui præpostere officia pmiseri ab his cenſet, qui cum amauerint iudicant, & non amant cum iudicauerint. Hoc enim sapientis est proprium, qui etiam seipso contentus esse potest, non ut amico carere uideat: sed si id acciderit, ferre æquo animo sciat & possit. Neq; mea quidem sententia audiendus est Epicurus, qui nil boni obijcit, quod dicat sapientem se ipso contentum. Scipionis & Lælij amicitiam laudo, non eorum beneuolētiam, quæ cum fortuna stat & cadit. PLA. Nollem ego tam obstinatos amicos. RHO. Vtinam quidem inuenias, qui pro libertate tua quadrantem, nolo dicere aureum nummum, pollicerentur: diffugere omnes passim, ut uides, qui te in carcerem coniectū intelligunt: & quos amicos putabas, ingens circa te solitudo indicat. Quid, quod ne nomen tuum quidem efferre audent, ac si Dianæ Ephesiæ templum incendisses? PLA. Mihi tamen est periucundum eorum consuetudine frui: loquimur simul ad uoluptatem & utilitatem multa: de rebus præterea quæ quisque legerit, audierit, commētus fuerit, in medium ueri inueniendi gratia \* confert. RHO. Si docti, si prudentes, si boni, fateor eorum consuetudinem tibi iucundam uideri. Verum hæc rara est auis, nigroq; (ut ait poeta) simillima cygno. Pauci ætate nostra sapientiæ student, quod eam nullo in pretio esse uident. Prudentiam uero & probitatem tanquam duo grauiſſima paupertatis ergastula deuitant, quod cernant diuitias, honores, imperia, magistratus, potestati improborum & imprudentium subijci. PLA. In omni quidem uirtutum præclarissimarum serie (ut uideo) paucos bonos reperies: pauci sunt iusti, pauci constantes, pauci continentes, pauci prudentes, pauci sapientes ac docti. RHO. Paucos uocas: imo ferme nulli sunt. Quis enim omnium est qui uel ex alieno rapere, uel uoluptate & libidinibus frui non gaudeat? Quis item adeo fortis & prudēs est, qui non aliquando timiditate & imprudentia de gradu deijciatur? Quis postremo est ita laborum & uigiliarum patiens, ut reiectis uoluptatibus, omni uelit doctrinam & sapientiam sollicitudine ac studio complecti? PLA. Vnde istud dic quæso? RHO. Duæ nobis de ratione uiuendi deliberantibus uia offeruntur: quarum altera ad uoluptatem, altera ad uirtutem ducit. Prima uero lata est & prona, uoluptatumq; omnium illecebris unde quaque septa, cuius finis, humani generis calamitas & perniciēs est. Eo nanque maxima pars hominum deuoluitur, cupiditatibus & libidinibus allec̄ta, quibus inesse ultimum bonorum omnium finem existimat. Hinc infinita mala nascantur oportet: Rapinæ, ut habeant ad uoluptatem instrumenta: stupra, incestus, adulteria, ne tranquillatione libidinis careant. Fraudes, periuria, doli, proditiones, calumniæ, maledicentia, ut indolentia careant: stultitia, timiditas, iniuria, malitia, ne quid eis ad id quod summum bonum falso putant, in uita desit. Tu uero cum humanum genus tot improbis dominis & tyrannis dedecoris ac turpitudinis obtemperet, mirabere si ut in cloacam præcipitium uitiorum omnium deferatur? Secūda autem quæ ad uirtutem ducit, ardua & aspera: cuius quidem latera confragosis rupibus & altissimis scopulis sunt munita, ne per diuerticula digredi ab honesto ullo modo liceat. Hæc nobis uigilias, æstus, frigora, sitim, famem, continentiam, integritatem, & labores fere infinitos proponit: quibus superatis, quod paucis admodum contingit, in arce ueræ, constantis, & perpetuæ felicitatis nos collocat. Vnde certe cum tranquillitate & ocio ea licet intueri, quæ nobis quidem durissima uidebantur. Hac qui proficiscantur, ut ait poeta Hesiodus, pauci sunt. Sumus enim, nescio quo fato, à laboribus ad libidinem prostrati. Hinc est autem quod posthabita uirtute, squaloris & sudoris plena, uoluptatem furo illecebrarum omnium ornatam sequimur & amplectimur fere omnes.



PLA. Philosophantem te ac differentem profecto libenter audio, quod in te esse summam doctrinam, singularemque sapientiam intelligo. Verum in deligendo qui me ipsum amet, ago ut queo, quando ut uolo non licet: modo enim habeam quo cum de rebus meis aliquid loqui possim, ut mecum: aequo animo fero, si non Patroclum & Achillem inuenio. RHO. Utinam non saepe de rebus alienis loqueremini. Nam si deambulatis recreandi animi & corporis gratia, totus sermo uester in maledicentia consumitur. Hunc absentem carpitis, illum transeuntem deridetis: signauum docto, stolidum prudenti, libidinosum continenti, auarum liberali, falso iudicio saepe praefertis. Ad templum si uobis ire contigerit, quod perraro, nisi pluuia (ut aiunt) ingruerit, fieri solet, non rei diuinae, religiose, sancte ac caste uacatis, ut uobis quidem dei mandato imperatum est, sed aut procamini, si puellae & matronae adsunt: aut canentem uel legentem sacerdotem, utpote ineptum & rudem, subsannatis. Si quem uero intensius orare uideris, hominem hypocrisis notatis. Cogitandum autem & curis oppressum, & ob eam rem minus attente quod legitur audientem, phanaticum & haeticum appellatis. Itur in forum iudiciale. Eo certe ubi uentum est, non praetoribus, non iudicibus, non causidicis, non patronis, non clientibus parcitis. Quid plura? nil ferme uidetis cui a uobis nota aliqua non inuratur. Non dico quot mendacia, quot tabellae ad fallendum & deridendum fingatis. Demum inde redeuntes, conuiuia ad crapulam & ebrietate celebratis, quibus certe fit, ut libidine incitati, ea flagitia cum magno uestro discrimine committatis, quae ego praepudore & stomacho nominare non audeo. Haec autem non ideo tibi a me dicta sunt Platina, quod existimem te morbo maledicentiae & dicacitatis laborare, sed ut minus moleste feras talium amicorum consuetudine priuari: ea enim in te sunt ingenij & doctrinae ornamenta, ut tibi ipsi uel legendo uel scribendo aliquid memoria dignum possis esse uoluptati: & quidem magna, cum hi quos legis, iussi tacere taceant. Quod certe non idem tibi cum socijs contingeret, qui plerumque adeo proterui & loquaces sunt, ut cum beluis malim quam cum his uersari. PLA. Recte sane: at ego talium uirorum amicitiam, ut teterrimam quandam pestem uitauit semper: delegique quoad fieri potuit, qui earum rerum mecum studiosi essent. Illae uero comestiones lautae, quae libidinum maximarum fomenta sunt, nunquam mihi uel natura uel instituto placuerunt: laedere quempiam uel dicto uel facto, nisi laceffitus, caui semper. RHO. Serpunt (ut nosti) contagia, difficile siquidem est in pistrino uersari absque farinae contactu. PLA. Leniuisti tuis uerbis aliquantulum hoc desiderium, quo ego ardebam uidendi amicos, non tamen omnino mihi persuasisti, ut malim carcere detineri, quam quod uelim, & officium meum exigeret, abire. RHO. Quod uocas officium? PLA. Maiores natu, & qui in aliquo praclaro & excelso dignitatis gradu sunt constituti, salutare & uenerari: aequales diligere & amare, inferioribus bene consulere, eosdemque quibuscumque rebus possis iuuare. Quod fieri nisi ab homine libero non potest. RHO. Si monstra hominum salutas, si eos diligis, qui uel maximo odio digni sunt, si illos iuuas, qui ita uiuunt, ut nullum auxilium sint meriti, officio te functum dices, cum officium sit, quicquid hominem decet? PLA. Nimum haec ad uiuum refecas Rhodorce, imbecillitati hominum siquidem ignoscendum est. Non enim cum bonis semper & plane sapientibus uiuitur. Praeterea ut illi meas ineptias plerumque tolerant, sic ego uicissim illorum mores & naturam ferre debeo. RHO. Placeret mihi hoc tuum de tolerantia responsum, dicereque te iam ad sanitatem rediisse, si molestiam carceris qua maxime te perturbari uideo, patienter & aequo animo ferres: sed cum frustra adhuc nisi hic sermo sine ullo emolumento sit consumptus, tandem ego te missum faciam: functus sum (ut arbitror) officio meo, tu tuum facies, si te ipsum ratione & patientia consolabere. PLA. Cruciat me profecto hic tuus discessus. Conspectu enim tuo suauissimo & graui recreabar mirifice. Sed unum te rogo, ut aut ad me cras, si tibi per otium licet redeas, aut saltem aliquid consolatorie scribas, quo minus doleam, tua dulcissima consuetudine caruisse. RHO. Primum ego tibi affirmare non ausim, secundum me facturum re-promitto. Apertius enim mecum epistola loquerere quam adhuc coram fecisti, uerecundia aliqua fortasse detentus.



*A*ristippum philosophum Socraticum, beatissime pater, ferunt aliquando ad Rhodiensium littus graui naufragio eiectum fuisse, ibique dum non sine magna sollicitudine cogitaret, quanto in discrimine fuisset, uidisse in arena figuras quasdam geometricas, atque ita ad comites, moerore posthabito, hilari uultu exclamasse, bene sperandum esse: nam & hic quoque hominum uestigia cernimus. Is Rhodum profectus, cum publice in gymnasio docte & acute disputasset, pluribus muneribus donatus est, quibus & suam & sociorum iacturam, magna ex parte leniret. Cum ij uero desiderio suorum redire in patriam statuisset, rogarentque Aristippum, conductum precio Rhodi mansurum, nunquid uellet: Tum ille, dicite, inquit, ciuibus meis, Nullam maiorem hereditate tradi a parentibus filijs posse, nullum maius uaticum, quo etiam in naufragio sint tuti, quam si eos honestis artibus optimisque disciplinis imbutos reliquerint. Verum est certe quod Theophrastus ait, solum ex omnibus doctum, neque in aliena patria peregrinum, neque amissis familiaribus & comitibus, carere amicis posse: quos etiam nobis, licet incognitis, uirtus ipsa comparat, non pecunijs, non opibus, non potentia, non armis, sed doctrina & cognitione rerum munita. Haec enim sola quocumque ierimus, nos comitatur, nos ducit, nos reducit. In periculis quoque ueluti clypeus, hostium & aduersariorum uenientes in nos ictus, propulsat. Ad fortitudinem cohortatur: docetque nil in uita tam graue homini uel calamitoso esse, quod ferri constanti animo suo adminiculo non possit. Haec Socrati fortitudinem in molestia carceris & mortis praestitit. Haec patientiam Regulo dum cruciaretur a Poenis. Haec Senecae, haec Boetio dum mors eis proponeretur, constantiam attulit. Pleni sunt libri maiorum exemplis & praecipis: quibus certe ita ad uirtute incitamus, ut iam maiora calcaria habere non possimus. Omitto Platonis amplitudinem & uim, qui immortalitate animorum ita expressit, & mortem laudauit, ut Theombrotus cupiditate aeternitatis lecto Phaedone, e moenibus urbis se in mare precipitem dederit. Illud dico, Socratis, Zenonis, Aristotelis, Ciceronis, Senecae, Pauli, omniumque doctorum nostrorum praecipia, ita nos continuo ad uirtute animare, ut uere (deo ipso excepto) his magis quam parentibus nostris debeamus: ab his enim ut essemus, ab illis ut bene uiueremus, accepimus: quanquam uero & ab ipsis Atheniensibus plurimum laudis parentibus illis tribueretur, qui curarent ut filij optimis imbuerentur artibus. Quam obrem beatissime pater, illis multum me debere profiteor, quorum opera hoc parum eruditionis consecutus sum. Haec enim fidelissima comite & adiutrice, for-

tunis omnibus spoliatus, & molestiam carceris, quæ diuturna fuit, & cruciatibus pedum ac brachiorum, & minas crudelissimorum carnificum, mea etiam innocentia fretus, constantissime tuli: arbitratus id quod est auctoritate Senecæ comprobatum, Maiori mihi laudi hanc calamitatem aliquando fore, quam illi fuerit sua felicitas, si licentia peccandi dici potest, cuius arbitrio torquebar & cruciabar. Venerat tum ad me Theodorus Gaza, doctrina & moribus philosophus insignis, cuius erudito sermone mirifice sum delectatus.

Theodorus, Platina.

**V**BI nam es Platina? PLA. Hem Theodore, quid huc uenisti relicto gymnasio tuo, in quo certe nulla mœroris, nulla calamitatis facies inest? THE. Ut te uiderem & consolarem, quem ex Rhodoricis intellexeram aduersam fortunam ferre nullo modo posse. Is enim ut ab eo accepi, totum hesternum diem, ut te consolaretur, frustra insumpsit. Tentare uolui, posset ne mihi usum uenire, quod plerisque medicorum solet, qui una uel leui medicina ægrotos, aliorum tamen cura & diligentia bene prius curatos, plerumque sanant: unde fit, ut ex aliorum industria laudem sibi cum emolumento pariant. Scio Rhodoricum uirum quidem optimum atque eruditum, nil prætermisisse, quod fidem tibi hac in re faceret. Verum plus in uno plerumque felicitas ualet, quam in altero industria & doctrina, ut de imperatoribus dici solet, à quibus felicitatem magis quam rei militaris scientiam desideramus. PLA. Multum tibi Theodore debeo, qui pro humanitate & gratia me omnium qui uiuunt, miserimum adire consolandi causa uolueris, cum nulla mea erga te præcesserint merita. Rara est profecto hæc misericordia. Gradus enim nullus ab hominibus nostrorum temporum excogitatur, nedum sit, in quo spectata utilitas non sit. THE. Neque ego quidem pedem domo efferrem, nisi mihi propositum præmium uiderem. Non est fraudandus quispiam mercede laboris, ne segnes ad res agendas ingratitude fiamus.

PLA. Quorsum eas, intelligo: uisere infirmos, solari calamitosos, errantes in uiam rectam deducere, famelicos pascere, nudos uestire, præmium illud æternum querere est, non hoc fragile & caducum. THE. Ita est sane, sed dic quæso cur in hunc angulum secesseris. PLA. Ut horum qui mecum eadem miseria premuntur, eiulatus & querelas uitarem. Sed mihi certe contigit, ut nauigantibus in freto Siculo, qui dum scyllam uitare cupiunt, in charybdim uitempestatum & procella deferuntur. Nam cum mecum tacitus mente reuoluo, in quantam inciderim calamitatem, ita plerumque mente & animo crucior, ut uitam mihi acerbam putem. THE. Credidistem ego te profecto ob eruditionem & doctrinam, utranque fortunam constanter & pulcherrime laturum. Sed quid inter te & hos differat non uideo, nisi quod docilitatem quandam natura tua magis præ se fert. Age uero dic, quem uoces calamitosum. PLA. Omnium miseriarum cumulo oppressum. THE. Quas uocas miseras? PLA. Inopiam, captiuitatem, uincula, tormenta, cruciatus, minas, ualeitudinem, extorrem domo ac patria esse, & quæ hæc sequuntur, ut sitim, famem, frigus, à fratribus, à cognatis, ab amicis omnibus desereri, & animo ac mente angere. his certe qui premitur, non uideo quid habeat cur in uita esse uelit. THE. Nimium te abijcis Platina. Dic obsecro, cur literis te & philosophiæ addixisti? PLA. Ut scirem certe. THE. Imo ut constanter & cum uirtute uiueres. Ut enim ad sananda corpora ægrotantium medicina inuenta est, sic philosophiæ præcepta illa à sapientibus tradita sunt, quibus animorum nostrorum ægreditudinibus & perturbationibus mederemur. Quod fieri certe sine doctrina non potest: nam ut ager sine cultura infructuosus est, sic sine doctrina animus. Cultura autem animi philosophia est, quæ omnium artium mater & donum deorum (ut ait Plato) uitia e mentibus hominum radicitus extrahit, & præparat animos ad habitus bonorum suscipiendos. Hoc unum studium certe liberale est, hoc est homine libero dignum, cætera uero pusilla & quodam modo puerilia sunt. hæc enim bonorum malorumque delectum præstat. Hæc uetat superbum esse, auarum, libidinosum, intem-

perantem, contumacem, perfidum, crudelem, mædacentem: hæc eadem docet quid quæ tempore sit agendum, quaque ratione futuris præterita sint annectenda: quod quidem fieri sine cognitione multarum rerum non potest, quæ merito doctrina uocatur.

PLA. Quid philosophari igitur nil aliud erit, quam in carnificina quadam calamitatum omnium uersari? THE. Ita sane. PLA. Hinc fit ut ego parentum meorum stultitiam mirer, qui me ad studia cum dispendio etiam rei familiaris, tanquam ad ergastulum miseriarum omnium, misere. THE. Ad labores quidem mi Platina, non ad delicias, nati sumus. In uitam enim tanquam in theatrum quoddam descendimus, ubi nobis continuo luctandum est: nec aliquid de uirtute remittendum præmiorum & gloriæ cupidis, quæ nobis profecto uitam in cælo sempiternam parant. Multi sunt enim circumquaque hostes, multi latrones, multi crassatores: quibus omnibus ea profecto mente obuiam est eundem, ut malis fortiter & constanter mori, quam uel turpitudini, uel iniquitati, uel ignauitæ, uel timiditati, uel desperationi cedere. Legimus heroes, Herculem præcipue ac Theseum, labores sibi maximos & periculosos in uita delegisse, quibus certe & gloriæ bene de humano genere meriti consulere suæ: & præmium non fragile ac caducum, sed perpetuum & immortale apud deum consequeretur. Nam qui uitiorum agmina in nos continuo ruentia propulsat, quique spem, metum, inanem lætitiâ fugat, is deo similis quoad fieri potest, euadit. Contra uero qui uitium cesserit, uelque uitam egerit intemperantem & libidinosam, is tandem in præceptu deuolutus uel ignauissimis etiam hostibus triumphum de se cum perpetua ignominia relinquet. His rationibus parentes tui fortasse moti, te ab adolescentia eo misere, unde uirtutem & sapientiam reportares, arma certe ad expugnandum humani generis hostem acerrimum, & in perniciem nostram semper aliquid molientem. PLA. Licet ne mihi Theodore libere tecum loqui? THE. Licet profecto. PLA. Videntur mihi deterioris esse conditionis, qui docti sunt & contemplatione rerum delectantur, quam qui rudes, & animum raro ad cognitionem rerum traducunt, muneribus à natura datis fruuntur, de futuris parum admodum solliciti. Suo enim contenti & paruo. Ii minus sentiunt corporis molestias, ut sitim, famem, frigus, calorem, laborem, defatigationem, minus etiam angores animi & curas: ut spem, metum, gaudium, lætitiâ: non quid sibi conueniat, neque quid alijs debeat, multum curantes. At uero qui liberalibus disciplinis sunt imbuti, contrarias qualitates acutissime sentiunt. Est enim eorum subiectum delicatius & mollius: & sensus habet ad cognitionem rerum promptissimos. His nempe tanquam instrumentis quibusdam animus contemplatione agitur continuo utitur, quibus album à nigro, amaram à dulci, frigidum à calido, consonum à dissono separat. Hac mentis & corporis continua motione fit, ut miserimam uitam agere uideantur, cum persæpe etiam intelligant, se ludibrio esse, à quibus honorem mererentur. Fieri quidem non potest, ut ignarus & rudis sapientem ac doctum diligat & obseruet, cum nihil tam sit contrarium doctrinæ, quam incitiam & ignoratio. non dico certe quod dolore animi angatur, cum uidet amentem prudenti, intemperantem modesto, timidum forti, iniquum iusto, inertem laborioso, petulantem pudenti, sceleratum pio, in honore & emolumentis præferri. Quare fit ut nonnunquam uicem meam doleam, quod meo Marte id expugnauerim, quod postea mihi detrimento futurum esset. Satius nimirum fuisset quiete uitam agere, quam tanto studio & labore inuestigare, quo postea cruciarer adepto. rusticos quidem & plebeios istos cernimus, qui procul ab omni ambitione sunt, quique presentibus quibuscumque utuntur, de futuris parum solliciti, solida ac integra habere corpora, uenatu, aucupio, labore exercitata: quibus postea si opus fuerit patriæ ad propulsandos hostes, amicis ad negocia obeunda, domesticis ad ea comparanda quæ usui hominum sunt accommodata, utuntur. Nos uero studiofa turba, qui nobis ad uoluptatem, ut mihi uidetur, miseras & calamitates cõfingimus & proponimus, adeo sumus ocio & umbra remolliti, ac imbecilles facti, ut quinto quoque die sumere pharmacum in choleram, in pituitam, in melancholiam oporteat. Frequenter enim laboramus catharro, lateæ & stomachi dolore, podagra: qui quidem morbi solent ex nimio ocio exoriri, cum corpus exercitatione & labore semoto, exhalare superflua non permittitur. Hinc (ut ait poeta)

subeunt morbi, tristisque senectus,  
Et labor, & duræ rapit inclementia mortis:

Virgilius  
in Georg.

quibus fit ut neq; reip. neq; nostris, ubi & quando oporteat, auxilio esse possimus.  
 THE. Si putarem te ex animo loqui, dicerem id certe tibi contigisse, in alia re tamē, quod Neroni aiunt. Quem accusare disciplinas solitum ferunt, quod ab his unde humanitas continuo fluit, crudelior & immanior sit factus. Manauit certe inaudita illa & efferata iniquitas ex inscitia potius & stultitia, quā ex eruditione & doctrina. Fieri siquidem non potest, ut malum per se ex bono oriatur, neque uicissim ex malo bonum. Malum enim non ex bono, & bonum non ex malo suo ingenio nasci uideamus. Legerat ille credo ex Homero & Marone Troianum incēdium: ex tragicis crudelitatem Atrei, Herculis, Aiakis, Athamantis furores, Achillis iram & crudelitatem, Vlyssis malitiam, Oedipi inhonestum, Sinonis fraudem, quæ omnia à poetis ea mēte p̄scribuntur, ut legentium animos à uitijs certe & crudelitate, quam ipsi detestantur, remoueant: & ad uirtutē quā tantopere extollunt, adhortentur: tota em̄ poesis nil aliud est, quā laus ipsa uirtutis. Proinde seipsum immanis illa belua, & non eruditionem accusare debuit: quæ bonum, meliorem semper fecit: malum uero, si nō potest in rectam uiam traducere, ut inutile à se reijcit. Te uero ea mente tantummodo loqui existimo, ut ex me boni aliquid elicias. Proposita enim desperatione, arbitraris me nōnihil medelæ tuæ ægritudini statim inuenturum. Faciam ego uero tibi hac in re quoad poterō, satis. Primum igitur ex te quæro, putes ne hanc sciendi cupiditatem humano generi frustra innatam esse? PLA. Minime uero, cum omne quod est, ad aliquid factum esse uideatur. THE. Recte sane, si ita est, quarum rerum causa inuentam doctrinam putabis? PLA. Earum certe, quæ utiles sunt & necessariae in uita. THE. Quæ sunt ista utilia & necessaria? PLA. Parentes iam grandes natu pascere, filios nutrire, amicis prodesse, iustitiam colere, fortitudinem retinere, modestia uti, prudentiam sequi, patriam quibuscūq; rebus possis iuuare. Rem familiarem ita procurare, ut & tuis satisfacere, & in alios munificus esse ac liberalis possis. THE. Est & hoc quidem aliquid quod dixisti. Sed alia quædam maior causa subest, quare tot clarissimæ disciplinæ sint inuentæ. Meministi credo dicti illius Socratici, quod e cælo descendisse quasi rem diuinam scribunt poætæ, Cognosce te ipsum. PLA. Memini. THE. Cognoscere se ipsum qua ratione quis poterit, ni fuerit disciplinarum omnium sacris initiatus: Ex his enim unde in lucem ueneris, & ad quid ueneris, & quo tandem rediturus sis, aperte intelligis: quod non faciunt ij, qui doctrinarum & eruditionis expertes, uitam agunt in terris prope magis beluarum quā hominū more. Quibus hoc certe à natura datum est, ut eo mentem p̄fæpe flectant, unde id habuere, quo à cæteris animantibus distarent. Quare non ineleganter Naso poeta, quid brutis, quid hominibus conueniret, diuinis illis carminibus ostendit:

Metamorph. 1.

*Pronaq; cum spectent animantia cætera terram,  
 Os homini sublime dedit, cælumq; uidere  
 Iussit, erectos ad sidera tollere uultus.*

Primum consideret homo necesse est, quibus ex rebus constet, quod fieri sine philosophia nō potest. Vnde uirtutis studium nascitur, quod animis medetur, ut ait Cicero, inanes sollicitudines detrahit, cupiditatibus liberat, pellit timores. Quare bene à Socrate dictum est, inter baiulū & Alcibiadem summo loco natum, nullā esse differentiam, si uirtus absit. Deinde cōsiderandum est, quis sit autor tot rerum præclarissimæ, quot in mundo sunt: eo quidē mens nostra nunq̄ conscēdet sine gradibus mathematicarum disciplinæ. Inde rediēs, cognita illius loci excellētia, in quo habitāt q̄ dum in uita erant, cōtemplatione rerū sunt delectati, quiq; integre, caste ac sancte uixerūt, absterfa oīm flagitiorū macula, ita uirtuti te addicis, ut maximos etiā labores honesti causa magnis uoluptatibus sine cōtrouersia anteferendos cēseas: qd̄ profecto non faceres, nisi plus emolumentum ex honesta uita sumptus te, q̄ ex flagitiosa & intemperanti arbitrareris. Non sunt, mihi crede, spernēda munera nobis à natura data. Ad cognitionem siquidem rerum maximæ & admirabilium, non aut̄ ad ocium & segnitiam, nati sumus. Eneruari corpora studiosorum nunq̄ ego moleste tulerim, modo animo & mente ad contemnendam mortem, ad tolerandos dolores, & ferendas æquo animo calamitates, quæ Indies humanum genus inuadunt, cōstantes sint & fortes. Hæc est

mi Platina uera fortitudo, non illa gladiatoria, qua plebeios & rusticos in uenatione & aucupio uti dicis. fortem ego dixerim Socratem, Zenonem, Camillū, M. Regulū, Curiū, Fabricium, Catonē, qui neq; minis, neq; tormētis, neq; pollicitationibus adduci unq̄ potuerunt, ut à recto & honesto discederēt. Non negauerim ego robur corporis ad res agendas q̄ maxime necessariū esse: & nē à Cicerone dissentiam, exercitādum etiam corpus affirmauerim, ut & cōsilio & rationi possit obedire. Sed oīs nostra cura circa emendationem appetitus & cupiditatū nostrarū habenda est: ne si eum uagari latius siuerimus, multitudinem uoluptatū obruatur animus. Bene agere præterea & philosophari, tantum iucunditatis in uita affert, ut docti ac sapiētes minus certe moleste ferant, ignauos & rudes tanq̄ rerum omnium inopes & minus uaticii habentes, sibi in honore & fortunæ bonis præferri. Sed dicant ij ut Agamemnon apud Homerum,

*επαρ̄ ἐμοί γε καὶ ἄλλοι, οἱ κε μὲ τιμῶσαι μάλιστα δὲ μητιέτα ζεύς.*

Ilia. 2.

Virtus em̄ (ut Stoicis placet) sola per se beatū hominē facit. Quod aut̄ studiosos ægritudinum uariarū agmine dicis quotidie inuadi solere, ex te uelim scire, cum improbis ne inducias habeant. Quos certe, si diligenter animaduertis, utpote intemperantes & immodestos, frequētius cruciant. sed hoc ideo minus apparet quod ignobiles sunt, quodq; etiam fuo merito affligi putantur. Bonis aut̄ qui rari habentur, si quid acciderit dolemus, q̄ ea calamitate minime dignos existimamus. Verū ij quoq; uaria morborū genera incurrunt, cum quia & ipsi inæqualitate humorū laborant: tum uel maxime, quod posthabita huius fragilis & caduci corporis nimia cura, sese totos ad cultū animi transferūt. Malunt em̄ castigato corpore cum deo sentire, q̄ ipsi uoluptatibus cum dedecore & detrimento obtemperare. Robur illud rusticum cōtemnunt, & pro nihilo habent, quod animis nostris ad cognitionē rerum maximo sit impedimento. Est em̄ corpus (ut Platoni placet) σῆμα τῆσ̄ ψυχῆσ̄, id est, sepulchrū & carcer, unde anima per sensus tanq̄ per fenestras rerum naturā contemplatur & cernit. Hoc facilius nimium in illis corporibus fit, quæ urbana sunt & ciuilitate enutrita. Nam molles carne, aptos esse mente scribit Aristoteles. Dices fortasse eos minus sentire cōtrarias qualitates, & ob eam rem minus dolere, non eo inficias. Minus etiā sentiunt quid honestum sit, & quid deceat in uita. Collige itaq; te Platina, & bene tecū actum putā, q̄ ita infestus sis, nisi te ipsum deseris, ut per facile oēs fortunæ ictus ferre ac propulsare possis. PLA. Quid em̄ me colligam: quia ita malignitate fortunæ opprimor, ut uix queam respirare. THE. Quos uocas ictus fortunæ? PLA. Inopiam, captiuitatē, uincula, tormenta, extorrē domo ac patria esse. THE. Quare inopem q̄so te existimas? PLA. Quia oīm humana ac diuina ope careo. Nullum est mihi patrimonium: & si qd̄ est, id est perexiguū: nulla priuata pecunia, non domus, non supellex rum librorum, tum rerum utensiliū: rara uestis, & quidē attrita. Hinc oritur ut nemini charus sim: & quod peius est, ab omnibus ferme irridear: tanto em̄ ætate nostra pecuniæ in honore sunt, ut pro monstro habeatur, qui spretis fortunæ bonis, uirtutis & cognitioni rege addixerit: hunc ut phanaticū, ut prophanū contemnunt, deuitant, inspuunt oēs: diuitem uero salutant, comitantur, reducunt, circumstant officij causa. THE. Aut em̄ pauper, aut in magnis opibus natus es: si pauper, nil tibi fortuna abstulit, cū nihil habueris: si diues, id suo iure repetere potuit, qd̄ uel tibi uel parentibus tuis ad tēpus commodauerat. Sed quid habeas cur de fortuna queri possis, non uideo, cū nihil tibi in uita adhuc defuerit, quod uel ad necessitatē corporis, uel ad ingenij cultū ptineat. Nullum esse tuum patrimonium dicis: Age dic quæso, unde uixisti? Nullā pecuniā: unde tibi necessaria in uita usq; ad hanc ætatē cōparasti? Nullā domū: ubi habitasti? sub diuone, an sub tecto? Nullā supellectilē: non Diogenico more uixisse te, tuus iste nitor urbanus ostēdit. Nullos libros: unde literas didicisti? diuinitus ne uestē raram: satis est si pluiā & imbres propulsat. Quid, fortunæ ne debere te plurimū negabis, quæ ex patrimonio & pecunia aliorū subtrahit, quod tibi cōdonaret? Vixisti profecto, si uerū fieri uis, suo beneficio sine ulla animi molestia. Diuites em̄ & præpotentes (ut Ciceroni placet) non solū libidine augendi ea quæ habent cruciātur, sed etiam amittendi. Fundum itaq; familiarē, q̄ diligenter colant oīm cura exquirūt: grandinē, inuestitiuum frigus, nimia siccitatem, uehementes & longos imbres continuo timent: de serui fura



citate & fuga, deq; rustici negligentia, de boum & pecorū interitu, de incendio uillæ  
 continuo solliciti. Si bellū aut exortum fuerit, incursiones hostiū ueriti, triste aliquod  
 nunciū semp expectant. Pecuniā magno labore partam, uarijs insidijs ab oībus cōcu-  
 pitā, magno uident esse in discrimine, siue eam domi custodierint, siue aliorū fidei cō-  
 miserint, cū nec serui, nec filij, nec cuiusuis alius exploratam habeant fidem. Expilant  
 nanq; serui, dilapidant filij intemperantes, ac perfidi decoquunt atrienses. Dñi inde  
 respicientes, eam uel augere uel reficere pro dignitate magna impensa nonnunq; co-  
 guntur. Supellectilē uero domi & diuitijs congruentē, suis uident p̄necessariam esse.  
 Hoc emunt, illud p̄mutant. Multa reficiunt negligentia & stultitia seruorū conquisi-  
 tata & diffracta. Vestire familiā, pascere seruos, enutrire filios, cū magno dispendio co-  
 guntur, p̄sertim si bellum & annonæ caritas, duo grauissima mala, ingruerint. Soluere  
 aut tributum, pendere uectigal graue & onerosum plerunq; impelluntur. Omitto cō-  
 memorare quot piculis continuo caput obijciant, cum hunc à latronibus, illi à furi-  
 bus, multos à seruis domesticis, plerosq; etiā à coniugibus & liberis ueneno & ferro  
 interfectos ob diuitias sciamus. Horum periculorū beneficio fortunē nullū capiti tuo  
 imminet. Dormis ad multā noctem sine cura. Iter quo placet, secure carpis. Legis, scri-  
 bis, nec de tuo, nec de alieno sollicitus. PLA. Hominē pingis Theodore qualē ad-  
 huc uidimus neminē. Quod si quis est qui se fortiorem in contemnendis fortunæ bo-  
 nis ostendat, eum certe fatebor aliqua ex parte occultare posse animi secretā pauper-  
 tatem uero quā tātopere laudas, probare ex animo nullo modo posse. Ego (ut de me  
 loquar) nunq; adeo sum curis & sollicitudinibus uacuus, qn̄ totus à me ipso discedam,  
 ubi eius mihi in mentem uenit: non legere, non scribere quicq; possum memoria di-  
 gnū, quandoquidem omnia ad uictum necessaria mihi deesse uideo. Dices, fat scio  
 me tñ usq; ad hāc ætatem uixisse, & si nihil habuerim: at ego arbitror satius esse semel  
 mori, q̄ ostiatim panem mendicare. Toties enim qui hoc agit, iugulatur si homo est,  
 quoties id ei facere contigit. Quare paupertatem cuius laudato, mihi profecto nunq;  
 persuadebis, ut eam existimem opulentia anteferendā esse, cuius uel horrido nomi-  
 ne persape somno excutior ac totus cōtremisco, ne dicas me dormire usq; ad multam  
 noctem, & literis secure operam dare. THE. Neq; hoc quidem ex animo te loqui  
 putarim unq;. PLA. Non aliter certe sentio ac dixi. THE. Quid si tibi probaro,  
 paupertatem diuitijs merito anteferendam, & omnium bonorū quæ in uita fiunt, cau-  
 sam esse? PLA. Age dic quæso, hoc est quod exte scire cupio. THE. Artiū oīm  
 tam liberalium q̄ mechanicarum inuentrix & autor paupertas est. Quis impulit He-  
 rodianum, Apollonium, Phocam, Apollodorū, Aristarchum, Palæmonē artis gram-  
 maticæ: Lyfiam, Gorgiam, Protagoram, Empedoclem Agrigentinum, Alcidas man-  
 tem, Polycratem, Socratem, Aristotelem, Theophrastum, Hermagorā, Marcum Ca-  
 tonem, Marcum Tullium rhetoricæ: dialecticæ ac philosophiæ Parmenidem, Melis-  
 sum, Platonem, Socratem, Aristotelem: arithmeticæ Hismachum, Dinocratem: geo-  
 metriæ Archimēdem, Euclidem: musicæ Architam, Aristoxenū, Amphionem, Bo-  
 ethium: astrologiæ Periclē, Berosum, Ptolemæum p̄cepta tradere: paupertas. Quis  
 futorem suere, architectum ædificare, fabros deniq; omnium artium ex industria ali-  
 quid agere: paupertas, arare profecto, agrum fodere, serere, inferere, repastinare, & cæ-  
 tera ruris officia nobis obire necesse esset, ni rusticos hoc agere paupertas cogeret. Præ-  
 terea domos augeri, uicos componi, res publicas exiguis incrementis conditas, labo-  
 re & ciuium industria extolli uidemus, quod non fieret (adeo est humanum genus à  
 labore ad ocium & quietem pronum) nisi ad id paupertate impelleretur. Mercatura  
 certe, quæ prouincijs & ciuitatibus necessaria est ad importandas exportandasq; res  
 uel hominum accommodatas, paupertatis inuētum est. Adire profecto tot labores,  
 tot pericula, quot nobis in uita sese offerūt, nō facile inuenitur qui uelit, nisi coactus.  
 Militiam pariter rerum publicarum necessariam & maximum propugnaculum, quā  
 infinitis prope laboribus & periculis uexamur, quis amplecteretur, nisi id facere co-  
 gremur? Postremo quis deum coleret, quis sanctos, si nusquam paupertas esset? Hæc  
 nos religiosos, hæc fortes, hæc industrios, hæc agiles, hæc sanos & beneualētes facit.  
 Contrā uero diuitiæ ipsæ homines reddunt intemperantes, libidinosos, inertes, se-  
 gnes, pingues, podagrosos, ualetudinarios, hebetes, ingratos, deorū atq; hominum

contemptores. PLA. Adde etiam istud si placet, paupertas reddit homines fures,  
 latrones, crassatores, periuros, mendaces, insidiatores, delatores, deos atq; homines  
 spernentes. THE. Hoc profecto non ageret sancta paupertas: ea est enim despera-  
 tio, & stultitia q̄dam. PLA. Paupertatis nimix consanguinea. THE. Desine  
 Platina maledictis paupertatē lacerare. PLA. Hanc certe q̄ laudent multos, que-  
 ro sequatur paucos admodum uidi. Verbis tñ magnificis & seueris philosophamur  
 Theodore, opera aut concidimus. Cernere licet ætate nostra multitudinē prope infi-  
 nitam eorū, qui Christi paupertatē & uitam imitatos se uoto & sacramēto polliciti  
 sunt, ex his certe paucos inuenies ueræ paupertatis amatores: & si diligenter eorū ma-  
 nus obseruaueris, profecto uidebis eos sub hoc paupertatis nomine, magnas sibi q̄ti-  
 die parare diuitias. Crebras adeunt morientū hæreditates fundos, uillas, iumēta, ad  
 augendas opes magnis precijs emunt & cōducunt. In petendo effusi, in erogādo uero  
 parcissimi sunt. Quod si beneficiū aliquod, ut ipsi appellāt, paulo opulētius uacauerit,  
 quanta ambitione & cupiditate id petant, tu ipse qui nosti auaræ Babylonis cōsuetudi-  
 nem, non ignoras: quicq; huius qui rerum potitur, rapacitatē & habendi sitim etiam in  
 quauis re minima quotidie uides. THE. Eos profecto decet q̄ aliq; in precio apud  
 suos censentur, diuitias & opes sibi congruentes, honeste tñ ac iuste parare, ne cōtem-  
 ptui hominibus sint. PLA. Nonne igitur malū inopia est, quæ ridiculos (ut ait Sa-  
 tyrus) facit hoīes, eos etiā qui in magistratu sunt cōstituti? THE. Hos uero solū, non  
 etiam priuatos lædit? PLA. Sit ita sane ut dicis, tu profecto si hic sis, aliter sentias, ut  
 Terenti-  
 us i Ando  
 re eius nomē qua frequenter opprimor, & prope enecor, sine magno mœrore nō pos-  
 sum: ad reliqua si placet, p̄gamus. THE. Qui ingeniū tuū non nosses, ex aīo credo te  
 loqui putaret. Sed dic q̄so, qd aliud est qd te premar? PLA. Captiuitate (ut uides)  
 ac uinculis crucior. THE. Quid tibi uero ob tantulā calamitatem accidisse putas?  
 PLA. Omni libertate spoliatū me uideo, qua certe nil potest esse homini bene insti-  
 tuto utilius ac grauius. Quid em̄ habet cur in uita esse uelit is, cui libertas sublata est?  
 Videmus profecto animā oīa hanc p̄maxime expetere. Quod si cui in uinculis & ca-  
 uea esse cōtigerit, unde possit in libertatē prodire & erumpere, omni conatu experitur  
 & tentat. Hoc uero si tanq; minus diuinū bruta mētis & ingenij expertia, tātopere ex-  
 petunt, idem nō faciet homo, cui ob dignitatē excellentiæ cūcta animalia parēt & ob-  
 sequitur? THE. Homini profecto cōstanti & fortisatis est libertate animi uti, id est,  
 honeste & cū uirtute uiuere, quod, fieri etiā in Phalaridis boue (ut ait Epicurus) à quis  
 homine bene instituto potest. Aerumnosum quidē M. Regulū, dum à Pænis crucia-  
 batur, fuisse dicimus. Idem dici de Carone potest, dum in carcerē duceretur, de Socra-  
 te, de Seneca dum ad mortē obeundam tyrannorū iussu cogentur. Idem de Lauren-  
 tio, Stephano, ac cæteris martyribus dicendū cenfeo, quorū de numero nō nullos etiā  
 am in ipso cruciatu deum hymnis & cantu laudasse intelligimus, q̄ post illos crucia-  
 tus magnā sibi propositam felicitatē & gloriam cernebāt. PLA. Separas tu qdem,  
 ut uideo, ærumnosos ab infelicibus. THE. Quid ni ærumnosos dicimus calamita-  
 tibus oppressos, qd quidem ad corpus & bona fortunæ spectat: Infelices uero eos qui  
 animi morbo aliq; laborant, ut cōtrā felices uocamus, quorū animi secundū uirtutem  
 in uita p̄fecta à ratione nunq; discedunt. PLA. Virtutis (ut ait Cicero) laus oīnis in  
 actione consistit. THE. Ita sane. PLA. Agere secundū uirtutem qnam modo  
 poterit, qui uinculis & carcere detinetur: Prodeat in publicū necesse est, quē liberū uo-  
 lumus, ut oppressos potentū ui adiuuet, ignaros doceat, delinquentes castiget, erran-  
 tes in uiam rectā p̄ducatur: si parentes habet, eos pascat, si filios enutriet, amicis bene cō-  
 sulat, patriā quibuscunq; rebus possit iuuet, tum cōsulendo: tum magistratus sibi cō-  
 missos iuste, modeste, cōstanter obeundo. Arma in hostes si bellū illatū fuerit sumen-  
 do, uigilādo, cohortando de uirtute, timore & ignauiā nil remittēdo. Hæc profecto  
 nisi ab homine ingenuo & libero, fieri nullo modo possunt. THE. Ergo scnatus il-  
 le cuius cōsilio, nō manu & opa po. Ro. utebatur, frustra à Romulo primū institutus,  
 postea à cōsulibus auctus est, si nihil fieri secundū uirtutē potest, nisi ab eo qui uirtutem  
 corpore integer est, quicq; proficisci q̄ uelit possit? Minus ne Appiū Cæcū, Scipionem

ualetudinarium, Catonem senem ac plerosq; alios uulneribus, podagra, paralyfi, ftu-  
pore membris occupatos, profuisse reip. existimamus, quod his ægritudinibus gra-  
uius etiã q̄ carcere & uinculis premeretur. Non pfecto. Sedebat senatus ille augustissi-  
mus in curia & consilio, & qua ratione totũ orbẽ populus Romanus occuparet, osten-  
debat: quo tẽpore respublica illa florentissima imperio res: potita est: ubi uero ambi-  
tione & temeritate quorundam cõtemni & extinguĩtũ lumen cõceptũ est, imperium  
illud patrũ ac senũ humeris fundatũ & retentum, penitus corruit. PLA. Hęc tua  
dicẽdi copia adeo me certe inuoluit, ut quæ sentiã, libere loqui mihi non liceat. Vnã  
quæq; ætas suũ pfecto munus habet: Adolescentes quoq; uita om̄is ad uirtutẽ diris-  
genda est, doctrinã & eruditioni operã dent oportet: Iuuenes & q̄ in media ætate con-  
stituti sunt, agere secundũ uirtutem præceptis & institutis coguntur. Senũ uero quoq;  
ætate quietẽ & laborũ uacationẽ emerita est, consulere, docere, admonere propriũ est.  
Iuuenem me esse florentis ætatis uides, ad labores, ad uigilias, ad negocia satis aptũ.  
Hoc aut̄ ætatis flore quod mihi uti non liceat, uehementer doleo. THE. Id mihi q̄  
dem optare uideris, quod multi om̄i studio ac diligentia declinant. Quare id cupias  
certe non satis uideo. PLA. Honoris hercle & gloriã causa, ad quam natura feri-  
mur oēs: sed alius generosior est alio magis. THE. Neq; hoc quidẽ admodũ expe-  
rendũ est, cũ sine ambitioẽ ac uitio nõ fiat: precari em̄ indignos cogimur, & largitioẽ  
uti, qua ex re infecta prope mala nascuntur oportet, cũ ij, quoq; in potestate magistratũ  
sunt, his tũ eos decernant, qui enixius rogare uel maiore largitione uti consueue-  
runt. Hanc ob rem fit ut indigni bonis anteferantur: & ij qui alijs præesse cupiũt, spre-  
ta modestia & æquitate, ex alieno rapiant: fraude, ui, dolo quod his largiantur, quoq;  
opera & auxilio magni in rep. esse p̄cupiunt. Hinc furtũ, hinc sacrilegiũ, hinc depecula-  
tus, hinc rapinã, hinc cades quotidie nascuntur, cum maximo rerump. detrimẽto &  
interitu. Sint nobis exẽplo Romani, sint Carthaginẽses, sint Lacedæmonij, sint Athe-  
nienses: quoq; resp. magnã illã quidẽ ac p̄clarã, quã nunq̄ finem habiturã uideban-  
tur, funditus sunt euerfã ciuiũ ambitione & auaritia. PLA. Nemo ergo tua senten-  
tia ad magistratus & resp. gubernandas accedet unq̄, & ob eã rem incuria & negligẽ-  
tia interibunt oĩa. THE. Ut ad sacra, sic ad reip. & magistratuum om̄i gubernatio-  
nem expiãtos homines proficisci uellẽ, si fieri possit: disciplinis om̄ibus & præsertim  
ciuilis uirtutis sciẽtia imbutos: quod si fieret, felices (ut ait Plato) respublicas habere-  
mus. Tu uero si patriã habes huiuscemodi ciuibus præditã, & si te ipsum rãlẽ præstare  
potes, qualẽ ciuem resp. bene instituta requireret, eo pficiscare, nihil te moror. PLA.  
Hęc tua feueritate Theodore quẽuis etiam fortẽ & ciuili disciplina mediocriter imbũ-  
tum, ad desperationẽ pfecto reduceres. Non em̄ (ut aiunt) magistri nascimur: paulã  
tũ nũq; crescunt habitus: & ut non uno ic̄tu, sed crebris ingens & ualida exciditur  
quercus, sic non uno actũ studiofo, sed pluribus ciuili gubernationis habitus compa-  
rantur. THE. Ego, ut ante dixi, cenfeo oportere ciues ad capeffenda reip. gubernã-  
cula pfecturos, instructos & præmonitos ire oportere, ne unus multos detrimẽto  
quod habeat discat. Actum siquidẽ esset de nautis om̄ibus, si dum fluctibus & procell-  
is agitantur, unus aliquis ignarus, discẽdi causa ad aplustre proficisceretur. PLA.  
Nunq̄ mihi certe psuadebis, ut malim in uinculis degere, q̄ ad honores & magistratus  
capeffendos in publicũ prodire. Hoc si non cõtingeret, liceret saltẽ ecclesiastica mune-  
ra obire. THE. Quasi uero facilius sit custodire à peccatis multos animos, q̄ popu-  
los in officio ciuili cõtinere. Quanto em̄ res pstantior est, tanto maiorẽ requirit solici-  
tudinem nobilitate sua & excellentia. Animũ pstantiorẽ corpore non negabis, cum  
eius forma pfectior sit: abeunte siquidẽ animo, intereat corpus necesse est. Maiore igi-  
tur sapientia & doctrina indiget, qui ecclesiasticos honores, q̄ qui ciuiles desiderat. Be-  
ne & docte legat oportet, qd sine exquisita grãmarica fieri non potest. Bene p̄dicet, q̄  
absq; rhetorica, dialectica, theologia non fit, cum psuadere, probare ac refellere, do-  
cere diuinas humanasq; res necesse sit. Bene cantet, qd musicã & harmoniã scientiam  
requirit. Annũ apposite diuidat, & ieiunia, uigilias, dies festos & interdiftos populo,  
ne p̄ inscitã peccetur indicat oportet, hoc sine arithmetica & astrologia bñ fiet nunq̄.  
Postremo uero qd om̄i maximum est, maximeq; necessariũ, hunc quem sacris præesse

uolumus, iustum, modestum, continentem, prudentem esse oportet, ne aliqua ex par-  
te tanti mysterij excellentiam & dignitatẽ lædat: utq; ei errantes admonere, reprehē-  
dere, castigare, docere libere liceat: qd pfecto non fieret, si in alijs reprehēderet quo  
ipse merito notari & argui posset. PLA. Utinam q̄tam partem istos quã enumerã-  
sti tenerent ij, quibus animos nostros cura mãdata est. THE. Non dico ego quã-  
les sint q̄ ad sacros ordines quotidie prouehuntur, auaritia & cupiditate q̄rundã, sed  
quales esse oportet. PLA. Hęc om̄ia qñ ita tibi placet, omittamus. Vnũ proponam,  
quod scio te mihi concessurũ. Est em̄ mediũ quoddam inter sacram rem & publicam.  
THE. Istud certe quale sit, audire ex te cupio. PLA. Liceat mihi saltem munera  
ista aulica quã officia uocantur, obire. THE. Non abnuerim ego in his minus pe-  
riculi esse. Difficile tñ est, in tanta rerum corruptela mediocritatẽ tenere, cum non des-  
sint, qui muneribus, pecunia, pollicitationibus quemuis etiam cõstantẽ, corrupere  
re audeant. PLA. Habet unumquodq; officii determinatũ præmiũ, quod non eos  
fugit, q̄ huc ex tota Europa negocios causa commeãt. Vnde fit, ut neq; illi decipere,  
neq; hi decipi ullo modo possint. THE. Vilo modo dicis, ac si pfecto nescires aua-  
ritiam & largitionẽ duo grauissima mala, in tanta colluione hoim potestatis habere  
plurimũ. Multi em̄ sunt, qui id impetrare pecunia tentant, quod uel industria uel uir-  
tute cõsecuturos se nullo pacto uident. Ii concursant, orant, instant, obsecrant, blan-  
diuntur, palpant, circumstant, ducunt, reducũt, muneribus & pecunia plerosq; corrumpunt.  
Hos importunitatẽ effugere qui possint, pauci admodũ inueniuntur, cum oēs  
ad rem nescio quo fato auidi & proni sumus. PLA. Qua uoracitate dii immortales  
in tanta largitione hi debẽt uti, qui huc pfecto ad explendã auaritiã sitim unde qua-  
que uenere? THE. Conquirũt ubiq; magno studio siccis faucibus tanq̄ rabidi ca-  
nes, q̄s deuorent, & quoq; sanguinẽ sitibundi exugant: proinde ut aliud genus uiuẽdi  
tibi deligas probauerim semp, cum neq; hoc quidẽ nequaq̄ satis tutum sit. Conflita-  
re em̄ cum huiuscemodi hominibus, neq; corrumpi, difficilimũ quidẽ mihi uidetur,  
cum non desint q̄ te cõtinuo à recta uia retrahere conentur, propositis uoluptatũ om̄i  
illecebris: quibus certẽ ad unumquodq; facinus, q̄uis magnũ facillime impelluntur.  
Nam q̄ ad uoluptates sublato pudore, om̄i impetu fertur, is pecuniã uoluptatũ instru-  
mentũ, quacunq; ratione potest, cõquirit: Subducit, furatur, subtrahit, expilat, deci-  
pit: neq; quicq̄ omittit qd ad pecuniã studiũ ptineat. Hanc ultimam ad summũ & ulti-  
mum bonos om̄i, uiam pfectam existimat, cum honores, potẽtiam, gloriã, digni-  
tates, uoluptatẽ pariat. Sed fallũtur miseris: sola em̄ uirtus ad summũ bonũ uia est. Hoc  
Platina ut aliqñ frui possis, in opiam, captiuitatẽ, uincula, tormẽta, cruciatus, minas,  
ualetudinẽ, mortẽ deniq; æquo animo feras necesse est. Hi sunt pulueres olympici, hi  
sudores agonales, quibus post celebrẽ uictoriam abscissis, felices ac beati æuo postea  
fruiuntur sempiterno. PLA. Est ne hoc illud uiuendi genus, quod mihi paulo ante  
proponebas? THE. Illud sane. PLA. Nõ delicias mihi aut uoluptates proponis,

*Hoc opus, hic labor est, pauci quos æquus amatũt*

*Aenid. 6*

*Iuppiter, aut ardens euexit ad aethera uirtus.*

THE. Ad hanc felicitatem consequendam nil tibi certe deerit, si ingenio & indu-  
stria tua constanter uti uolueris. PLA. Diuinum pfecto nescio quid huic uirtu-  
ti inesse debet, quam mihi tanto studio ad imitandum proponis: eius em̄ uel solo no-  
mine mirifice recreor. THE. Hanc si degustaueris Platina, laboribus te, uinculis,  
periculis, tormentis, minis, morti postremo honesti causa spõte offeres. PLA. For-  
tasse. Sed dic quãso, separas ne uirtutem à summo bono? THE. Quid ni? Est enim  
uirtus ad summum bonum uia. PLA. At ego uirtutem ipsam summum bonum  
audieram. THE. Bonum est, non tñ summum. Vltimum em̄ bonos om̄i illud est,  
qd ubi quis adeptus est, nil amplius desiderat. PLA. Istud quale sit, ex te audire cu-  
pio. THE. Facerẽ ego id quidẽ haud grauate, si mihi p̄ occupationes meas liceret.  
Cras si potero, ad te reuertar. Interim uale, & te ipsum ea ratiõ quã pposui, consolare.  
PLA. Ut redeas, te rogo mi Theodore. Non em̄ parũ me recreasti tuo erudito & ele-  
gantĩ sermone: & spero fore, si redieris, ut penitus omni molestia craftina disputatio-  
ne me liberet. THE. Faciam id ego ac lubens, si mihi per ocium licebit. Quod si uis  
que ad meridiem non rediero, id ab alio, eo die præferim, exquirito.



Lexander ille Macedo, etiā adolefcens regno potitus, beatis. pater, nil actum sibi in tanto rerū fastigio putauit, nisi & philosophos penes se haberet, quorum cōsilijs & doctrina uteretur: & historicos ac poetas, qui eius res gestas æternitati cōmendarent. accitis itaq; magnis præmijs ac pollicitationibus philosophis & doctis omnibus, cum uentū esset ad Diogenē illum cynicū, qui spretis omnibus fortunæ bonis, dolio ꝑ domo utebatur. sola rerum diuinarū & humanarū contemplatione cōtentus, instarent; legati ut ad Alexandrum ꝑfisceretur, aut saltem eius dona acciperet, utriq; se facturū renuit. Tum Alexander nec indignatus quidem ob talem contumaciā, sumpto egregio comitatu, ad hominē nudum & sola contēplatione gaudentē, ꝑfiscitur. Sciscitatus Diogenē, num qd a se uellet: Hoc tantū, inq; ut abscedas, nec mihi umbrā facias. in sole enim nudus apricabatur. Indignātib; aut q tum aderant, q nec regi assurrexisset, nec eos pluris q; umbras hoīm fecisset, ita rex inq;: Non est cur Diogenē contēnatis: nisi enim Alexāder essem, personā Diogenis subire nō recusarem. Arbitratus philosophum ipsum, secundū a se principem orbis terrarū locū obtinere, nec in merito quidē. Didicerat credo a præceptore Aristotele, cōtemplātes diuinā in terris uitā agere: e; enim feliciores putauit, & deo amicissimos esse, q mentem a sensibus reuocātes, diuinā intuerentur quoad fieri posset naturā, q; qui rebus hūanis immerfi, actione ipsa delectarentur. Cum enim disciplinas oēs ut inuenta philosophorū laudasset Plato, tres illas potissimū cōmēdauit, quæ nobis ꝑ contēplationē ostendūt, quæ sit rerū omnium natura, qualis homo, & quē locū in mundo teneat, & an deo res hūanæ cordi sint. Quam quidē cognitionē phisicē appellauit: huic addidit mathematicen, quā Pythagorici gradū optimū ad cognitionē rerum diuinarū putarunt, cum ab hūanis ad diuina fieri trāsitus sine theologia nō possit. Hæc enim platonice diuisionis pars ultima, primarū causarū altissimarumq; rōnem hoibus quoad fieri potest, præstat. Nā arcana summi dei, ut ait Lactātius, q fecit oīa ingenio ac proprijs sensibus, integre comprehendendi nō possunt: alioq; nihil inter deū hominēq; distaret. si cōsilia & dispositiones illius maiestatis æternæ cogitatu assequeretur hūano. Cū hæc in tanta calamitate beatisime pater mecū ipse reputarē, superuenit M. Valerius Viterbiensis, philosophus insignis & phisicus singularis, mei uisendi causa: nā & animi & corporis medicina tū indigebā: qui certe nō prius a me discessit, q; faterer optimis rōnibus uictus, summā felicitatē in deo esse: quā adipisci ne mouēq; poterit, nisi spretis fortunæ bonis, repressisq; cupiditatibus oibus & perturbatiōibus, cōteplationi rerū diuinarū sese addixerit, ut ille Diogenes: uel melius, ut sancti religiōis nostræ penē omnes fecere, existimantes hac uariatione falsi ac ueri boni, quod nunc quærimus, cognitionem haberi posse.

Arce[m] profecto neq; munitiorem hac, nec magis pontificiæ dignitati conuenientem usquam uidisse me meminisse. Est enim apte posita, & ad propulsandam uim externorū hostium, ad cōtinēdos in officio ciues, licet Hadriani imperatoris lōge alia sententia fuerit. is enim Aeliō; cineres & ossa conseruari hac mole uoluit, nō uiuorū carcerem & ergastulum fieri. Sed ita fit, quod ad rem unam quæsitum est, in alios usus persæpe conuertitur. Hi uero ut eorum uultus & impexa ac promissa barba ostendit, captiui esse uidentur: atq; inter hos fortasse erit noster Platina, quē minus constanter ferre aduersam fortunā intellexi. P. L. A. Non est cur fortasse dicas, nosti ingenium Pauli pontificis, nosti p̄tinaciam: non ita propere quos capit, & in carcerē etiā ob leuem suspicionē trudit, dimittere solet, ob hoc credo, ut aut nil a se temere factū uulgo ostendat, aut ne illatā iniuriam queri uel propulsare quisquā possit, quod certe timidi animi & abiecti est. M. A. R. O noster Platina salue. Sed quid ita mœstus & cogitabundus iaces? P. L. A. Rogas: quasi nescias qui in uinculis & carcere detinentur, eos continuo mœore affici. M. A. R. Qui in carcerē trūduntur, aut iuste, aut indigne hæc pœnam subeunt: si iuste, cum carcer ad coercēda hoīm flagitia & petulantia sit inuentus, necesse est eos quibus hac pœna affligi contigerit, id æquiore animo ferre. Nam q; maiestati ledit, qui leges cōtemnit, qui principū decretis, honestis præsertim, non obtemperat, is sua & aliorū causa merito puniendus est: sua profecto, si dum in uita est, ei subterfugere pœnā humanarū legum contigerit, grauius supplicium post mortem & atrocius diuina iustitia cōtinuo est passurus: aliorū uero, ut cæteris exemplo sit, ne tale aliquid in uita agāt, quo deinceps pœna carceris sint puniendi. Sin iniuste cum nulla cōmissi criminis cōscientia sublit, eo æquiore animo ferre debes, quod in futurū delicias dei benignitate sis cōsecuturus, Chrysofomo testis: q; quid, inquit, a quouis hominum iniuria passi fuerimus, id agit diuina iustitia, ut peccata nostra deleantur: aut amplior fiat mercedis retributio. Necesse itaq; est, utrumlibet acceperis, te ipsum cōsolari, & deo maximo gratias agere, qui certe non sine causa uoluit te hac molestia affligi: spero enim hanc p̄sentis breuisq; doloris umbram, magnā uoluptatem tibi deinceps allaturā. Nam qui aliquid iniuste patitur, quicq; tyrannicā s̄uitiam æquo animo fert, is postea & deo & hominibus charior est profecto ac gratior, cum fortitudinis & constantiæ laudē præ se ferat. P. L. A. Non dubito fore quin hanc laudē sim consecuturus, si corporis nostri ualetudinē, qua iam diu crucior, & animi morbos qbus angor, ob acceptū incommodū curare uolueris. M. A. R. Quo incōmodo quæso afflicatus es? P. L. A. Num uides in pedibus hulcera ob magnitudinē compedū recrudescētia? Exesa est caro, elisi nerui, atq; ossa cōtusa sunt. Præterea uero ne illa ex parte intactus a fortunæ ictibus dici possim, quod ego mihi apud Pium p̄tificem industria, labore, pecunijs deniq; comparauerā, hic ob auaritiā & largitiōē, nolo dicere libidinē, alie ni cupidus, me uita prope ac fortunis omnibus spoliavit. M. A. R. Ob tantulā rem ergo tanto mœore afficeris? P. L. A. Non ob hanc solū profecto, uerum etiā propter alia grauiora, quæ hinc, ut in malis fieri cōsueuit, secutæ sunt. M. A. R. Mitte q̄s has querelas, ne mulieri quidem conuenientes, & de nobis bene spera, qui huc uenimus, ut corporis & animi tui ægritudinem leuaremus: qua te laborare & quidem grauius intellexeramus. Sed primum dic quæso, quid causæ est quod ita cogitabundus ac pene stupidus iaces? P. L. A. Dicam certe & breuiter: ab his enim qui phisilophi appellantur, nihil uideo constanter dictum. Ut enim cæteros omittam, qui de hac re scribere, ab Academicis, a Peripateticis didiceram, uirtutem esse summū bonum. M. A. R. Est id quidem summū bonum humanum, & uia optima ad illud diuinum quod oēs appetunt. Hinc fit, ut felicitas in actionem contēplationemq; diuidatur. Actio enim iuste, fortiter, modeste, prudēter agendo comparatur, non uno quidem, sed pluribus & frequentatis actibus (ut Aristoteli placet) in uita perfecta. Contēplationem uero acquirimus, cum mentem a sensibus atq; ab his terrenis cupiditatibus ad cognitionem rerum diuinarum & admirabilium crebro reuocamus. Sed unde, rogo, hoc tibi nunc in mentem uenit? P. L. A. Fuit heri mecū Theodorus noster mei consolandi causa. Is enim collaudato uehementer summo bono, effecit ut miserias æquiore animo,



quàm antea ferrem, & animum oppressum curis ab his aliquantulã ad cognitionem ueræ beatitudinis traducerem. Sed mihi in hoc accidit, ut famelicis in magna rerum penuria solet, quibus leni quidem prægestatione concitata appetentia, maior suboritur fames. Incendit siquidem me uehementer Theodorus ad cognitionem huius uerbi boni, & incēsum in medio cursu (ut aiunt) destituit. Hoc ne perficeret, retrahi se occupationibus quibusdam dicebat. Rogatus à me hodie, tamen rediturum se repromissit. Quod nondum fecit, nec facturum eum spero. Iam enim ad uesperam sol inclinatur. Quod si non ante meridiem uenisset, hoc ut ab alio peterē, me admonuit. Melius autem quàm tu qui mihi hac in re facere satis possit, cognosco neminem: cum in te sit uirtus & doctrina prope singularis, hoc onus ne subterfugias mea causa, te rogo. MAR. Onus profecto est, aut Atlantis aut Herculis humeris dignum. Explicari enim naturam diuinam nisi à philosopho excellentis ingenij & doctrinæ, posse nullo modo uideo, sed rogatus tibi certe negare non possum, quod etiã ex instituto cogar & professione sponte facere, si in me illud ingenij lumen, ea doctrina inesset, quam tu opinione fortasse uana de me finxisti. PLA. Nil de te mihi persuasi Marce, quod tu re ipsa præstare facillime non possis. Age uero inuocata Vrania, dic aliquid te & tua sapientia dignum. MAR. Absit ut in tantare figmentis poetarum utar. Tu si ea quæ dicam, intelligere uis, ab omni poesi animum prorsus reuocato. non hæc theatri, non scenæ plausum, sed ingenij uim & acumen requirunt. PLA. Faciam ut iubes. MAR. Qui reponere nouum merum uolunt, uasa prius diluant necesse est, ne tetro fœculenti ac marcescentis uini odore nouum inficiatur. Idem quoque mihi faciendum est. Proposita enim falsa bonorum specie, eademque tuo consensu confutata, tibi non ita multo post uerbi boni sanctissimam imaginē ante oculos ponam: qua uisa, certe scio te ab illis aliquando concupitis, ad hæc animum statim traducturum. De bono quod oia appetunt, uariæ philosophorum extant sententiæ. Fuere enim qui spretis rebus oibus, uirtutem solum esse bonum dicerent, quod ei in quo uirtus esset, nil deesse ad bene ac beate uiuendum affirmarēt: hi Stoici sunt appellati, quorum princeps Zenon habitus est. Inuenti sunt item, qui summum bonum uirtutem ipsam, & non solum, ut Stoicis placebat, multis rationibus probare niterentur. Hi uero summum bonum dicentes, non excludebant à serie boni diuitias, potentiam, gloriam, bonam ualitudinem: & quæ tum corporis, tum fortunæ bona uulgi existimat, quod qui secundum uirtutē agit, his ad magnificentiam & liberalitatem, ad fortitudinem & constantiam indigeret: hos quidem Peripateticos, non multum ab Academicis dissidentes, appellarunt, quod inambulantes disputarent: huius uero sectæ Aristoteles autor & princeps est habitus. Fuere præterea qui frui bonis à natura datis, nec ullum adminiculum foris ad commoditatem uitæ quærere, solum bonum esse dicerent. Hi quod aperte in delinquentes clamarent, uel naturali desiderio moti, in foro, in uia, commoda sua pudori anteferrēt, Cynici merito sunt dicti. <sup>κυνικὴ</sup> enim Græci canem uocant. Hi Diogenem autorem habuere. Non de fuere postremo qui in uoluptatibus bonum reponerēt: hi dolorem, ut summum malorum, omni uifugientes, uoluptatem summo studio amplectebantur, quod ea felices homines fieri putarent: Epicurei hi sunt appellati, à primo tam ineptæ opinionis autore. Aristonis autem & Herilli sententias, ab omnibus iam pridem explosas, omittamus. In scientia enim summum bonum collocabant. Hi uero & eorum familiæ quasi somniantes ueram felicitatem inuestigare sunt ausi, quibus omnibus accidit quod sagittantibus solet. Proponitur enim signum, quo parati certare, sagittam intendant. Tabulatum magno studio feriūt multi: sed qui mediū illud omnino attingat, in quo uictoriæ spes omnis reponitur, nemo unus inuenitur. Datur tamē præmiū ei qui ad signum accessit magis, quasi sit cæteris sagittandi arte præstantior. Idem cōtigisse his philosophis dici potest. Accedit ad bonorum finem alius alio magis: sed qui liquido (erroris credo nebula) uerum bonum inuenerit, nullus adhuc inuentus est. Veritati tamen Stoici appropinquare magis uisi sunt, qui in uirtute quæ ad felicitatem uia est, solum bonū collocarūt. Sed cum uia ad Athenas & Athenæ non idē sunt, sic quoque nec uia ad bonum, & bonum idem erunt. At qui uirtutem esse uiam ad felicitatem, ex hoc deprehendi potest, quod eos tantum beatos dicimus, qui spretis cupidit

ratibus omnibus, iuste, prudenter, caste, constanter uixerūt: his quasi semitis quibusdam in cælum profectos. PLA. Dic quæso Marce, separas ne felicitatem à uero bono? MAR. Minime quidem. Idem enim felicitas est & summum bonum. PLA. Perge, confundebat aliquantulum immutatione uocabulorum. Rogabo ego te inter dicendū, ni moleste fers, ubi huiuscemodi ambiguitate traduci uidebor, ne quod dicis aperte intelligam. Habet enim hæc doctrina, ut arcana est, ita etiam uocabula & locos à cōmuni consuetudine non nihil semotos. MAR. Moleste ferrem, si cognoscerem te uel modestia uel pudore retineri, quo minus ex me quod ad cognitionem tantæ rei pertinet, sciscitarere. Docenti certe nihil est acerbius, quàm uidere rem perinde ac ipse docet, ab auditoribus non percipi. Proinde me, quoties placebit, interrogato, ne frustra tantum laborem suscepisse uideamur. Virtutem præterea & summū bonum, non idem esse, ex hoc comprehēdi potest, quod illa actibus humanis comparatur ad felicitatē: hoc uero, ad quod omnia quæ in mundo fiunt referuntur, ad eum per se ipsum bonum est, ut ab eo totius felicitatis integritas petatur, ne quæredum sit extrinsecus, quod tantam potentiam tamque diuinam efficiat. Postremo qui solum dicit, nil sibi relinquit, quod præterea bonum dici possit: quo quid potest excogitari absurdius, cum in deo summam & singularem potestatem uideamus bonorum omnium copia refertam. Quod si cui unitatis nomen est attribuendum, diuina potētia id tantum sibi uendicabit, ne dicant uirtutem solū bonum appellari. Duo summa bona à se inuicem dissidentia, non appellatio solum nominis, sed etiam res ipsa dici ueraciter, cum eius naturæ unum non sit, cuius alterum esse deprehendimus. Virtus enim celebris ac clara sine actione humana esse nullo modo potest, cuius certe laus omnis in actione hominis cōsistat. At deus bonorum omnium fons, uera, simplex, sinceraque felicitas est, nec certe cuiuspiam actione & adminiculo ad sui ipsius integritatem eget. Unde merito ipsum & nō aliud quippiam solum bonum appellabimus, cum in eo summa sint omnia, infinita potentia, singularis sapientia, æterna gloria: non igitur solum bonum, nec summum (ut Peripateticis placuit) uirtus est: quorum ea certe fuit opinio, ut diuitiæ, potentia, dignitas, gloria, corporis robur, in numero etiam bonorum haberentur. Diuitias enim non solum, ut nullius rei indigerent, sed ad magnificentiam & liberalitatem, ad copias, ad opes requirere uidebantur, ut multis gratificaretur. Potentiam uero, ut rebus suis publicis cum imperio & potestate præessent. Dignitatem ideo expectandam dicebāt, quod ea celeberrimum quenque apud ciues suos faciat. Gloriam, qua non apud suos modo, sed etiam apud exterarum gentes & nationes clarissimum nomen consequerentur. Corporis robur, quo cæteris ualentiores haberentur. Vxorem quoque, liberos, amicos, nobilitatem, auram popularem, pulchritudinē, uelocitatem, & cætera id genus, summi boni & non fortunæ membra dicebāt, quos certe ratio ipsa uehementer improbat. Primum, qui fieri potest, ut diuitiæ bona sint? Bonum enim sua natura tale est, ut extorqueri à possessore qua uis arte & industria nō possit. At qui diuitiarum membra ita mutabilia sunt, ut leni uento facillime huc atque illuc impellantur: unde non incongrue pilæ loco his fortuna uti dicitur, quo nil potest esse bono magis contrarium, cuius ea natura est, ut semper eodē modo sese habeat. Non igitur diuitiæ bona sunt: quæ quidem etiam lōge alium sortiuntur finem, quàm quo ab hominibus desiderantur. Ad tollendam siquidem indigentiam omnem, expeti uidentur. Sed tantum abest ut id efficiant, ut etiam ardentiorē sitim possidentibus excitent, quæ non ex inopia, sed ex magna copia oriri uidetur. Quanto enim quis plura habet, tanto pluribus indiget. Neque solū (ut ait Cicero) libidine augendi ea quæ habent, cruciantur, sed etiam amittēdi metu. Furum profecto, latronum, crassatorum impetum continuo per timefcūt. Nec dici certe potest, eos sitim, famem, frigus, quarum rerum causa pecuniæ tanto studio comparantur, magis quàm pauperes & inopes sedare. Ea siquidem habendi cupiditate feruntur, ut in ediam, frigora, sitim, ac uehementēs æstus usque ad necem plerumque patiantur. Habet præterea uerum bonum modum quendam in se finitum & determinatū: quo quidē adepto, ac si in portu essemus, nulla amplius cupiditate iactamur. In pecunia uero nullus modus, nulla satietas est: unde fit, ut eius studiosi, cōtinua sollicitudine angantur. Postremo, si diuitiæ bona essent, unumquemque possidentem meliorem profecto facerent. Talis est enim natura boni, ut eos penes quos

habitat, reddat præstantiores. At cōtrā usu uenire cernimus. Diuites enī, iniustos, in-  
temperantes, mēdaces, fallaces, uioletos, libidinosos, parridas, flagitiosos, ut pluri-  
mum uidemus, q̄ secum totius libidinis & intēperantiæ instrumēta ferant. Quare di-  
uitiæ nec bona dici, nec in serie boni collocari ullo modo debēt: quæ certe, q̄a fragiles  
sunt & caducæ, & quia cōparari sine multoꝝ iniuria nō possunt, tanq̄ terribilissima q̄dam  
pestis sunt fugiendæ. Cōtenti enī nostro & paruo esse debemus, cū natura paucis ali-  
ac foueri possit. Quare fit ut satis mirari non possim istoꝝ stultitiā, q̄ non secus diuitiis  
& pecuniæ studēt, ac si ijs etiam post mortē usuri essent. Potētia similiter quid in se ha-  
beat, q̄d certe non fugiendū potius q̄ expetendū sit, minime uideo, cū eā infidijs, pro-  
ditioni, periculis oībus subiectam cernamus. Eoꝝ exemplis plena sunt scriptoꝝ mo-  
numenta, quātam & imperiū cum morte pmutarūt, ut de Cræso, Cyro, Xerxe, Dario,  
Alexandro, Pompeio, Cæsare legimus: quoꝝ potētiæ nequaq̄ tantæ fuere, ut eos à  
morte & interitu liberarēt. Bonum siquidē potētia non est, cum sine multoꝝ iniuria  
cōparari ac retineri nequeat. Atqui ex bono melius semp nascatur oportet, q̄d potē-  
tiæ oīno nō cōtigit, ut Pisistrati, Phalaridis, Dionysii, Tarquinij, Neronis tyrannides  
ostendūt. Potētia igitur bonū dici nullo mō potest. Erūt forrasse q̄ potētū uitā secu-  
riorē existiment, q̄ magnam satellitū uim ad custodiā corporis habeant: quos q̄dem  
ego oīm hoīm infelicissimos ac stolidissimos puto, q̄ eos etiam mercede cōducant, à  
quibus p̄sæpe incauti opprimuntur, ut certe de multis legitur, quē familiaritū infidijs,  
uel prætorianoꝝ militum ui & fraude perire. Quid, q̄ ambitione & timore duobus  
maximis malis cōtinuo cruciantur, cū uel incrementū potētiæ cupiūt, uel impenden-  
tem ruinā uitare studiosissime laborāt, ut Damoclis sella indicat: Possum ego multoꝝ  
rum exempla cōmemorare, qui magistratū deposuere, quiq̄ deponere potētiā & ty-  
rannidē uoluisse, si eis per iniurias pluribus illatas id facere licuisset. Quod certe ab  
his nunq̄ concupitū diceremus, si in potētia summū esse bonū deprehēdisent, ut de  
Sylla legimus, qui dictaturā summā in rep. magistratum, post lōgas belloꝝ ciuiliū  
afflictiones & curas psuadentibus amicis quibusdā deposuit, priuatus ut altum dor-  
miret. Hoc quoq̄ malū non latuisset C. Cæsare, quem uel reip. cōponendæ causa, uel  
nimia ambitio eo tandē pduxit, ut uitā cū potētia & imperio amitteret. Eadē ferme de  
honoribus & dignitatibus dici possunt: quæ si uirtute & non ambitione ac largitione  
quærentur, in uita ciuili non reprehēderemus. Sed neq̄ hæc quidē bona debent ap-  
pellari, cū improbos sæpe ac dementes in magistratibus cōstitutos uideamus, nec ab  
improbitate & stultitia sua, boni dignitate & p̄sentia dimoueri unq̄ posse. Nam ut ma-  
lo cōtagione quadam malos fieri dicimus, sic bono meliores effici necesse est. Verum  
tū abest ut bonos magistratus faciant, ut etiā plerosq̄ ad supremā s̄uiriā, libidinem  
& auaritiā pduxerint, ut de Appio illo decemuiro, q̄ Virginiā Virginij ãliam, ob ma-  
gistratum & potētiā stuprare est ausus. Quid uero egerint duo Gracchi, q̄ Saturni-  
us, quid Spurius Melius, quid Clodius, quid pleriq̄ alij apud Romanos in magistra-  
tibus constituti, ex rebus eoꝝ gestis facillime deprehendimus. Taceo C. Marij licen-  
tiam, L. Syllæ s̄uiriā, Verris auaritiā, C. Cæsaris d̄hatum, M. Antonij libidinē, Tibe-  
rij, Claudij, C. Caligulæ, Neronis crudelitātē & rabiē. Hi & si natura mali erāt, adeptis  
tū magistratibus, licentia pessimi sunt facti: q̄d eis nunq̄ contigisset, si honores p̄ se in  
bonoꝝ numero haberi mererētur. Soleo ego mecū plerunq̄ cogitare, unde tāta stul-  
titia hominibus insit, ut id magno precio nonnunq̄ parent, quo adepto, uel ludibrio  
sint hominibus, uel in magnas calamitates p̄sæpe incurrant. Vt Nonius ille Catuli,  
quem Strumam, nō hoīem, in curuli sedentē legimus: Quid est Catulle, cur moraris  
emori? Sella in curuli Struma Nonius sedet. Idem poeta nescio quis, de Ventidio Bas-  
fo: Accurrite oēs augures aruspicesq̄, monstrū inuistratum confiatum est recens: nam  
mulos qui fricabat, consul factus est. Nostra quoq̄ ætate uidemus pleriq̄ honores,  
tum prophanos, tum sacros dedecori ac turpitudini esse: cum uel ignaui sint uel indo-  
cti, uel rerum humanarū imperiti habeantur. Satiū nimirū fuisset hos priuate uiuere,  
q̄ eo uelle conscendere, ubi tanq̄ in specula quadam ab oībus ignominia & fociordia  
notarentur. Nota est Varronis plebeij hominis audacia & stultitia, qui consulatum,  
onus quidem nequaq̄ humeris suis conueniens, contra patrum consensum adeptus,  
ad Cannas cum Hannibale Carthaginensiū duce confligere est ausus: quo in prælio

ad quinquaginta millia Romanorum, Varronis stultitia cæsa traduntur. Idem de M.  
Crasso, deq̄ Quintilio Varo dici potest, q̄ pecunia & ambitione uia sibi ad ignominis  
osam mortē fecere. Alter enī bello Parthico, alter bello Germanico cū uniuerso exer-  
citu interiit. Omitto cōmemorare quot hoībus præclaris exiliū ac perniciē concupiti  
magistratus iā pepererint: ut M. Camillo, Cn. Coriolano, Cincinnato, Scipioni apud  
Romanos: Soloni, Alcibiadi, Themistocli apud Atheniēses: Hannibali apud Cartha-  
ginienfes. Bonū itaq̄ magistratus & honores nō sunt, cū bonis plerunq̄ obfint ac ma-  
gnæ calamitati sint. Gloria uero quā tanto studio requirūt, ij qui in uita & morte lau-  
dari cupiunt, quid in se boni habeat, certe nō uideo, cū nō eadē semp sit. Fallax nanq̄  
est, & ad inflādas hoīm mentes auresq̄ pmulcendas tm̄modo uidetur inuenta. Quid,  
quod nonnullos hoīm eo infaniæ uulgi opinione pducit, ut nil de se p̄dicari posse ex-  
istiment, q̄d ipsi industria & uirtute sua, cum sint oīm ignauissimi, p̄stare non possint:  
quos quidē detractō aliq̄n errore, proprijs laudibus erubescere necesse est: cū cernant  
se eo cupiditate gloriæ profectos, unde digredi sine dedecore & ignominia non poss-  
sint: Esto, magnitudine rerum gestarū & nō paruis meritis sit acquisita, q̄d boni uiro  
sapienti ac forti affert, q̄ nō in uoculis leuissimi uulgi, sed in cōscientia tm̄ recte factos  
rum suoꝝ merita reponi desiderat: Vide q̄to quāta stultitia feramur in uita. Sunt quī  
ita gloriæ studeāt, ut celebritate & fama nil putēt esse melius. Non abnuerim ego hāc  
expetendā uideri, si per oēs gentes & nationes extēdi possit. Verū cum id fieri adhibito  
etiam omni studio non uidēt, cumq̄ ciuibus suis uix se notos intelligunt, fit ut ex hoc  
quod summū bonum putabāt, in grauissimos animi dolores cū ignominia recidant,  
q̄bus eos infelicissimos fieri cōtingit, cum inspiciāt se tot labores, tot uigilias frustra  
sumpsisse: quare melius cū his agitur, q̄ in deo gloriā oēm suam collocāt, in quo cer-  
te summa felicitas ac p̄fecta gloria reposita est. Dicere autē, ex re imperfecta beatū ac fe-  
licem hoīem fieri, absurdū mihi sane uidetur, cū beatitudo ex summo ac p̄fecto bono  
nascatur. At gloria, uel q̄ non eadē est apud omnes, uel q̄ opinione in sinistra famam  
quādoq̄ uertitur, adeo est manca & debilis, ut celebrem hoīem, ingloriū mutata sen-  
tentia quāms̄pissime reddat. Eius enī maxima pars fortunæ subiecta est, qua nil uo-  
lubilius, nil deniq̄ fallacius dici potest. Nam quos in cælū usq̄ summo fauore, gloria  
& fama p̄uexit, eos plerunq̄ mutata opinione ita deprimit, ut nil unq̄ cōmerciū cū ipsa  
gloria habuisse uideantur. Sed dic q̄so, quid dignitatis in se potest habere gloria, quæ  
tota pendet ex arbitrio imperitæ multitudinis: Cuius ea certe natura est, illos tm̄ lau-  
dibus extollere, quibus fortunam uiderit arridere. Aduersi uero si quid acciderit, q̄d  
fieri crebro uidemus, quos antea sapiētes, fortes, prudētes appellauerat, eos demū mu-  
tata sentētia stolidos, imprudentes, timidos, reñciendos & cōtemnendos dicit. Non  
igitur gloria bonū est, quæ nō uero iudicio, sed stultitia & uolūtate hoīm excitatur ac  
deprimitur. Esset aliquid, si à uiris bonis & plane sapiētibus laudaremur: quanq̄ ne in  
hoc quidē sit uera felicitas. Iudicio enī nil est fallacius, cum aut odio, aut beneuolētia,  
aut alio aliq̄ affectu de rebus ipsis iudicare cōsueuerimus. Iam uero uilissimosq̄ corpo-  
rū nostroꝝ q̄ fragilia sint bona, uideamus: si robur inspicias, à tauris & leonibus supe-  
ramur: si uelocitatē, à ceruis & tigribus: si formæ speciē, parum admodū à uernis floris  
bus distamus, quos uel paulo intērior sol, uel frigidior solito uentus facillime enecat.  
Videmus & quotidie quidē formosissimos adolēcentes & iuuenes, uel parua febricu-  
la turpissimos & informes cito reddi. Quod si diligēter cōtempta hac uilissima specie,  
quæ quidē pictura in superficie corporis est, introspiceremus, desineremus utiq̄ pul-  
chritudinē istā muliebrem & uilem admirari, in qua utinam nō plus mali q̄ boni esset.  
Prudenter enī hoc à Nasone poeta notatū est, Lis est cū forma magna pudicitia. Mal-  
lem ego deformitatē Therisæ, quā pulchritudinē Alcibiadis, si detrimētō mihi &  
ignominia futura esset. Quod enī ad malū uia est, id nequaq̄ bonū dici potest. At talis  
est forma ad intemperantiā siquidē, ad libidinē, ad flagitiū multos pducit: non igitur  
forma bonū est. Atqui si certe uolumus cōsiderare, hanc in pleriq̄ multoꝝ malorum  
causam fuisse deprehendemus. Quid bellū Troianum cōcitauit? Helenæ forma. Quid  
Medeam fratrem Absyrtum occidere & lacerare coegit? Iasonis forma. Quid Scyllam  
parētem cum regno Athenarū hostibus prodere impulit? Minois pulchritudo & for-  
ma. Verū nullares profecto est, quæ nos falso magis hæc inter bona adiudicare faciat,

quàm oculoꝝ nostroꝝ crassus & obtusus intuitus, quo turpes ac informes Veneri & Narcisso plerunq; cōparamus. Hinc fit ut matres inhonestos & turpes filios, pulcherrimos dijudicēt. De his uero q̄ libidinose & intemperanter amant, non attinet dicere, cum neq; in hac quidē, neq; alijs in rebus ullo uero iudicio utātur. Bestijs em̄ p̄similes habentur, quæ sola uoluptate & libidine ad res cōcupitas feruntur. Ex his itaq; cōprehēdi potest, robur, formam, celeritatē corporis, inter bona cōnumerari nullo modo debere. Ad Cynicos uenio, quorū secta ideo reprehendēda est, q̄ summum bonum, inurbane & impudēter uiuere, existimarēt. Frui muneribus à natura datis, non est aliū enūm à ratione bene ac beate uiuēdi, modo id fiat opportunē: sed in foro mingere, cōire, ac cætera huiuscemodi agere, quorū etiam nomina palam enūciare natura ipsa uetat, alienū mihi ab om̄i felicitate prorsus uidetur, in qua summa uerecundia, summus pudor, summa dignitas inest. Sed dicant hi ptinaces philosophi, si istas corporis partes utiles quidē & necessarias, sed turpitudinē & dedecus, indecore si ostendātur, præ se ferētes, natura sagacissima in locis secretioribus occultauit, cur ipsi bestias imitati, reiecto om̄i pudore, in foro, in scena, in theatro ostēdūt? Quod si pueros adolescētes, quibus ob tenellā ætatem & recentes animi uires, minus cognitiōis & pudoris inest, accurate pudibunda corporis integere uidemus, cur nō idē facient hi, quorū instituta ob ætatem in honestate & pudore, & non in canina impudentia fundata esse debent? Præterea quid est q̄d in uita adminiculis his uti recusent, quæ uel à deo nobis data, uel ab hominibus excogitata & inuenta ad communē utilitatē sunt, ut tecto ad hyemem æstusq; uitandū, ueste ad imbres uētosq; propulsandos; pileo, ne caput nobilissima corporis pars aliqua intēperie lædatur; calceis, ne si nudis pedibus terrā frigidā & frequenti pluuiā humectā conteramus, stomachus & reliquæ corporis partes offendantur; carne similiter, caseo, lacte, uino & cæteris adminiculis ad alendū sustentandūq; corpus p̄necessarijs uti si nefas putant, diuinā prouidentia nimis accufare uidētur, q̄ oīa ad usum cōmoditatēq; humani generis creauit. Mirari etiā satis non possum Pythagorē illius Samij philosophi, cæteris in rebus clarissimi, ptinacissimū decretū, q̄ scelus esse & magnū quidē ostendit, brutoꝝ carnibus uesci. Sed uno & eo quidē p̄absurdo dato, multa subsequē necesse fuit. Proposita em̄ & affirmata trāsmigratione animorū, quā ipse *μετεμψύχωσις* appellabat, cū in brutoꝝ corpora eos migrare diceret, accuratissimē uetuit domicilia (ut ipse dicebat) nostra ob uoracitatē dentibus & morsu uiolari. sed cū nec Pythagoræ, nec Diogenis p̄cepta propter nimiam rigiditatē admodū sint ab hoībus approbata, cumq; etiā plus ipsis inuētoribus tam obstinata doctrina q̄ humano generi obfuerit, his tandē om̄issis, ad cætera p̄gamus. Epicurei uero postremi in ordine fuere, quorū sententiā exponeremus: horū opinio, Metrodori p̄sertim ac Hieronymi, ab om̄i prorsus uirtute remota fuit: cum brutis em̄ & non cū hoībus sentire uidentur. Nam illi rationis expertes, ad id q̄d adest, modo sentiant in eo esse aliquid q̄d delectat, appetitu feruntur, de futuris nihil sollicitæ: sic hi reiecta cōtinentia & posthabita uera felicitate, uoluptatē ut summū bonū amplectūtur, nec dici possent, quàm diligenter & accurate uallo ac fossa (ut dici solet) sese defendūt. Non frustra, inquit, natura dolorem ut summū malū declinamus, & uoluptatē ut bonū appetimus. Nec id solum ab hoībus fieri cernimus, uerum etiā à cæteris animātibus. Videmus, inquit, bestias diminutas etiā & quibus minus animæ inest, uel fugere uel contrahere sese, ubi molesti aliquid, & q̄d nociturū sit, senserint: progredi uero, & om̄i conatu ad id q̄d iucunditatem uoluptatemq; p̄ se tulerit, deferrī. Horū pueriles rationes q̄ facile cōfutari possint, attēde. Primum, quid potest esse stultius, q̄ asserere id recte fieri, ad q̄d plura appetitiōne ipsa ferūtur? Quod em̄ multi appetūt, hoc est furari, latrocinari, mæchari, stuprū & adulteriū committere, uino & crapula repleti, somno & ocio uti. Hæc si recte & honeste sūt, quid rectū certe sit, nō uideo: mea quidē, imo bonorū oīm sententiā, rectum id dicitur, q̄d cum uirtute sit, cui certe nil potest magis esse contrarium, q̄ flagitiose & intemperanter uiuere. Hac uia, q̄ laboriosa, q̄q; difficilis, pauci admodū ad uirtutē illa, q̄ prona & lata, multi ad uoluptatē proficiscuntur. Non igitur q̄d à multis falso, sed à paucis uero iudicio approbatur, id profecto seq̄ & amplecti debemus. Male em̄ cū humano genere actū esset, si in rebus agendis multorū opinione & nō paucorū eorundemq; honorū, sequeremur. Hinc est quod in optimis rebus pub. pauci deliguntur,

quorū consilijs cætera multitudo, imperita quidē ac stolidā, obtēperet. Auocādī præterea, inquit, & reuocandi sunt ad uoluptatē aīo. Hoc em̄ dicto tollūt prudētiā & modestiā: quæ altera p̄teritorū reminisci iubemur, ne stultitia & secordia in aliquam calamitatē incidamus: altera uero frenare cupiditates, & libidinem coercere, ne ingenio simul & corpori immoderata libido officiat. Sed uide quæso quantū absit, ut in uoluptate summū bonū dici possit. Ex bono em̄ nil nisi bonū oritur. At uero ex hoc bono, quod profecto malorū oīm fons est, p̄nitentiā, satietatem, dolorē, morbos, ægritudinē, eneruationes corporū, ignauiā, timiditatē, negligētiā, nequitia deniq; oīm exoriri oportet, cum q̄ se huic sectæ addixerit, nil q̄d ad corporis aut animi utilitatem ptineat, excogitare possit: adeo est libidini oīm agmine circunuetus. Voluptas igitur non modo bonū non est, sed malorū oīm caput. Ex ea em̄ petulantia, lasciuia, turpitudō, iniquitas, amentia, scelus, egestas, ignauiā, fraudatio, deorū atq; hoīm contēptus cōtinuo quasi fons quidā irriguus manat. Quid plura: ex hoībus certe intemperantes ac sæuissimæ fiunt beluæ. Sed hos tandē missos faciamus, & cōfutata falsa beatitudinis specie, quæ uera sit atq; p̄fecta, nisi q̄d ad hæc dicere uolueris, tandem explicemus. P L A. Nefas certe putarē, ea uelle defendere, q̄ tu falso à philosophis tradita multis ac maximis rationibus ostēdisti: neq; hoc quidē ad rem meā faceret, q̄ desiderio incredibile iam diu ardeo ex te audire, quod uerū sit ac summū bonū, q̄ nec diuitijs rerum necessariarū abundantia, nec imperio & regnis potentiā, nec magistratibus uenerationem, nec gloriā & famæ uerā celebritatē, nec uoluptatibus constantē lætitiā inesse uideo, ut ex tua doctissima ac uerissima disputatione intelligi potest. Perge itaq; si placet, & me q̄ incitua & errore multū de uia flexerā, ad uerū p̄fectiq; boni cognitionē tandem p̄ducito. M A R. Si fessus es audiendo mi Platina, requiesce paululū. P L A. Quasi uero quies ulla maior dolori meo afferrī possit, q̄ te cuius aspectu mirifice recreor, admonentē docentemq; intueri & audire. Idem mihi certe usu uenire sentio, quod inferis accidisse poetæ scribūt. Ut em̄ illis om̄i poena tam diu caruisse cōtigit, quā diu Orpheo cithara & fidibus p̄ salute Eurydices deprecari licuit, sic mihi certe intermissio quædā fit dolorū & calamitatū mearū, audita tua elegāti ac docta oratiōe. M A R. Reuocanda nunc quidē mens est ab om̄i sensu & cupiditate, & ad uerū ac summi boni cognitionē traducenda. De rebus em̄ magnis ac diuinis agitur. P L A. Age dic q̄so, reflexi mentē in seipsam, ut nil excidat, quod à te dicitur. Viribus em̄ & firmo p̄ctore nunc opus est. M A R. Ita est ut dicis. Contrahe paululū pedes, atq; audi. P L A. En cōtraxi, & totū me ipsum collegi. M A R. Om̄e profecto quaecūq; id sit, q̄d uerū p̄fecti denominationē accipit, ita quidē dictū ob falsum imperfectumq; nemo est qui ambigat. Nam q̄ albū in subiecto uidet, eidem quoq; inesse posse eius contrariū, q̄d nigrum uocamus, deprehēdit. Cōtrarijs siquidē cōtraria dignoscimus, ut album nigro, dulce amaro, uerū falso, p̄fectum imperfecto. Cum igitur falsorū bonorū multiplices esse formas ostēderimus, quæ tandē uera sit ac p̄fecta, declaremus oportet. Ea nimis in solo deo rerū oīm principe merito collocabitur. Deo siquidē nil potētius, nil melius, nil p̄fectius, nil copiosius, nil gloriosius, nil quod magis animos nostros delectet, inueniri excogitari uel potest. Hūc certe ni talē esse cōtigerit, rerū oīm patrē nullo modo appellaremus, cum bonū aliqd eo p̄stabilius reperiretur. Perfecta nāq; minus integris nobiliora esse cōprehenduntur. Hæc em̄ ab illis, ut à potioribus, principiū & augmentū accipiūt. At uero tale aliqd de deo cogitare, nefas putandū est, cū om̄e q̄d cunque in rerū natura est, ita recte egerit, disposuerit, ordinauerit, ut in eo ad integritatē nil ulterius requiri posse uideatur. Est igitur in deo summi p̄fectiq; boni copia maxima, quæ nec cōtinuo usu diminuitur, nec extrinsecus alicuius ope augetur. Diminui em̄, q̄d infinitū est, nō potest. Alterius deinde egere auxilio eum q̄ oībus adminiculo est, nequaquā certe cōsentaneū uidetur. Deus em̄ semp̄ idem est, nec ullo modo diminutus aut à se diuersus dici potest. Summū nāq; dicere, cui deest q̄d ab altero accipiat, demētia p̄fecto uidetur. Præterea nil est q̄d magis diminutū aliqd aut imperfectū arguat, q̄ aliqd à se diuersum esse, ut ex illis fallacibus bonis deprehēditur, q̄ à nobis paulo ante multis rationibus sprete ac contēpta sunt. Deus itaq; summa, cōstās, p̄petua, integra beatitudo & felicitas est: hūc q̄ intelligit, eundē contēplatur, adorati diuitias, potentiam, gloriā, honores, uoluptates facillime cōtemnit. Beatus em̄ & felix, summū bonum



psalm. 81.

adeptus, quid amplius requirat non habet. PLA. Beatos igitur eos solos dicis, qui speritis fortunæ bonis, unica cōtemplatione delectantur? MAR. Quid beatos, imo deos: ut enim iustos iusti participatione dicimus, sapientes sapientiæ, fortes fortitudinis, sic diuos adepta diuinitate hoies uocabimus, quod etiã dei ipsius uoce in psalmo confirmatur: Dixi enim uobis, dii estis. Non igitur à ratione alienū est, beatos hoies participatione diuinitatis deos haberi. PLA. Magnum est certe quod bonis ac sanctis uiris tua pollicetur oratio. Sed dic quæso, istud quod summū bonū uocas, partibus ne & mēbris constat, an totū idem est? MAR. Caue existimes tantū bonū, tamque excellēs mēbris constare. Omne profecto quod partibus constat, integrū dici nullo modo potest, cū partibus plerumque magna discrepantia insit. Non enim mēbra oia ad idem semper concurrunt: inter quæ plerumque tanta cōtentio oritur, ut totū corrumpi necesse sit: atqui in deo oia sunt idem, quem quidē partibus cōstare minime dici potest. Omne siquidē quodcunque est, tam diu integrū & perfectum remanet, quod diu est unum. Nam quod partibus constat, partium corruptione & interitu dissoluatur oportet, ut in corporibus animantium cernere licet, quæ animæ ac indiuidui iunctione unū, quod diu possunt, esse nituntur. Vbi uero mors interuenit seu iunctione partium, statim dilabuntur & intereunt. Conantur illa quodem naturali desiderio subsistere: & quo ad fieri potest, eius naturā imitari, unde originē habuere, nimis id quod est cernentia, ueræ ac perfectum bonū dici nullo modo posse, quod non constans, unum, integrū, simplex, sincerumque sit. Hanc appetitionē unitatis & diuturnitatis cū uideas naturaliter animantibus omnibus & plantis inesse, non est cur ambigas deum unū atque idem semper existere, ad quæ certe tanquam ad arcem summi boni, naturaliter cuncta festinant. Quem igitur rerum omnium cōiectura bonū esse cōprehēdis, ob eamque rem ab omnibus expeti, integrū, uerum, unū ac simplex bonū fateare oportet, quo cognito & adepto, nil erit profecto, quod amplius requiras, cū in eo singularis potētia, & unica sapientia insit. Hunc enim mundi globū, quæ ex tam diuersis cōtrariisque rebus cōstare uides, ipse in sphericā formā redegit, nullius adminiculo usura: quæ immobilis ipse perpetuū quendā motū & ordinē ascripsit, quo regi oia inferiora ac gubernari miro ordine cernimus. Neque quicquam est quod hanc diuinā dispositionē queat infringere: adeo est potētia & sapientia uinculis cōnexa, ut solis, lunæ reliquorumque planetarum perpetui motus, & eodem modo semper sese habentes ostendunt. Hoc itaque tantum, tamque excellēs bonū quod iuste, fortiter, prudenter ac sancte uiuendo cōsecutus es, quod amplius sibi uelit non intelligo. PLA. Nunc demum ueræ fateor, falsi boni speciem me hæcenus inscitia & errore stolidè nimium cōcupiuisse, cum sit quoddam æternū, diuinū, cōstans & perpetuum. Sed deo gratia sunt habenda, quæ te hodie diuinitus certe huc misit, ut haberē quæ me doctrina & sapientia singulari, non afflictū modo cōsolaretur, uerum etiã grauius errantē in rectā semitam reduceret. Sed dic obsecro, qua ratione hoc tantum, tamque expetendū bonū adipisci quis possit? MAR. Disciplinis primū lustranda mens est omnium uitiorum macula, deinde & artibus instruenda, quibus tanquam gradibus paulatim superiora ascendēs, descendēs rursum rediensque, præsepe cognita huius fragilis ac falsæ beatitudinis forma, uerā illā & cōstantem in totis uiribus inquirat, cōplectatur. Hoc facere quod uult, omnium prorsus uitio & cōcitato affectu carere debet, ne à tanta cogitatione anticipati cura distrahatur animus. Fortem eum & constantē esse oportet, ne laboribus & perturbatione aliqua uincatur: Temperantem, ne cupiditatibus & libidinū illecebris à recta uia retrahatur: Prudentē, ne inscitia & negligētia errorē aliquē incurrat. Habes nunc ueræ ac falsi boni speciem satis dilucide, ut arbitror, explicatā. Proinde cura, effice, enitere in uita recte & honeste agendo, dolores & miseriae quæ a iō tolerādo, mentē crebro ab his terrenis sollicitudinibus ad reueræ cælestium cognitionē traducēdo, quod post mortē beatus summo illo & profecto bono cum tranquillitate uti ac frui possis. PLA. Nil est certe quod æque facere cupiā & uelim. Sed dic quæso, quoniam iturus es: adornare discessum te uideo. MAR. Si bene pedibus uales, nil est quod amplius operā meā requirat: iam enim sedatis animi tui perturbationibus, delinitoque pedum tumore mea ac Theodori opa, functus officio meo uideo, nisi quod præterea uis. PLA. Ut me ames uolo, & ad me interdū redeas, ubi tibi per otium licebit: nostri imbecillitate naturæ humanæ. Variæ indies oriuntur ægritudines tum animi, tum corporis: has, ut hydræ renascentis capita, abscindas tua industria & arte oportet. MAR. Vbi te opera mea indigere cognoro, statim ac libens reuertar, si mihi per arcis præfectum id facere licebit, qui non ita libenter accedentes admittit.

## BAP PLATINAE DIA

LOGVS AD LODOVICVM STELLAM

Mantuanum contra amores.

STELLA.



ALVE Platina. PLA. Hem Stella, quoniam & unde? STEL. Domo, ad te. PLA. Quid causæ fuit ut me adires? STEL. Amicorum (ut est Græco prouerbio usurpatum) omnia debent esse cōmunia, siue illa quæ in uita contingunt bona sunt, siue mala. PLA. Ita est: lætari enim ac dolore affici ex his quæ in utraque fortunam amico contingunt, ea demum est uera amicitia. Quare si quid habes, quod te coquat, mihi, qui te chariorem habeo neminem, ediffere. Vulneri enim tuo, nisi altius insedit ac omnino letale est, non nihil me dele, cognita morbi causa, fortasse adhibebo. STEL. Ex uultu, ut arbitror, deprehēdisti me aliqua perturbatione angere. PLA. Amor est mihi Stella qui te cruciat: quod incessus tuus, nunc tardior, nunc concitior, habitudo corporis præter consuetudinem ad maciem tendentis, pallidula facies, mobiles oculi, mēs uaria, crebra suspiria, cogitationes tuæ somniculose, etiam te tacente, præfacile ostendunt. STEL. Nescio ego, reprehensionis ne plus an laudis merear, si apte & ingenue amare me dixerim. Nam quanti facis per deum immortalem adolescentem, qui nullo amoris stimulo ad solertiam & sagacitatem excitus, uitam agit inertem & somniculosam? PLA. Vellem mihi ac tibi dari otium hac de re disputādi: cognosceres profecto nullam pestem ingenij adolescentum perniciosiorē amore & procacitate esse. STEL. Erit mihi otium, tam diu certe quā diu per occupationes publicas à nobis aberit Franciscus Gonzaga cardinalis insignis & patronus noster. Quare si uis, & si non omnino te solum amas, da te mihi hodie. PLA. Et hodie & cras, quādo uoles me habebis. Soleo ego, & id quidem præsepe, amicorum commoda meis anteferre. Sed deligēdus est nobis locus in solitudine, quo utriusque nostrum ingenio & mente uti liceat. Ita namque rusticorum strepitu & clamoribus tum diurnis tum nocturnis offendor, ut non cum hominibus, sed cum leonibus & asinis habitare me existimem: adeo sunt ab omni humanitate & ciuilitate remoti. STEL. Descendamus, si placet, in hanc uallē, quæ marinum attingit. PLA. Recte admones, erit hic locus & ingenio & corpori uehementer accommodatus: nam & liberius ratiocinabimur, & ascensu ac descensu corpora nostra exercebimus. Quod ante cibum maxime faciendum ad ualitudinem & robur, censent medici. STEL. Hac facilius descendemus: te, si uis Platina, quia minus belle pedibus uales, humero meo descendentem subleuabo. Sæuus nimirum fuit Paulus pontifex, qui te etiam cōpedibus reuinctum in carcere detinuit, unde ægritudo ista oborta est. PLA. Imo ut hoc facias, te rogo, ne cum in uallem descendero, quod agitatione nimia fieri solet, tumore ac cruciatu pedum ab hac nostra disputatione auocer. De fauitia Pauli nullum uerbum nunc facias. STEL. Retineo ego te, tu totus in hæretico humero sinistro, ut dextera si in præceps deferor, me teque pariter à decliuitate defendā. PLA. Ad illa prærupta saxa, quæ eregione sunt, uelim proficiscamur, adiuuabunt fortasse non nihil nos umbræ illæ maiorum, quæ olim his in locis obseruatae sunt. STEL. Est ne illud quod uideo manufactum à natura? PLA. Manu certe & opera factum est. Ex hac enim conualle, ut uidere licet, excidēbantur saxa, quibus formas illas ingentes & regias extructas uidemus, quæ Romam nobis proficiscentibus ad dexteram relinquuntur. Ex hac enim materia edificati sunt non hi modo aquæ ductus, sed plurima etiam in urbe Roma atria, plurimi arcus triumphales, plurima tum publica, tum priuata ædificia. Extant profecto adhuc ictus lapicidarum, extant semiexcisa saxa, & hic pons quem in saxo concisum cernis, duabus rebus per maxime accommodatus esse debuit: nam & excisa de monte saxa

lius per fornicem in conuallem deuoluebantur: & aqua ista quæ nunc per infimam uallem dilabitur, sensim ab ipso fonte per decliua montis, & per hunc pontem ad formas, quæ in plano sunt, deriuata, ad urbem facilius perduceretur. Eo siquidem altitudinis cõscendit aqua, cuius ipse unde deriuatur, fons est. STEL. Hæc fieri sine magna impensa & multis operis nullo modo potuere. PLA. Quasi uero his defuerint opes & serui, qui prouincijs & nationibus omnibus imperabant. Audiuisti, credo, M. Crassum ciuem Romanum, taceo Lucullum & innumerabiles alios, dicere solitum, eum solū diuitē sibi uideri, qui suis sumptibus exercitum Romanū p̄ annum alere posset. Quid, quod & quinque & sex millia seruorū priuatis sumptibus pleriq; nutriuere, nec tantis quidem opibus impares eos habuisse animos cernimus, cum in alienis elementis, ac si in terris anguste habitarent, au si sint ædificare: nam & plana mōtib; coæquarunt, & iactis insanis molibus maria strauere, qd nūc quoq; tum in urbe, tum in municipijs, tum in suburbijs ex ruinis tot ac tantorū edificiorum cernere licet. STEL. Facile crediderim eos, & hæc q̄rum ruinas cernimus, & alia quæ situs ac uertustas cõsumpsit, struxisse, cum maria & terras uirtute & tolerantia suo adiecerint imperio. Sed missa hæc faciamus Platina. in uallē descendimus, delige locum ubi mente & corpore quiescamus. PLA. Ad illam quæ paquulam saxa leuiter suffurat, sub opaca ilice optime manebimus: nam & æstū uitabimus, & sitim quæ ex nimio sermone excitari solet, ætate p̄sertim, si opus erit, sedabimus. STEL. Locus est certe amœnus, sed dic tandem, unde me delam huic meo uulnere suscipias. PLA. Definiendum est primo quid sit amor, ex cuius descriptione quæ sint morbi tui latebrę, facillime deprehendemus: deinde si non omnino salutē tuam aspernabere, remedijs adhibitis ad sanitatē reducere. STEL. Age dic quid sit amor. PLA. Amor duplex est, honestus scilicet & inhonestus. Honestus est, qui oritur inter duos natura q̄ad fieri potest, & similitudine bonorū morum p̄similes. Qualem fuisse Scipionis & Lelij accepimus. Inhonestus autē is dicitur, quo corpore & animo stolide quidē ad rem concupitam ferimur, nulla adhibita modestia. Hac perturbatione qui angitur, non uideo cur sanus dici ullo modo possit, cū dulci ueneno, amaro melle, tristi gaudio, affectata deceptione delectetur. Vulnus em̄ (ut ait poeta) uenis alit, & cæco carpitur igni. Tāta siquidē huius morbi uis est, ut amantis, imo ut uerius dicam, amentis animū cruciet, corpus cõficiat, mentē ita sede ratiōis dimoueat, ut nil tandem p̄ter imaginē & speciem (unde zelotypia dicta est) amasse uideatur. STEL. Pinxisti mihi, ut uulgo dicitur, inferos. Male p̄fecto mereris de amore q̄ sic eum, ut rem pestiferam & p̄niciosam, detestaris. Caue Platina iram tanti numinis hac uerborū licentia in tuā p̄niciem concites. Cum uoluptate em̄, ut arbitror, nōdum in gratiam rediisti: proinde desine eum maledictis incessere, cuius sæuitiā & colim expertus es, & in futurū fortassis experiere. PLA. Dic meliora quæso: quod uis em̄ supplicium pati malim, quàm tot æstibus ac tāta charybdi rursus uexari. Fatebor ego ingenue quidem, dum feruore adolescentiæ æstua rem, amoris procella & tēpestare diu uexatum, neq; prius portum quietis attingere potuisse, quàm expiata mente amoris illecebris, philosophiæ me totum ac negotio addixi. Adolescentibus em̄ nulla res ocio & quiete perniciosior est. Vnde Naso poeta hac peste laboratibus remediū daturus: Si tollas, inquit, ocia, periere cupidinis arcus. Ea est em̄ adolescentium natura, is ætatis feruor, ut ociosi male agere discant. Nec mirum, cū in eos plus imperij ac potestatis habeat appetitus quàm ratio. Agitantur siquidem infinitis prope cupiditatibus, nondum in disciplina bene uiuendi ob tenellam ætatem firmatis eorum animis, quod fieri sine tempore & longa exercitatione minime potest. Quare si sapias Stella, meo & aliorum exemplo edoctus, tibi ab hac peste cauebis. STEL. Non possum ego adduci, ut credam id esse malum, quod animantibus omnibus utiliter à natura datum est. Natura enim, ut audiuisse à philosophis memini, nihil agit frustra: deficerēt p̄fecto species animantiū omnium, nisi ab hac coeundi cupiditas & amor uiuētibus naturaliter insitus esset. Habet mea quidem sententia, nescio quid diuinum, cum ad immortalitatem formarum omnium prospicere uideatur. PLA. Amorem esse rem præclaram & diuinam non negauerim ego, cum omne quod in mundo mouetur & agitur, beneuolentia & amore quodā mouetur. Nam superiorū sphærarum & siderū planetarumq; cursus beneuolentia quadam

\*In illa,  
ubi aqua  
la per

\*,

in inferiora agunt, cum eodem modo ad diuinandam genituram rerum omnium semper se habeant. Rursum ignis, aer, aqua, terra, ea beneuolentia ad procreationem rerum generabilium & corruptibilium concurrunt, ut partem naturæ suæ indiuiduis addant. Verum hic amor, utpote diuinus, eodem semper modo sese habet, non appetitu, non cupiditate, non licentia, non lasciuia, non libidine, ut is quo te anguideo, effertur, quod si quæpiam inuenero his cupiditatibus tanquam teterrima labe repurgatum, ad procreandam & cura eorum quæ procreata sunt, sancto, legitimo, honesto amore efferri, eundem caste, integre, & sancte amaturum dixerō. STEL. Nimum refecas hæc ad uiuum Platina. Nemo certe hac tua sententiā honeste amabit: & quod deterius est, multos hac tua uerborum seueritate, à tāta tamq; utili & necessaria re auocabis. PLA. Didicisti, ni fallor, à Stoicis, nil esse utile, quod non sit honestum: proinde desine necessariū id & utile dicere, quod cum turpitudine & flagitio sit: stuprum nanq; committere, incestum, adulterium, sacrilegium, ita per se nefas est, ut honesto & utili contrarium nil magis uideatur. Honestè enim, ut ante dixi, is amare dicitur, q̄ spreta quoad fieri poterat, immoderata cupiditate, qua pleriq; omnes ferimur, cõiunctionem appetet, ut simile sibi quiddā procreet, quo nihil potest esse homini bene morato & ciuili iucundius, cum uidet in filio honesto & legitimo matrimonio nato, immortalitatem sibi per successionem generis quodammodo parari. STEL. Eadem ratio, & maior fortasse iucunditatis & utilitatis in notho est, quàm in legitimo, cū plus in illo creando amoris concurrat, quæ res diuina habetur, q̄ in hoc quem facta nescio qua seueritate procreari dicis. Quasi uero generari quisquam in quauis specie possit, nisi interuenerit titillans illa libido, quæ in generatione cum uoluptate maxima sentitur. Hanc ego ita utiliter animantibus omnibus à natura datam puto, ut hac sublaeta, in contemptū uenturam generationem existimem, quasi hac ut illecebra quadam excitentur ad procreationem omnia. PLA. Epicurus omnino es, ut mihi quidem uideatur, qui uoluptatem pluris quàm honestatem & utilitatem facis. deciperis profecto, cum ex non bona causa tantam tamq; præclarā rem oriri dicas. Non negabo ego titillationem tanq; instrumentum quoddam in generatione necessarium esse, non tñ omnino dicam ex tam uilissima re potissimū, animantium indiuidua procreari. Quidē putas ne eam philosophiam quæ de moribus est, frustra & inutiliter à philosophis excogitatam esse? Hac retinetur in officio corpus, multis ac maximis uoluptatum illecebris tanq; pessimis satellitibus obsessum: hac sensus castigantur, hac appetitus obtemperare rationi cogitur: hinc tanq; ex fonte honesti, quid deceat in uita, quidq; dedecus at, deprehenditur: hinc matrimonij ratio, qua uetamur transire lineam ad utilitatem & dignitatem humani generis inuentam, cum hoc uinculo frena uaganti licentiæ & libidini sint iniecta. Taceo fortitudinem, temperantiam, iustitiam, quibus & tolerantiam rerum quæ in uita accidunt, perdiscimus. Addo & abstinentiam cupiditatum, quibus tanquam procellis marinis continuo uexamur: & æqualitatem, sine qua stare mundus, ne dicam ciuitates, uix posset. Hoc pulcherrimum inuentum, hoc donū deorum contemnere omnino uidentur hi, qui rapere ex alieno, qui timide & incõstanter agere, qui in appetendis rebus nullum habent honestum finem, nullā cupiditatum & libidinum metam in aliena uxore appetenda, in uitanda uirgine, in quouis inhonesto & illicito cõcubitu. STEL. Istud tuū philosophari Platina, ad rem nostram nihil facit: amandū em̄ potius, q̄ non amandum, adolescentibus utile & necessariū multis rationibus ostendam. Utile id nunc ego existimo, qd uulgus bonum expetendum dicit, ne rursus me in nomine polysemo captes. PLA. Neq; mihi quidē de futura argumenta arbitror, quibus ostendam te errore maximo detineri, q̄ tam obnixè uoluptate certatur: te polliceris. STEL. Mecum agas syllogismo nullo modo uelim. PLA. Ab utili sumentur argumenta. Sed unum te monitū uelim, ne de amore q̄ ad legitimum connubiū respicit, uerbū ullum facias, ne rem inhonestā sancto tuae ris nomine. STEL. Nulla profecto res est, quæ magis excitet adolescentes ipsos ob tenellā ætatem dormitantes, q̄ amor ipse. Vifa em̄ pulcherrima forma, auditōq; dulcissimo cõcentu, olfactu itē ac tactu rebus suauissimis excitatis, animū adhuc recentē, & ob eā rem bonarū res ignarum erigit: applicatq; illi rei maxime diuinitus credo, quæ ei & ætate & moribus & forma p̄similis est. Hanc sequitur, hanc diligit: huic ut pla-

\*deriuam  
dam

ceat gressus rudes, manuum ac totius corporis motum decenter componit, ut ciuis & non rusticus esse uideatur. Verba idonea ad persuadendum excogitat, omnibus in rebus quærit ornatum: nitidus, mundus, tersus, ciuilis, comis cupit uideri. Rusticitatem & morositatem tanquã res perniciosas deuitat, maiores natu ueneratur, æquales obsequio & urbanitate sibi deuincire studet. Gymnasia uirtutis causa frequētat. Quid plura? Nil dicit, nil facit, ex quo non eluceat pulchritudo quædam, dolet item sicui iniuria inferatur. Magnificus & liberalis in eos est, quos nouit de se bñmeritos esse. Quod si quid ei dicto uel facto exciderit, ut adolescentibus nondum in uirtute bene firmatis contingere solet, erubescit, dolet, cruciatur, & demum quiescit nunquam, donec erratum uirtute & industria emendauerit. Fortitudinem uero bellicam magnitudine rei delectatus ita amplectitur, ut honestam mortem, quod mirum in adolescente uideri debet, ociosæ & ignauæ uitæ anteferat, qualem fuisse Choræbum Migdonidem legimus, qui amore Cassandræ incensus, in armis mori pro laude & gloria pulcherrimum existimauit. Non dico quid egerit Tydeus ob amorem Thebano, quid Achilles Troiano, quid Aeneas Latino bello. Quid item innumerabiles alij, qui dū omnibus placere student, maxime uero illi quam tantopere amant, nullum in grauissimis prælijs, pro patria, pro parentibus, pro cognatis, pro amicis periculum subire recusarunt. Vnde quæso poësim habemus uirtutum oim clarissimarum præconium omnium optatissimum: ab amore. Quid ingenium Orphei excitauit? Eurydice. Quis nobis Carullum poetam dedit? Lesbia. Quis Flaccum? Asteria. Quis Nasonem? Corinna. Quis Gallum? Lycoris. Quis Anacreontē lyricum poetam? Batillus adolescens. Quis Maronem deum poetarum? Galatea nympa. Quis Pindarum? Hearinus. **PLA.** Ex his mihi unus uideris esse Stella, quos Aristoteles parum idoneos ad philosophandum ostendit. Fieri enim minime potest, ut is recte de moribus & causis rerum iudicet, qui perturbationibus animi exagitur. Vnde bene institutum à Pythagoricis cœsetur, qui adolescentibus eorum gymnasia doctrinæ causa frequētaturis, in quinquennium silentium indicebant, ne prius hiscere auderent, quam recte agere & docte loqui didicissent. Sensus quidem dicis in adolescentē tenero adhuc & imbecilli ob amorem & cognitionem rerum excitari, quod contrà usu euenire cernimus: ad epulas siquidem, ad luxum, ad libidinem, ad ocium, sprete legibus, sprete religione, sprete disciplina, incompositis & diffusis sensibus, omni impetu feruntur: nō formis rerum delectari, ad quarum cognitionē intellectus noster, dum perfici studet, sensibus tanquam fenestris & instrumentis quibusdam utitur. Nil enim in intellectu est, quod non prius fuerit in sensu. Hinc sapiens quo animum pascit, cōtinuo sumit, bonum à malo separans, dulce ab amaro, utile ab inutili. At adolescens qui non iudicio, sed libidine cuncta metitur, muliercularum illecebris & fucato colore captus, diuinū nescio quid in eis esse falso existimans, quã amat, hanc sequitur, hanc cupit, hanc probat, in hac bona omnia esse putat: eius oculos, faciem, manus, incessum, motumq; sic intuetur & admiratur, ac si inde elici summum bonum posse existimet: ad huius uerba ad campum non secus flectitur, ac nauigātes in freto siculo, ut scribunt poëtæ, si qñ in scij & inconstantes syrenarum cantibus delectati, de nauigatione flexissent. Dices fortasse hac uoluptate non adolescentes tm̄, qui magis sequuntur affectus, cruciari, uerum etiam senes, in quibus cupiditatū fomenta ob senectutem extincta esse deberent: hoc ego nō negauerim in quosdam cadere, qui uel natura uiuaciores sunt, uel minus belle in uita uoluptatibus obstiterunt, ut de Salomone & Dauid legitur. Flexit item pulchritudo Helenæ apud Homerū senes Troianos, qui scæam portā conscenderāt, Paris & Menelai singulare certamē inspecturi: eo nanq; cū mulier tanti certaminis p̄mium ascenderet, elegantia formæ adeo mentes sapientissimorū uiroꝝ primo cepit, ut tantum bellum eius causa merito dicerent esse cōcitatum: addidere tm̄ prudentissimi senes, suorum credo cladibus admoniti, & ab appetitu ad rationem reuocata mētē: uerum habeat, quanq̄ pulchra potius, q̄ patriæ nostræ p̄nicies sit. Non idem etiam contigit his, quos Medusa incredibili suā pulchritudine partim in saxa, partim in bruta cōuertit: Saxeus nimirū sunt homines, & in brutorū transeunt naturā, q̄ muliercularū forma & illecebris capti, uitā agūt intemperantē & libidinofam. Nec excitatur, ut dicis, adolescentē ad uirtutē ob amorē, cū nihil sit tam uirtuti cōtrariū, q̄ flagitiose & intem-

peranter uiuere: quæ arbitrio. Igitur in ferum amore exarsistis & fortes, quos perturbationibus continentia detinet est quod tam arceret omnes a Iasonem quem patrem insequo quoq; ira p̄cipros, discepto ob uindictione cum fuit. coniuuans: quo in noi regi cui huius auter cepit Thes Hippolyti cules amat. lis ira Dana Polyxene n. Phyllidi exitat. Remo amor scemtia. Perijt in uel in seruam suatutem C. Cæum minus certædes, quas prognatarum & affilentes amore a per deum immor oim uexatur, menteciatus, dolent quum a spei redeundi in gratia. falli uident: His affectibus quietam & omni prorsus p̄dissipent, parētes decipiant, a dia poetarum omnium. Conqcia filij Pamphili, aliā q̄ ipse uol. Pellit in militiam durus pater Cli. obiurgat Mitio Demeā fratrem, q̄ quæso à poetis celebrata, quid aliud. scentes, charybdim amoris deuitēt: a serias suas Propertius. Male dicit non. bullus: Ardet in Alexim Virgilius: infamatur absente Phaone Sappho. Non negmota, dignū aliquid excudisse: sed perinde sanientium responsa: quæ si quidem ad rat. sunt: quæ uero secus, caute uitanda, ac si rodisse in gymnasijs Italicis adolescentes, & quic amore pditi, ocio & lasciuia florē ætatis consumi, quarum gratia à parentibus cum magno disp



NO

vident ingenium fia  
contemptus deorum  
non sanam mentem

vigilant, suspis  
ur hac cura pu  
stidiunt omnia,  
allere, oculos  
quærit rixas,  
ifat, adeo de  
t, idem post  
anibus uitio  
quid ei præ  
um ac deos.  
m, faciendum  
atem dices.  
direct: adeo  
et, ut nihil  
tit. Inter lo  
amata po  
in tanta ani  
admonenti  
modestiam  
bis dominis  
go fortem in  
enis in trium  
t, reuocat pro  
ē subirata uul  
tares labores &  
actus: illum po  
m, neq; cui dan  
enonibus & mere  
sulte ac temere ef  
mantes non unquam  
Quidium legimus, de  
ne, perturbationem men  
anum profiteri, nullam pe  
orem esse. Industrium si quis  
effeminatū: magnanimum,  
rumentū libidinis. Modestum  
udentem, infanum & stolidum:  
am ac difficilem: uerum, mēdagem  
gimus, qui filios proprios ob amor  
profecto uulnus amantū: neq; me pi  
te enim uideo, quo errore sim implici  
s qua ratione mihi à tanto malo caue  
aturam & mores inspexeris, facile à tam  
m reuocabis. STEL. Scio adolescens  
s si foeminarum concubitus interdixeris,  
tur. PLA. Si erunt bene morati, & si fla  
n inspexerint, facillime honestatem turpitudi  
potest esse turpius ac perniciosius: derogare si  
morbo laborant, foecunditati humani generis,

cum uirili femine ali  
illi, qui minus const  
ciant uicos, augean  
reprehendis, quoc  
hi contraria uide  
nubium oritur: V  
nerea præfertur  
ab amore auoc  
uirilis, quod p  
poris quanta  
intelligentia:  
Ium flectas ac  
in quo certe  
tamq; rudis  
(ut Aristote  
na, nititur e  
dat, in hoc  
mellam aut  
biliori cuic  
hoc anima  
est. Verum  
sapientem  
ego, nisi uir  
ri, & uulner  
In muliere r  
spicias. Fall  
herbis, non  
causat quod  
dijs immortal  
& pertinacia:  
Agrippina leg  
terea bellum g  
sit concitatum,  
quor rapinæ, qu  
cile indicat. Nul  
lita & pertinacia u  
expilet, illum circun  
li blanditur, illum uer  
excreatione uel signo ali  
& calliditatis, ut in crimit.  
approbare, polliceri aliqua  
est fallendi cupida. Nō dico c  
piendi amātis uel mariti gratia  
illud, & quomodo sit agendum,  
ro ad omnes affectus mouetur, ne  
uida est, auara, ut Amphiarai The  
sto, quærentibus prodidit. Non, si  
culo uno quadrante redimeret: nuli  
religione, ad officium mouetur: non  
quit Naso) uadunt, spectentur ut ipsæ. l  
fastus ostendit: ut canis rabida, ut tigris  
leoli uel rugam paulo indecentius muta  
quibus medicamentis eandem liniat, qua a  
cladis & rugas componat, norūt ancillæ cofa.

Consumunt, periturae  
dijisse. Hinc est quod  
seruos eijciunt do-  
lus inest, donec ma-  
restes & purpureas  
narū in precio est,  
thiopia emptas-  
ritimis, non atti-  
ulhuc, gallinam  
urem, fartum,  
ois, asparagos,  
quibus adeo  
ensam nō ma-  
ras argēto &  
nel in pignus  
oreas frequē-  
ter amantes  
lexerat. Les-  
irant. A des-  
nonachum  
tem ad libi-  
bidinosi &  
duplices quis-  
ia. Non pro-  
ditu mœchi  
o subeunda  
ultero, nul-  
sirecufant.  
in libidinosæ  
obsum: alia aut  
sed ipsæ furij  
sunt: domum  
tantur officij gra-  
causa exisse, aut  
& uerberibus cæ-  
id agant ipsæ inter-  
tēdit, præsertim cum  
n dico quibus cōuicis  
m uel imbecillitatem na-  
libo defraudari sæuissime  
agunt, id totum ad rem ue-  
a nullum uerbum. Illas felis-  
iteri, intemperantes ac libidis-  
Quæ conuiuia dij immortales?  
uel cum amico, maritis absentis  
stant. dicit hæc suum ut ignauum  
P suum nimis sapere, quod lunam,  
e uenerea obseruet. Alia suum non  
m. Quos audiunt ob magnitudinem  
is precijs conducunt, his beryllos, his  
it condonant, filiorum & mariti immes-  
uiri sui amore detineri se optime fingant  
uenientem resalutant: & si quando ob mœ-  
iorum desiderio accidere ostendunt. Pendet

fallax & blanda circ-  
us uitam sibi chari-  
mā catellæ si posse-  
di, quàm foetidi,  
stris corruption-  
cadauere sint fo-  
lippientes ocul-  
fas aures, defli-  
irrumatum g-  
fentina, omn-  
& auerni cla-  
Hæc cum rak-  
nullum pro-  
bidinosissim-  
nus extingui-  
tunt, quod  
ge clarissim-  
Huius tant-  
crura labe-  
mature de f-  
infuscatur  
nantur. ho-  
non teipsu-  
Dij uestran-  
terruiisti me-  
ui laborant  
quot post di-  
gitabo ego su-  
inani solicit-  
mabo hæc  
bat, redder-  
insumpsiss-  
uum, tui c-  
gate am-  
ab urbere  
nostram ce-  
absentis rec-  
de deduxi.  
Reducet m-  
scētem à la-  
go, ut rustic-  
tardius rec-  
castelli pro-  
ho

# E D E

DE M VIRVM

amplissime pa  
uum erroribus  
falso dijudi-  
otentiam alij,  
ionam pacto  
n consistunt,  
vac hominum  
sum ob ma  
m, alterum  
num poten  
triumphum  
us apud Ro  
tarum meri  
nihil Ma  
ni ad poenam  
spectaculum  
etus fere orbis  
mibus trucida  
gilianum ei li  
sine nomine cor  
num bonum, quod  
impelli huc & illuc  
issima arce repositum  
cet, beatos nos facere po  
ute munitus sit, cum scutum  
ascuntur. Est autem uirtus  
iens, ut laudabiles eos efficiat,  
Etiam illa uirtus est, quam tanti  
aret animi bona, in altera corpo  
m boni lancem putat, ut terram &  
em uirtutis habitus comparari certe  
adinum impetu, a uano terrore, a fortu  
tiam omnes uias docet, quæ ad beatitudi  
tudinem, quæ in Gorgia laudatur a Socra

te: nam cum interro  
mus putabatur, be  
quam locutus su  
traretur, tum il  
quam bonus, q  
tuti sumus, na  
indagandas  
di & agend  
mutare niti  
uirtuti nobi  
munem, boi  
ut hæc ad  
te omnino.  
Nullam e  
rito dixit  
omnibus  
tanta homi  
Philosophi  
ptis indige  
manarum, a  
ad uirtutem  
Non enim p  
lustrem scrip  
la conualle es

B A P . I .  
L

**Q**uid circumpicis  
ris? PLA. M. Va.  
sibi hunc locum que  
Quid hoc Aniene ætate frigi  
cimus, salubrius? Quid hac tua  
modius? Qua superiori ætate ita  
toto cardinalium senatu, magna  
tem tuam & splendorem nil addi  
ratas & distinctas, ita pictura, laque.  
ut omnibus admirationem inieceris  
phi autoritatem, parauit ædes diuitijs r  
nis potius quam Vari uicum hunc fuisse  
uillam in Cassinate habuit. PLA. Va.  
ris potius quam domi uitam duxisse const.  
bus, legatisq; omnibus & auxilijs cõmunib



TE

Vare Quintili, redde  
b acceptam cladem  
niūctus erat, Syro  
em tantummodo  
lexa est. De Varo  
Cassinate uillam  
Marfos ducit,  
locis & in ele  
um & Lucullo  
abuere. Vnde  
accusantem,  
entos & fris  
ucullus imis  
anni tempo  
quo Varro  
m ut dicis,  
uemus. Hic  
stissimum,  
uacasse mi  
ne Lactans  
m doctios  
posita est  
Pollione  
uando qui  
uero laudis  
Varro: nam  
tasi domum  
tem patriæ,  
ticam, tu bel  
tamanarumq;  
nostris omis  
tis omi fere nu  
satis, ad edo  
atq; integerris  
se præconio lau  
ia, bibebatur, lu  
quãquam quomo  
uorum M. Varro uo  
re dicebantur: quæ co  
menta maior, omis sa  
ur M. Antonius in Varro  
patrum: bello enim pirati  
dem secutus est ducem, un  
aduersante etiam Cæsare & sæ  
m parceret. Verum cum postres  
m improbare, proscrizione no  
ad pœnas persæpe à M. Antonio  
Varronis calamitatē, sed quando  
iam hanc quæ nunc nostra est, malo  
icortis undiq; accitis, pueris meritori  
onstra (ut uideo) illis tēporibus, neque  
ahebat. P. L. A. Imo uero nescio quo  
ppellat, in omnem turpitudinem prolapsi  
ex gēte Cornelia: quem libidine P. Clodio

ex gente Claudia: que  
ere & alia monstra, q  
tem deduxisse, fed  
igitur (ut uideo) il  
eodem sibi uideri  
P. L. A. Non est  
ne partem aliqu  
unde uera nobi  
dum inuitat. N  
alni folia uent  
recumbes, ac  
mihi facere n  
id agere nece  
mur. sed priu  
ceperis. & n  
terpellabo:  
Placet hoc  
tit. Putauit  
orum origi  
q summos.  
uirtute ade  
dam animi  
gregis nob  
insit. Nam  
domestica c  
citamur, que  
& genium qu  
bene de rep. r  
Romani uolu  
tione gloriæ e  
patriæ recusare  
monumenta n  
piditas, quæ à r  
tis etiã exempli  
miles patriæ reli  
suo utatur. Quã uo  
ex liberorū rebus for  
sui partē relictā esse. H.  
tādi eos ad laudē capest  
in filiorū & nepotū uita  
precio reliquerint. Expeta  
tario magnā partē gloriæ suæ  
scētes natura & etatis uitio feru.  
Ex gñe igitur nobilitas duci uia  
rauerimus, nil nobis merito nega  
manos in petitione magistratuū n  
generi bñ de rep. merito. Non em̄ a  
tes genuere. Senatorij siquidē ordini  
erāt. Præterea uero ne uulgū me sequi  
uere nobiles generosos appellant, q in  
dialogis suis psæpe utitur Plato, dū amic  
sic est agendū, ex genere nobilitatē animi  
deatur, quidam adijciunt facultates & opes:  
& amici, quorū frequentia nobilitas indiget

E

salutatio, patroni in cli-  
 sunt, qui fortunæ bo-  
 nios uti nequaquam  
 iam liberalem uolunt  
 (Aristoteli placet) p-  
 ratis splendor so-  
 liberalis esse non  
 Satyrus dicit:  
 Misere traduxer  
 pauper fuit,  
 difficultatem  
 ererat, molas  
 ad splendor  
 Potuisset ne  
 belli neruos  
 ad tantam  
 familia no-  
 nis suos con-  
 pro patria di-  
 agauit ex ur-  
 tare Petrus,  
 is ecclesiasti-  
 biccit. Fran-  
 ati animo tu-  
 us, qui pulsus  
 itauit Alpho-  
 d dubitatū ple-  
 demū uero Ray-  
 in, regnum Cy-  
 bello egregie  
 est. Proinde hec  
 Quid, rogo, con-  
 micus ac prope hos  
 patres mei, hominem  
 nari, sumus, ut uides,  
 bus nostris relictas, par-  
 mione nequaquam dissen-  
 sione merito appellat. Nam  
 illorum esse ait, qui bonis,  
 quorum parentes principes ex-  
 gestis in precio fueret: quartam  
 c diuisione nil certe est, quod nos  
 ræ ciuitatis uitam & mores inspicere  
 patebere certe nos inter nobiles cen-  
 aditum ad ueram nobilitatem dixit  
 eneficus ille nobilis, quem uolumus,  
 Nam cum magnifici proprium sit, ædes  
 q; item liberalitas circa dandas pecunias  
 ralem appellamus, si nihil habuerit, quod  
 xpetenda fuerit: Meo itaq; iudicio eos nos  
 antiquū, & diuitiæ bene partæ à maioribusq;

DF

relictæ commendan-  
 tequam dicere inci-  
 nos sol, ut uides, ac  
 unde uides umbr-  
 pore uado perco-  
 Sed heus tu frig-  
 nere in flumine  
 teris aquam pe-  
 rapax est, ut se-  
 giditatem au-  
 per opertis. I-  
 tinui fontes,  
 bus ex locis  
 gidum & hu-  
 VRS. Ad  
 pensa: PI-  
 dis ministe  
 uiginti mil-  
 omisso flur-  
 ctus caput p-  
 Marfos & F-  
 federis, & c-  
 passibus sup-  
 Nimis uetu-  
 dibus extol-  
 non sine cau-  
 illas redeo, q-  
 martiam ad i-  
 duobus amp-  
 & quæ clau-  
 tantarum rei-  
 xtra ac sinistra  
 autem diligen-  
 cum passim cer-  
 so martiam & ci-  
 co ac priuato sum-  
 ratio est, quibus ex-  
 Tandem uero, ut uia  
 facultatibus oriri. I-  
 teolanum sinum pont-  
 sit, qui portum Romanu-  
 dum thermas & theatra, c-  
 uit: Nobilem item Herodem,  
 tus, urbes, theatra, aquæ ductus  
 fera unquam immanior fuit: N-  
 les, diceretur. VRS. Contrah-  
 seas. PLA. Nobilitas enim, ut  
 niens, quàm ex ipsa uirtute, qua be-  
 animi nostri bonis artibus & discipli-  
 tiam, prudentiam rebus in omnibus c-  
 lis censeatur, qui sine doctrina & eruditi-  
 nequitia addixerit: Imo uero hunc non i-  
 bulonem improbum appellabimus. Idem  
 enim ad M. fratrem de petitione consulatus.

itis nobiles. Nobilitas  
imperare, avaritiam  
uerit, is merito suo  
naturam (ut quis  
ignobiles faciat.  
non potentiam,  
ratio in priuato  
ora & magnis do  
uitia faciunt,  
gnis, ad Lucile  
quem tamen  
nquam mor  
stetrix & pa  
bilitatem tra  
uirtute ade  
il ei ad sum  
qui humili  
uere ij qui  
uirtutem &  
non sine cra  
ia, gemmas  
a certe gene  
quantum a ce  
re ordinem  
bi emunt, ut  
inemeritis, ut  
lo egregie ge  
ignore. Con  
ina excellit,  
antur. Si quis  
alienam, non  
bus distincta,  
nis in se habet  
uirtutem omitta  
uero si recte ins  
Talem autem no  
alitia dixit & igna  
nforium uocarunt,  
e, tenui cesu) sed praes  
de C. Mario dici pos  
d extremum ueram glo  
erit autem ut aut nusquam  
ina, industria, magnitudine  
Oriri autem nobilitate ex uirtu  
x claris maioribus orti ob uitia  
perioris Africani filius, qui bel  
ario praeter Romanum morem  
s. Patruus egregium illum ducturus  
a, a patre degenerans, adeo libidino  
a Q. Pompeio praetore, nemo a gre tu  
nil profuit. Nollem Q. Hortensii ora  
rolapsus: qui dum popinas & lupanas  
extinxit. Quis est autem rerum humana  
les appellandos: Quorum uita quo turpior

D  
fuit, eo citius suorum n  
gestas commemorar

*Et genus &*

Sunt quidem nostr  
sunt, quam illorun  
perest, siue quid ar  
prolem reliquisse  
uirtutem & res q  
ea profecto cen  
dex, qui consci  
seueritate imita  
Torquatus it  
tur, solus coce  
excussa filij cr  
am diripuisse  
societate eun  
motus, laque  
Non possunt  
imperio & g  
osq, quoru  
litate filio  
filios in uita  
os commend  
datione: Sin se  
deratione usu  
mirari, ut aiur  
lium (inquit) n  
fane, ne si secus  
naretur. Quid i  
uideo. Quema  
neque gloria n  
Ponticum scrik

*Stemma.*

*Sanguine*

*Maiorum,*

*Et Curiosa.*

*Coruini, & G*

*Quis fructus g.*

*Fumosos equitum*

*Si coram Lepidis.*

*Tot bellatorum, si lu*

*Ante numantinos si dorn*

*Luciferi, quo signa duces &*

*Cur Allobrogicis & magi*

*Natus in herculeo Fabius lar.*

*Vanus, & Euganea quantumur.*

*Si tenerum attritus Catinensi pun*



omitteret, operam dedit ut ager eius coleretur, & uxori ac liberis publice alimenta præstarentur. Miseros ne igitur & ignobiles hos præclarissimos viros dicemus, quorum tantus uirtutis splendore in paupertate reluceat: Petijt & Cn. Scipio in Hispania successore sibi dari, quia filiam nuptiis sua industria daturus esset. Senatus autem ne tanto duce careat, dotem XL. millium æris uirgini dedit, ac marito locauit. gloriosus senatus, qui cuius uocauit: gloriosior Scipio, qui ex paupertate tantum nominis consecutus est, quantum nullus ante ex diuitijs. Fuit olim respublica Romana apud omnes gentes & nationes magno in precio, dum Romani ciues paupertate gloriabantur. Opes enim publicas oportere esse & non priuatas, censebatur ueteres illi, qui legem de repetundis ac de peculatu tulere. Verum ubi, hac mutata sententia, ex publico & priuato rapere impune cœperunt, posthabita gloriosa paupertate, nulla deinceps religio, nulla pietate, nulla modestia usi sunt: adeo eos auaritia, & habendi cupiditas de uia retraxit. Hinc ortæ sunt in tanta ciuitate seditiones, orta bella ciuilia, cum opes orbis terrarum in unam urbem congestæ, uictorum præmia essent, proscripsi certe in triuuiratu plures sunt propter facultates & diuitias, quam propter studia patrium. Quos enim uel natura uel ratio à tanta pernicie retrahebat, eosdem diuitiarum in discrimen uocabant. Secura est ubique paupertas, non latrones, non ueneficos timet. Et si qui uere nobiles habendi sunt, non certe pauperes erunt, qui speritis fortunæ bonis, omnes cupiditates profacile uincunt. Neque est uis sine cuius quisque putet, pauperis nullam omnino liberalitatem esse, quam facultatibus careat, unde beneficentia oritur. Mira enim liberalitate utebantur uiri illi clarissimi, de quibus paulo ante mentionem fecimus, dum patriam tuebantur, dum imperium augebant, dum munera reipublice caste ac sancte obibant. Benignitatis munere uti quadrifariam secundum Platonem possumus: pecunijs, opera, disciplinis, oratione pro circunuentis in iudicio, quod est summum liberalitatis genus. Exhausti enim interdum ea beneficentia potest, quæ pecunijs & opibus exercetur: quantum enim ex pecunijs dādo imminuitur, tantum ex auidore bene agendi detrahitur. At uero qui in priuatis publicisque rebus opere, consilio, officio prodesse nititur, eo liberalior indies fit, quod sua autoritate de pluribus benemeretur, nulla sublata bene agendi, hac in re præsertim, facultate. Quantum autem profecerint in iudicijs oratores & causidici circunuentis aduersarioꝝ potentia & malitia, declarant Ciceronis, Hortensii ac Demosthenis orationes, qui præsertim à faucibus potentium inopes subtraxere. Doctrina præterea & eruditione comparari ingens benignitatis nomen potest, quod ea semper animis nostris infideat, comiteturque nos usque ad extremum uitæ spiritum. Transferuntur profacile & amittuntur pecuniæ, mutantur honores & dignitates pro arbitrio potentium. Cadunt consilia socordia interdum & ignauia. Contemnuntur orationes, sola uero sapientia firma ac stabilis habetur. Est enim earum res, quæ secundum Aristoteli semper & ubique eodem modo sese habent. Vera namque uirtus, uera nobilitas, nulli casui subiecta esse debet, ex qua fit animus liber & ingenuus, nulli unquam flagitio, nulli turpitudini deditus. Qui igitur de nobilitate loquitur, de uirtute se loqui intelligat necesse est: adeo simul hæc duo conexa sunt. VRS. Non improbat, ut uideo, Plato partem illam beneficentiam, quæ circa dandas pecunias uersatur. Pecunias autem dico more maiorum, quæ extimatio mensuratur nummo. PLA. Non improbat certe cum dicat, hac nihil hominum naturæ accommodatius. Sed inspicere diligenter oportet quemadmodum utamur, cum non in omnes, nec ob leuem causam, sed erga bene merentes, & ob singularem aliquam uirtutem beneficos nos esse oporteat: hoc uelle iustitiam in partiendis rebus, hoc poscere æquitatem. Ea præterea liberalitate uti iubemur, quæ profit de nobis bene meritis, & nemini noceat. Quare tyrannorum quondam, ut olim L. Syllæ, C. Marij, Cinne, Lepidi, M. Antoni, pecuniarum & bonorum translatio à ueris dominis ad iniquos satellites & seruos nequissimos, non debet liberalis uideri, cum auferatur unde non oportet, & his datur, quibus ob flagitiosam & scelestam uitam negari aer, nedum uictus, deberet. Admonet nos quoque M. Tullius, ne maiore utamur benignitate, quam facultates nostræ requirunt: ne uita familiarē claudamus, ut eam liberalitas aperire non possit, quæ profecto omni ostentatione & uanitate carere debet. Hoc autem prudenter fiet, si tempus considerabimus, si causam benignitatis, si rationem, si dignitatem tum nostram, tum eorum erga quos liberales esse debemus. Nam quæ sine uitio uel mensura, quæ animi impetu, liberales uideri magis quam esse uolunt, argui leuitatis non sine causa possunt. Viro enim bono nihil turpius est, quam aliquid facere cuius probabilis ratio reddi

te nobilitatem  
 in tanquam hæ  
 xerit, qui indi  
 tis socia & co  
 pteft. Vnde ue  
 rari quidem  
 obilitatem ue  
 ne ignarum  
 io raro cum  
 mihi durius  
 PLA. Cum  
 ra tota in uir  
 lam aspernere.  
 m necesse fit.  
 Lex autem na  
 Non est necesse  
 ercilium graue  
 eta paupertas,  
 uenit, diues est  
 hi enim ad natu  
 Parum est quod  
 ur nos idem Sene  
 liuites erimus, si sci  
 emo dignior, quam  
 atur. Non enim diuites  
 mus. Sine cupiditatis  
 stibus quæ nos quoti  
 mum malum existimas  
 audis ex paupertate con  
 asset honore sepulture, ad  
 ina, iani in componenda pace ar  
 riri ore maiorum fuisset. Valerio  
 nopiam rei familiaris funus ex pu  
 e sibi reliquum fecit. Cincinnatus  
 riæ ex paupertate quam ex superatis  
 iugeribus agri contentus, quem ipse  
 uam gloriosa autem fuerit Attilij Serani  
 torici huius clarissimi uiri nomen cele  
 um duxisse arbitror, dari sibi in Africa suc  
 ædam iugera pessum irent, mortuo uillico,  
 osueuerat. Senatus itaque ne inchoatum bellum

non possit. Tenēda igitur mediocritas quædā est, ne si oīa temere effuderimus, prodigi: si ubi dandū est nō dederimus, auari & maligni uideamur. More autē Christiano, paruulos nutrire, pupillos tueri, uirgines inopes connubio locare, uiduas defendere, nobiles paupertate & ualetudine oppressos iuuare, esurientes pascere, algētes uestire, captiuos redimere, nexos ære alieno soluere sua pecunia & impēsa, nobilis ac liberalis uiri propriū est. Quod etiā Fabiū illum Maximū, qui cunctādo rem Romanā restituit, fecisse legimus. Captiuos em̄ ab Hannibale redempturū se pollicitus, senatu recufante, ut id quod instituerat, sua impēsa faceret, fundū uēdidit. Laudatur & liberalitate Gillus Agrigentinus. Is em̄ quingentos equites Gelsenū ui tēpestatis infundum suū cōpulsos, magna impēsa aliquandiu aluit. Omitto dicere q̄ liberalis fuerit in edendis spectaculis, in curanda annona, in epulis apparādīs, cum oīm qui unq̄ fuere, liberalissimus sit habitus. VRS. Splendide sane. Sed dic q̄so, separas ne magnificentiam à liberalitate? PLA. Imo uero, Aristotelē secutus. Hæc em̄ in dandis pecunijs, illa uero in magnis sumptibus, unde nomen accepit, uersatur. Propriū nanq; magnifici uiri est, theatra, tēpla, fora, porticus, ædes ita ædificare, ut & ciuitatis dignitas req̄rit, & eius q̄ extruit, facultas & amplitudo. VRS. Pinxisti iam mihi, ut arbitror, illū quē nobilē dici & haberi uis. PLA. Ducta sunt certe uera nobilitatis lineamenta, sed nondū plane neruos & colores superinduximus. VRS. Perfice q̄so, ut tandem gloriari possim me illius nobilitatis quā q̄rimus, uerā imaginē uidisse. PLA. Ita em̄ iustitia in humana societate necessaria est, ut in animāte anima. Huius em̄ motu cietur corpus, si in sit: si absit, cōtinuo riget & dissoluitur. Quis est em̄ qui ut deum quendā cælitus missum, iustū hoīem non admiretur? Huic ut uidēs cōmittunt hoīes fortunas suas, cōmittunt liberos, cōiuges humanaq; oīa: nec immerito quidē, cū ipsa iustitia sit, ut Aristoteli placet, nō pars quædā uirtutis, sed tota uirtus. Ut igitur perpetuam cōmendationē & famā ueræ nobilitatis cōsequamur, ipsam iustitiā amplectamur oportet, sine qua nihil potest esse laudabile. Camillus dictator Romanus Phalarios, quos uinon poterat, iustitia & clemētia in deditiōe accepit, remisso pædagogo uirgis cæso ab eisdē pueris, quos trās fuga secūp fraudē in castra hostiū duxerat. Magna est & Aristidis laus, qui iusti cognomentū cōsecutus est, q̄ Themistoclis consiliū de incendēda Lacedæmonioꝝ ad Cithieum classe, utile certe, non tñ iustū, improbaue rit. Hæc autē iustitiā recte obseruabimus, si cōmunibus pro cōmunibus utemur. Cōmunia autē sunt, errātes admonere, ignaros docere, aut ut erudiātur eurare, aquā non prohibere, pati ignē ab igne sumi, cōsulentibus fidele consiliū dare. In hac autē societate humana gradus distinguere superuacaneū mihi uidetur. Nemo est em̄ qui nesciat, plus se patriæ, parētib; liberis, propinquis, ciuib; debere, eiusdē nationis, eiusdē lingue, q̄ pegrinis & externis. Nō est etiā alienū ab officio pstantis & iusti hoīs, curare ut in patria sua leges, iura, suffragia, consuetudines seruētur: utq; ciues sui in dictis pactisq; datā fidē pstant. Quod fecisse M. Regulū legimus, unicū inuiolate fidei exemplū. Is em̄ Carthaginē ad certā poenā redire maluit, q̄ datā fidem uiolare. Hæc autē Vr̄ sine q̄ diligēter obseruat, nō modo ingenuus, uerū etiā illustris mihi uidetur. VRS. Probe qdē oīa pingis: si qd habes ad hæc, pge q̄so. PLA. Fortitudo, ut mihi uidetur, oīm uirtutū quasi robur q̄ddam, uiro insigni pncessaria est, ne iustitia ulla ex parte labefactetur. Vex; ut fortitudo sine iustitia iniquitatis asylū est, cū ualidior imbecillior rem opprimat, ita iustitia sine fortitudine, eos plerunq; deserit, quos tueri merito deberet. At uero cū fortitudo in res bellicas & domesticas diuidatur, superius illud Neapolioni equiti & fratrib; tuis, qui militiā sequuntur, omittamus, amplectāturq; potius domesticā illam fortitudinē, quæ animi magis q̄ corporis uiribus cōprehēditur. Vera autē fortitudo est, primo seipsum uincere, iram cohibere, nullis illecebris capi, aduersis non pturbari, nec extolli secundis, & quasi uento huc & illuc impelli: nam q̄ cupiditatibus uincitur, qui metu frangitur, q̄ ira pturbatur, uti certe cōsilio nō potest. Is autē quem magni excellētisq; animi esse uolumus, nihil admirari in rebus humanis, nihil magnificere pter uirtutem debet. Honores pterea, ut Aristoteli placet, nō q̄scuntur, nec à quouis oblatos suscipiet, sed illos tñ quos esse dignos illustri uiro arbitratbitur. Præterea uero ita dignitatē animi sui in utraq; fortuna seruabit, ut à seipso dis-

cedere nusquam uideatur. Cōtulisse in benemeritos beneficia, lætabitur. feretq; molesse si ipse ab alijs acceperit, nec plura statim reddiderit, Hesiodi præcepto, q̄ maiore mensura reddi mandat. Alienū uero ab eius natura est, quem magni excellētisq; animi esse uolumus, bñficia in alios collata cōmemorare: accipientis certe hoc proprium est, non autē dantis. Quanuis enim Lacedæmonij ab Atheniensibus beneficia accepta cōmemorant, sua tñ in eosdem collata uerecunde reticent. excellere item in oīm uirtute mauult, q̄ uideri, qd est uani hominis proprium. Aperte autē loqui, amare, odisse, magni animi propriū existimat: timentis nanq; est occultare sententiā. Sit motus ipsius quem nobilē q̄rimus, tardus in incessu, uox grauis, sermo sentētis plenus. Prorsus autē uera animi magnitudo sine ingenti uirtute cōstare non potest. Cauenda est tñ nimia gloriæ cupiditas. Nam dū magnitudine animi pstante oībus q̄rimus, æquitatem interdum ob ambitionē cōtemnimus, qua nullo publico ac legitimo iure uinci nos deinceps patimur. In rebus autē agēdis magnū animū, magnā spem præ se ferre debet, qui alios excellere cupit. Quod fecisse secundo bello Punico Scipionē ferūt. Is em̄ cœtū ingressus deliberantiū de relinquēda Italia post cladē Cānensem, stricto ense mortem his cōminatus est, q̄ talē approbarēt sententiā. Nā ut boni medici propriū est, uultu ac uerbis bonā ualetudinē ægotantibus polliceri, ita illustrē uirū decet desperatis oni hoīm fidutiā & bonā spem obijcere, qd Aeneā fecisse Virgilius scribit, ut illud:

*Spem uultu simulat, premit altum corde dolorem.*

Non est autē uiro ingenuo ullo modo trepidandū, nec de gradu cōstantiæ, ut dicitur, cadendū: quo nihil potest esse uiro amplissimo indignius, q̄ ad unam fortitudinem pro utilitate cōmuni natus & educatus est. VRS. Indiget ne alio adminiculo is, quē ceteris nobilitate animi pesse uis? PLA. Imo uero, & quidē magno. Necesse est autē, ut in eo homine prudentia sit ad bonoꝝ malorumq; delectū, quem iustū & constantem uolumus. Prudentia em̄ cæterarū uirtutū magistra, ita est ars uiuendi, ut medicina ualetudinis, nauigationis gubernatio. Vnde hac in re nequaquā laudandus est Theophrastus, q̄ in Callisthene suo uitā nostrā & regi fortuito dixit, quo nihil potest esse languidius, cum usu & doctrina cōpertum sit, cælū & homines sapientia gubernari. Sapientia enim, ut philosophis placet, nil aliud est quā diuinæ humanarūq; rerum cognitio: quam quidē M. Tullius prudentiā interdū, sapientiā non unq̄ uocat: hanc qui aspernatur & cōtemnit, quid à brutis differat non uidec, cū uirtutū oīm princeps sit & magistra quædā, unde oīs bene uiuendi ratio colligitur. Quare sancte à Platone scriptum est, tum demum beatas fore resp. si eas docti & sapientes regerent: bene siquidem consultū ciuitatibus censuit, si is qui summā potestatem haberet, studiū or̄ne suum in uirtute collocasset. Quales fuisse Romæ P. Scipionem, C. Lælium, M. Catonem accepimus, Spartæ Lycurgū, Athenis Solonē. Illa em̄ pars, quæ ut M. Tullio placet, in ueri cognitione uersatur, maxime naturā attingit humanā. Is etiā merito prudentissimus haberi debet, qui in quauis re uidere & explicare potest, quid uerū, quid uel falsum sit. Quare bene responsum ab Aristotele est, interrogatus em̄ quid differerēt docti ab indoctis, quo (inquit) uiuentes à mortuis. Est autē sapientia recta ratio rerū: gerendæ, quæ & uoluptatibus modum imponit, & animi fortitudinē regit. Transfert hæc eadem se non modo ad remp. uerum etiā ad familiarem: resq; oēs nō temere, sed cōsiderate agendas. Sumendū esse tempus in deliberatione ostendit, re autē deliberata aliquid agendum, posthabita fociordia & ignauia. Huius enim uirtutis tota laus in actione consistit. VRS. Miror ego hæc duo nomina, uidelicet sapientiæ & prudentiæ, omnino confundi, cum Peripatetici longe aliter sentiāt. PLA. Est ita sane ut dicis. Ut enim sapientia principium est cognoscendi res omnes exactissime contemplantas, ita prudentia quid expetendum fugiendumue sit, nobis ostendit. Verum si recte intueri uolumus, parum admodum inter se differunt, cum res ipsa cōsiderata & perspecta, quod ex sapientia oritur, ad actionē nos perducit, in qua felicitas humana reposita est. VRS. Nō displicet hoc quidem. Habeo iam ut arbitror, illū quem uere nobilem quærimus. PLA. Vnum adhuc superest, quo ueluti condimento hæc nostra confabulatio uel disputatio potius sapidior fiet. VRS. Quid id q̄so est?

PLA. Temperantia, quam interdum modestiam, nonnunquam etiam moderationem appellare solent. Cuius uirtutis proprium est, appetentis animi motus sedare ac regere, semperque aduersantem libidini moderatam in omni re seruare constantiam. In temperantia enim omnem animi statum perturbaret & inflammaret, nisi huic uitio sita illa uirtus obstitit, cuius beneficio aegritudines omnesque animi perturbationes sedantur. Animis nostris atque naturae uim duplicem inesse M. Tullius affirmat, quarum pars una in appetitu reposita est, haec <sup>quae</sup> Graece dicitur, quae hominem huc & illuc impellit: Altera uero in ratione, quae docet & aperit quid faciendum fugiendumque sit. Ita fit autem ut ratio praesit, appetitus uero obtemperet, in homine potissimum benemerato, cuius fundamentum ipsa uerecundia erit, quae non sine causa prudentiae adiuncta, solumque homini data, ostendit aliud quidem iuueni conuenire, aliud feni. Saltauit (ut aiunt, qui ueteris testamenti historiam scripsere) Dauid rex, non autem Samuel: & ut nec ille reprehensus, ita iste magis laudatus est. Abstinit fidibus ob uerecundiam credo Themistocles ille Graeciae princeps, quod eas dignitati suae nequaquam conuenire arbitraretur. Scribitur & poetae Mineruam tibias abiecit, quod dum eas inflaret, indecorem genarum in fronte perspexerit, deae minime conuenientem. Continentem & abstinentem eum esse oportet, quem nobilem quaerimus. Horum autem alterum in rebus est, alterum in moribus. Africanus ille Scipio, qui nobis multis in rebus exemplo est, eximiae formae puellam in bello captam, ac sibi in Hispania uoluptatis causa oblatam, constanter renuit, eamque inuolantam marito restituit. Cato autem in Epiro, Achaia, Cycladibus, Veneris & lucri copia abundans, constantissime, Numatio Ruffo teste, tantam turpitudinem reiecit. Scitum sane illud Fabricij est in Cineam apud Pyrrhum uoluptati omnia tribuentem: Vtinam, inquit, talem habeant mentem omnes populi Romani hostes. Quam turpe autem sit diffuere luxuria, Sardanapali error nobis ostendit, qui incidi iussit in sepulchrum suum: Hoc habui, quod edi, quodque exaturata libido hausit. Quid aliud, Aristoteles inquit, in bouis, non in regis, sepulchro incidere? Res autem in omnibus tenenda mediocritas est, quae ad ualitudinem quoque pertinet. Est autem in desiderio, non in satietate, iucunditas uictus. Ille igitur quem nobilem & illustrem quaerimus, omnes libidines coerceat, aegritudines animi sedet, comprimat iracundiam, unde prope infinita mala nascuntur. Praeterea uero prudentia utatur in bonorum malorumque delectatione: Iustitia, unicuique quod suum est tribuendo. Fortitudine, labores consideratos periculaque obeundo. Temperantia, ut dixi, uoluptates omnes praetermittendo. Hoc qui constantissime facit, etsi rusticis parentibus ignobilique loco ortus est, nobilis tamen & ingenuus haberi debet. Haec habui de nobilitate quae dicerem. Sed iam finem, si placet, faciamus: nisi quid aliud uis: Nam coenae tempus instat, & traiecto flumine, nobis per aduersum collem in uicium Varronis subeundum est. VRS. Satisfecisti mihi abunde, & iam tandem solos eos nobiles existimo, qui aliqua singulari uirtute praediti sunt: non autem illos, qui bene loti & pexi & sericati coccinati, accipitrem circumferunt, in ipsa ignauia, non in solertia, ut par esset, nobilitatem collocantes. PLA. Recte sane. Conscendamus, si placet. VRS. Quid ita quae so ac celeras: uenimus tempori. Non est quod ita properes. PLA. Facit pulchritudo & magnificentia harum aedium, quas nuper magna cum arte & miro sumptu aedificasti, ut eo facilius proficisceris. Quid enim illis aedibus decentius reperiri potest, si trabes auratas, si parietes bene pictos inspicias: Quid commodius, si ampla coenacula, si porticus fastigiatas, si cubicula uenusta, si hortos egregie cultos intuemur? VRS. Gaudeo sane uicium hunc nostrum ita tibi placere. Curauit ego hanc aedificationem non magis mea quam hospitum causa, nec priuatorum hominum solum, uerum etiam pontificum ac regum, ut si quando eis hac iter facere contingeret, meo beneficio percomode recipi possent. PLA. Indicauit id modo pontificis Sixti aduentus, quem ita magnificentissime accepisti, ut a nemine melius aut lautius accipi potuisset, quod uiri splendidi & illustri proprium est. VRS. Putauit sane hoc esse magnifici hominis officium. Sed tectum quae so iam tandem subeamus, ne humiditate nocturna laedamur: nos praesertim, qui ob difficilem collis ascensum, non nihil sudamus.

## BAP. PLATINAE DE

OPTIMO CIVE AD LAURENTIUM  
MEDICEM PROOEMIUM.

VI uitam civilem Laurenti sibi deligere, ij mihi nimirum praeter caeteros sapere uisi sunt. Laudent quantum uelint Druidas suos Galli, laudent Gymnosophistas Indi, nec suos Eremitas improbant Christiani. Ego enim sic existimo, hunc mundum quem colimus, quemque tam ornatum quodammodo uictum cernimus, nullam speciem habiturum, nisi a ciuilibus hominibus incoleretur. ij sunt profecto, qui prouincias diuisere, qui urbes suis locis, qui pagos, qui uillas, qui oppida condidere, qui homines in unum congregatos, per tribus & uicos diuisere, qui patres familias suis praesse uoluerunt. At uero, ut ij in unum congregati, bene ac sancte uiuerent, suis legibus uita ciuilis descripta est, tum ab illis priscis legum latoribus, Solone, Lycurgo ac Dracone, tum uel maxime a Platone & Aristotele, quorum libri, de moribus praesertim, ciuili disciplina referti sunt. Laudant ij certe priuatam uitam, contemplandique rationem, & in ea solidam uoluptatem collocant: ciuilem autem ita amplectuntur, ut in ea laudanda magna uolumina conscripserint, quod certe non fecissent, nisi hanc uitam fructuosiore, illi inertis ac desidi praefendam multis rationibus intellexissent. Nam qui uitam in solitudine ducit, quique rerum ac deorum naturam contemplatur, is certe cum solitudines humanas subterfugiat, ac sanctam societatem deserat, sibi magis quam alteri natus esse uidetur. Magnum est profecto deos contemplari, eosdemque nobis propicios reddere precibus ac uotis. Sed illud quoque maximum est, ad quod natura rerum omnium parens impellit. Non enim solum nobis nati sumus, ut ait M. Tullius, uerum ortus nostri partem patriam uendicat, partem amici, quibus certe satisfacere illi nequaquam possunt, qui in solitudine secedentes, sese ab hominibus ut a toto corpore separarunt. Delectati quidem multi cum ex Graecis tum ex Aegyptijs contemplatione sunt, multaque ad cognitionem rerum occultarum & admirabilium pertinentia conscripserunt: quod quidem ad paucos pertinet. Sed ego potissimum Romanos laudo & admiro, qui posthabita priuata commoditate, & uoluptate animi, de legibus & moribus scribentes, communi hominum utilitati semper consuluerunt. Hac itaque ratione motus Laurenti, ne mihi tantummodo natus esse uidear, scribere aliquid ad te de optimo ciue institui, quo mihi & tibi pariter satisfacere. Multum enim patriae istius tuae florentissimae debeo, quae me licet externum, tot annis non modo aluit, uerum etiam erudiuit. Multum praeterea a uo ac patri tuo, uiris certe clarissimis, quorum benignitate & gratia in clientelam familiae uestrae susceptus sum. Verum quia auis



tuis Cosmus remp. Florentinam semper coluit, proq; ea tuenda maxima bella & grauissimas inimicitias plerunq; suscepit: eundem quoq; nō modo tecum, sed etiam cum reliquis ciuibus, quibus omnibus bene consultū uult, loqui puto. Eius enim personam loquētem feci, quo tibi ac ciuibus tuis autoritate tanti uiri maior ardor concitaretur, ad bene merendum de rep. quā uobis amplam & splendidam sua industria & animi magnitudine reliquit. Neq; est certe Laurēti, cur hoc nostrum munusculum aspernere, quod paruulum sit, quodq; etiam peregrinus ad ciuem scribat. Scribant alij magna uolumina ad ociosos & inertes. Scribo ego ad te, cuius tota uita in actione reposita est: quiq; ciuitati tuæ cōsulis, de tuo etiā, ne his grauissimis tēporibus fame laboret, quæ grauiter quidē nescio quo fato oēm Europā nunc uexat. Quod autē peregrinus ad ciuē Florentinum de gubernanda rep. scribam, non est cur quispiam miretur, cum multi ante me id fecerint: cumq; etiā eiusdem ciuitatis merito ciuis appellari possim, in qua annis aliquot uixi, in tanta ciuium charitate & beneuolentia, ut facile dignosci non posset, ciuis ne an peregrinus essem. Sed hæc quæso tādē omitamus, atque auum tuum Cosmum, quid optimum ciuem facere oporteat, disserentem audiamus: abs te tamen ut à tyronē, res prius inchoabitur, ut uelites & rorarij apud Romanos in prælijs solebāt. Tibi enim primæ partes attribuntur, qui sic Platinam Carigium uestrum aduertem alloqueris:

## BAP. PLATINAE DE OPTIMO CIVE LIBER I.

Laurentius, Platina, Cosmus.



**N**IC est Platina, ni fallor, quem ad nos ueniētem uideo, quid sibi uelit in Carigio nostro, haud satis scio, relicta præsertim Florētia, ubi ueneres oēs & blanditiæ insunt. PL. Quasi uero pluris blanditias & uoluptates faciam, q̄ ocium & quietem. Secessi paululū ab urbe, mi Laurenti, donec ludī isti uestri theatrales & mimici efferueant. Quiescere enim interim nō licet aut ingenio frui, dūm Florentinus populus ad ludos natus, uocibus & clamoribus omnia cōplet, clamat, profrepat, explodit, laudat. Tubis præterea, tibijs, fistulis, cornibus adeo cælum frangunt populares, ut nil excogitari uiro dignū tum liceat. LA. Qui de rep. scripsere, probarunt ne ludos. An hæc consuetudo ut alia permulta irrepsit, uimq; legis in ciuitatibus cepit? PL. Philosophos domi habes, & ex me peregrino quæris, qd ad ciuitatem pertinet? Auum tuum Cosmum uirum sapientissimum sciscitare, qui, ut arbitror, usu, ætate & experientia neminem superiorē, nedum parem habet, quod etiā ipso tacente resp. uestra florentissima indicat, quam & ab externo hoste & à seditiosis ciuibus sæpius exagitatam ac pene oppressam, nō modo liberauit, uerum etiam legibus & institutis fortunatā reddidit. LA. Nolle auo meo molestus esse, qui nūc in ripa Tertiolæ in uiridi opacoq; loco sub quercu illa animi & uitandi æstus causa refidet. Parcendum est eius ætati, quæ per se morbus est, ut ait Cicero: parcendum ualea-

tudini, qua sæpe afficitur. Adde quod ciuilibus negocijs & procellis exagitatus, huc sese ut in portum recipit. PLA. Quasi uero à sene bene instituto, beneq; de re publica merito quicquam fieri iucundius possit, quā aut quid sit agendum in uita ad bene beateq; uiuendum commemorare, aut suos edocere, quo pacto ciuitatem iuste ac sancte gubernent. Hoc uno siquidem modo omnem ei leuabimus senectutis & ualeitudinis molestiā. Ab his enim ad meliorem cogitationem animū eius traducemus, ex qua profecto non minorem ipse quā nos, uoluptatem capiet, cum docentis æque ac discantis, par uoluptas sit. Sed accedamus propius: & dum in uita est, quicqd possumus, ex eo tanq; ex huberrimo fonte hauriamus, quod tibi ac tuæ reipu. proffit, omissis ludis illis, de quibus paulo ante diximus. Ego enim uicissim hominē interrogabo, tu quæ dicet, norabis & edisces. CO. Quid huc quæso Platina? Carigium ne uisurus & Tertiolæ riuum, & quercum hanc frōdosam, an æstus urbaniq; tumultus uisitandi causahuc uenisti? PL. Ut te uiderem & salutarem Cosme, utq; aliquid à te perdiscerem una cum Laurentio nepote tuo, ad quem Florentina respublica post te uentura est. Nam Petrus filius adeo podagra & articulari morbo laborat, ut non longior ei uita futura uideatur: hanc ob rem existimo Laurētium nostrum tibi ac patri breui successurum, recepturumq; ab utroque rempublicam bene uestris artibus ac labore institutam. Quare ut auo ac patre dignus uideatur, ediffere, & quidem breuiter nolumus tibi diu molesti esse, quid optimum ciuem in gubernāda ciuitate deceat, ut tanquam optimus poeta, hunc extremum uitæ laborem actum bene & utiliter trāsigas. Hoc est munus tuum, hoc à te expectatur, non à riuuli susurro, non ab his uirgulis & arboribus, quæ, ut Socrati placet, nil habent in se quod homines doceāt. Quam ob rem aggredere quæsumus, da hoc nepoti, da patriæ, ut quæ ornata per te est, eadem quoque in futurum consilio tuo per nepotem salua & aucta uideatur. CO. Nō postulat à me hoc, ut uideo, sed flagitatis. Faciā ergo uobis, ut potero, satis, quanq; hoc sit philosophi doctissimi ac sapientissimi munus: à me autem hæc habetote, ut ab homine nepotius ætate & rerum humanarum cognitione perito, quā doctrina & arte imbuto. Interim uero uacuum tempus & liberum mihi dari peto. Nam qui rem tantam suscipit, cura certe & negotio uacare debet. Abigitote quæso rusticos istos à me, ne nos à republica ad rem rusticam traducant. Importuni profecto sunt: & quod uolunt, nimis uolunt, quippe qui affectus sedare usu uel arte nequaquam didicere. LA. Hoc meum erit negocium, meo iussu conticescent omnes: quiesce, si placet, & in hoc cespite recumbe, ac pedes contrahe, ne aqua subluti articulari morbo uexentur, quod in frigidis podagris accidere solet. Queret ex te Platina aliud ex alio, & ego qd differes tanquam ex oraculo percipiam & ediscam. PL. Quia uero, ut ait Maro, non omnia possumus omnes, ob eam rem, si quid mihi exciderit, aut prætermisum à me fuerit, tu statim ad quem pertinet, id suggesseris, faciesq; auum tuum rogando ad dicendum alacriorem, cum te ex ore suo tanquā ab huberependentem uidebit. LAV. Faciam ego uero quod uelle te uidero, & innueris. PL. Conticescamus, dicturus est aliquid auus tuus, mentum atrectat, & barbam mulcet. COS. Ego uero cum sæpe aliās, tum uel maxime nunc cogitabam, multum homini natura tributum esse, in eoq; mentem ipsam magnam uim rerum optimarum continere: hinc faciendi quod honestum, & uitandi quod turpe est, rationem colligimus, cum natos esse nos & in lucem editos ad deus & honestatem cernimus. Hoc etiam naturalis societas, hoc hominum coniunctio inter ipsos expetere uidetur: qua ex re, illa quam quærimus, respublica nascitur: quæ est, ut Aristoteli placet, eorum qui in ciuitate degunt, institutio, cuiusq; finis est bene uiuere. Sed quoniam res tanta gubernari bene sine parente & ductore omnium non potest, ab eo, si placet, exordiamur. Deo enim duce, errare nemo potest. Præterea uero ingrati uideremur, cum poetæ fabulas narraturi, uana numina inuocent, si nos dei optimi maximi nomē præteriremus: nos, inquā, q̄s prouidos, sagaces, acutos, memores, plenos rationis & consilij fecit. Solus em̄ homo ex tot animātium generibus atq; naturis, rationis particeps & cognitionis est, ob eamq; rem deo propius accedit. Quare si placet, & ni aliud uultis, hinc exordiamur. PL. Rectissime equidē. isto em̄ duce et

rare nemo potest. Sed uocē attollas oportet Cosme. cōcentu em̄ auitū, strepituq; flūmī nis nō bene q̄ dicis p̄cipimus. CO. Accūbite q̄so, ut q̄ dīcturus sum, cōmodius intelli gatis. mihi em̄ per aetate uocē attollere nō licet, nec arteriā defatigare. LA. Accubuis mus tua & nostri causa, ne quidq; ex ore tuo excideret, q̄d nō p̄ciperemus. CO. Princi pio quidē cōparandae auctoritatis constituendaeq; reip. singulare fundamentū religio est. Non enim parum fidei apud ciues suos ille sibi cōparat, qui & deū immortalē esse, & oīa posse existimat: putatq; quicq; humanū genus prouidū, acutū, in se p̄claz & excelsū habet, nō propria industria & sagacitate, sed diuini numinis gratia obtine re. Vt igitur unus deus ex instituto Ch̄riane religionis in ciuitate n̄ra pie sancteq; co latur & adoret Laurēti, curandū tibi potissimū est. Hoc em̄ a nobis suo merito uult de us, qui patrie nostrae hanc remp. tam amplā tāq; florentē p̄stitit. Præterea uero, cū fieri nō possit, ut in magnis urbibus inter ciues ipsos æmulatio interdū nō oriatur, pietas ista ad tutelā tui ipsius & munimentū, non paræ roboris tibi p̄stabit. minus em̄ (ut Ari stoteli placet) reformidāt hoīes, quē religioni & pietati deditū uiderint, minusq; con tra illū seditiosi audebūt, quē dijs amicū p̄pexerint. Cyro quidē ad auum Astyagē itur ro, hæc in primis mādata dat pat̄ Cābyfes, ut est apud Xenophontē scriptū: Hæc a me discas fili, quæ habētur maximæ: nihil a te uel publicis uel priuatis in rebus agendum, nisi sacris peractis, deorūq; uoluntate augurijs p̄specta & cognita. Humanum em̄ ge nus erroribus plenū est: at dii cum semp fuerint, cumq; oīa norint p̄sentia, p̄terita ac futura, inuocati ad sunt consultationibus hominū, qbus propicij ob pietatē fuerint, si gnisq; ostendūt, qd agere, qbusue abstinere oporteat. Quod si noluerint oībus cōsul tum esse, nil mirū uideri debet: nulla em̄ necessitate urgentur, ut q̄ nolint curent. Hoc aut̄ sanctissimo mādato p̄motus Cyrus, nil unquā priuatim ac publice egit, quod ad regē p̄tineret, quin prius litaret, comparatq; uictoria, sacrificādo dijs gratias ageret. Tantū præterea bene instituti regis exemplū ualuit, ut gens Persarū, ferox antea & in docta, ad bonā frugē breuiter redigeretur. Nunq; uero bella suscepit Dauid ille fortissimus, q̄ & Goliā singulari certamine superauit, & finitimas gentes Iudæis infestas do muit, nisi prius sacrificia deo maxio exhibuisset. Parta aut̄ uictoria, hymnos statim ce cinit, eidē gratias agens, ut ostēderet dei benignitate & gratia, nō suis meritis, tantā fe licitatē se consecutū fuisse. Ad Antipatrū aut̄ scribens Aristoteles, hoīem certe rogat, ut Alexandrū Macedoniæ regē moneat, ne tot uictorijs elatus, q̄t in Asia adeptus fue rat, deū contēnat, cuius nutu oīa mouentur. q̄ fortasse diutius in regno tot laboribus parto uixisset, si p̄ceptoris sapiētissimi monitis obtēperauisset, nec colī ut Hāmonis fi lius & morē Persarū uoluisset. Quāta aut̄ sit religiōis uis, & obseruatio hūanæ pietatis erga deos, ex hoc maxie cōprehendi Laurēti potest, q̄ gentiū q̄q; hoīes deos q̄lescun q; colētes, feliciores sunt habiti. Tātamq; apud ciues suos auctoritatē hac unare cōpa rarunt, ut populos quoq; uoluerint facile impulerint, ut de Numa Pōpilio legitur, qui populū ferocē Romuli impio, religiōe iniecta, ad meliōrē cultū redegit, deposita sæui tia illa & rusticitate. Testatur hoc ancylia & sacra q̄dā regni pignora, Ianus s. bifrons, belli & pacis arbiter, focus Vestæ uirginibus creditus, pontifices, augures, ritus sacro rum, fasti dies. Ante Numam hæc omnia incognita fuere. Verūm his acceptis, haud difficile factu uisum est, populum licentia bellica efferatum, in officio continere. Sena tus uero Romanus ad hanc rem spectans, decreto instituit, ut singulis quibusque an nis decem patritiorum filij ad nostros sacrorum peritos mitterentur, qui hetrusca im buti disciplina, in patriam redeuntes, dijs suis sacra rite exhiberent. Adducere tibi ex empla multorū in mediū profecto possem, cum eorum qui ob pietatē etiam apud hos tes tuti & in precio sunt habiti, tum illoz qui sprete religionē, sacrilegij & impietatis suæ pœnas tandē, & quidē graues dedere. Sed omissis his falsoz deoz opiniōibus, ad religionē nostrā castā ac sanctā redire placet: q̄ etsi necessaria sit, tñ si q̄ in re ab aliquo non bene instituto ambigeretur, propter honestatē & utilitatē humani generis recipi enda esset. Nō em̄ superstitionē habet ut Iudaica, nō aniles fabulas ut gentilis, non tur pitudinē ut machometana. Ad iustitiā nos impellit, ad fortitudinē, ad modestiam. Pu dorē nobis proponit, pudicitia, fidem, constantiā, honestatē. Cōtra uero, petulantiā

uitare, stuprum, fraudationē, scelus, furorē, turpitudinem, libidinē, iniquitatē, luxuri am, ignauiā, temeritatem nos admonet p̄ceptis & institutis: quare mi Laurenti hanc religionē, cuius characterem a teneris annis in fide parentū sumpsisti, constanter am plectere: nostramq; ciuitatē tuo exemplo in hac fide continere, Christū unici dei filium colendo cum patre ipso ac spū sancto regnantē: neq; em̄ decet te ac reliqs Christianos unū deum in trinitate p̄sonarum adorantes, & trinitatē in unitate diuinitatis a gentis bus religione & pietate superari, maxime uero cum illoz religio uel superstitio potius fabulis (ut dixi) nitatur: nostra uero sanctissimis institutis ac infinito prope marty rum sanguine probata & cōfirmata tot annis sit, tot doctissimoz uiroz p̄ceptis, quot ecclesia Romana in precio habet, & ut de hominibus benemeritos colit. Multū profe cto deo nostro debemus. Inspicienda igitur sunt eius merita erga patriā nostrā, quam toties ab hoste & quidem grauissimo tutatus est, quanq; etiam a peste & fame p̄sape li berauit. Nec minus certe qd nostra familia ei debeat cōsiderandū, quam quidē tumul tu militari & seditionibus interdū exagitatam, in ciuitate, ut uides, cum dignitate reti nuit. LA V. Ego uero Cosme, qd uelle te uideo, quodq; etiā ratio dicitur, libenter faciam, sed dic q̄so q̄ sit ista superstitio quam toties commemoras. COS. Dicit hoc Platina, ad quem p̄tinet. Nam hæc sunt eius partes. PLA. Ego uero dicā qd Ci cero sentit: Maiores nostri, inquit, religionē a superstitione separarūt: nam q̄ totos dies p̄cabantur & immolabāt, ut sibi sui liberi superstitēs essent, superstitiosi sunt appel lati, qd nomen postea latius patuit. Qui aut̄ oīa quæ ad cultū deoz pertinent, diligen ter tractarent, & tanq; relegerēt, sunt dicti religiosi, ut eligentes ex eligendo, tanq; a di ligendo diligētes, ex intelligendo intelligentes: his em̄ uerbis oīibus inest uis eligen di eadem quæ in religioso: unde alterz uitij nomen est, alterz laudis. Est aut̄ religio ue ri dei cultus: superstitio falsi, ut qui superstitē memoriā defunctorum colunt tanq; deos. Cur aut̄ Lactantius religionem potius dictā uelit a religando, non hercle satis intelligo. Fuit biduo apud inferos Christus, inqt, hoc uinculo pietatis obstricti deo religati sumus, unde religio nomē accepit. Verū cum ante Christum ipsum deoz q̄q; metus esset, cuius sanguine & pietate religati eramus: Nullum certe tum erat uincul um, imo titubabant, & soluta erant oīa. Venit qui nos redimeret, & cuius pietatē ac misericordiā religeremus tantoz beneficiorū memores. Vter uero melius sentiat, ali orum sit iudicium, perge Cosme, nisi quid ad hæc requiris. COS. Alte uero, & ut oportuit, a capite repetisti oīa. Aniles igitur superstitiones ociosoz q̄rundam uitabis Laurenti, ne frustra tēpus in nugis teras, & ea timeas quæ oscitantes quidam aucupij gratia constringunt & somniant. Non est cur sacerdotes roges, quod irridendo Socra tem fecisse aiunt, ut Aesculapio pro tegallū immolent: Sanctitatem uero quæ est (ut ait Cicero) colēdi dei scientia, amplectere: Hypocritas fuge, ne te suis artibus supersti riosum reddant. Est em̄ genus hoīm p̄niciosum & maleficiū: hos quidem ut rez oīm simulatores ac dissimulatores, saluator ipse in euangelio detestatur & accusat. Occul tūm q̄ppe scelus est, nec ut alia uitia facile dignosci potest. Virtutis em̄ ac sanctitatis nomina semp in ore habent, contemnere oīa uidentur, saluatoris & sanctoz simula crapublice magis q̄ priuate uenerātur & adorāt, obtorto ambulāt collo, demisso uul tu, squalida barba & ueste, atq; n̄ quidem magna ex parte ignaui, rudes, fordidi, sola ostentatione & uultus pallore cōspicui hoībus, tanq; inutiles fuci, & alienis laboribus insidiantes, infesti sunt. Quare bene a M. Tullio dictū est, nullā capitaliōrē pestē esse, q̄ eoz q̄ cum mali sint, id tñ agunt, ut boni uiri esse uideātur. Ad Lucilliū uero scribēs Seneca, hoīem monet, ne quid hypocritaz more agat, qui nō p̄ficere quod ostentant, sed cōspici cupiunt. Caute igitur cum huiuscemodi hominibus uiuendū est ne circum ueniaris, ne in aliquā superstitionē eoz fraudibus incidas, qui certe etiam in crimi ne deprehēsi, puniri non possunt, quod eoz uitia interposito religionis nomine oba regūt. Dubitant em̄ hoīes, recte ne n̄ an perperā agant: fugiendi itaq; sunt tanq; inu tiles fuci, & ciuitati graues. Sed his omissis, ad alia, si placet, p̄gamus. LA V. Quid subiicias secundo loco, expecto. COS. Stoicorū quidē mos fuit ubi de religione differuissent, secundo loco charitatē patriæ, disceptandi & ueri inueniendi causa pro ponere: quod certe non ab re factum est. Nam cum oīa (ut ait M. Tullius) ratione ani

meq; iustitiam, omnium societatum nulla est gratior, nulla charior, q̄ ea quæ cum rep. est. unicuiq; nostrum chari sunt parentes, chari liberi, propinqui, familiares: sed omnes oim charitates patria una complexa est, pro qua quis bonus dubitet mortē optere, si ei sit profuturus: Quo est detestabilior istoz immanitas, qui lacerant omni scelerē patriam, & in ea funditus delenda occupati sunt. Augere enim patriam imperio, agris, honestis uectigalibus, optimi ciuis est proprium, qua ex re certe magnam apud oēs bene sentientes in nanciscuntur gloriam, ut Curio, Fabricio, Catoni seni obtigit. Contrā uero in uitio sunt, qui post habitis cōmodis ciuium, explendæ avaritiæ & uoluptatis causa exigunt, extorquent quicquid in mentem uenit. Potuit ne uox ulla sceleratior uideri q̄ illa Catilinæ ob avaritiā & imperandi cupiditatē: qui dicente Cicerone, incendium ab eo excitatum, sentio, inquit, & illud quidem si aqua non potero, ruina saltem extinguam, patriæ excidium minatus. Sed hunc certe idem exitus mansit, ac merito profecto, qui L. Saturninū, Sp. Melium, duos Gracchos tyrannidē ad exitum patriæ appetētes. Quanto autē laudabilior Brutus ille primus cōsul post exactos reges, qui neq; filijs quidē in coniuratione deprehensis, neq; sibi ipsi pepercit, dum studio tuendæ patriæ, quā e Tarquinij manibus uindicauerat, collatis hastis cum Arunte Superbi filio congregitur: Cecidere quidem ambo mutuis uulneribus, sed diuerso noie. Laudatur Brutus ut optimus ciuis, & bene de patria meritis. Improbatur Aruns ut nequissimus parricida. Laudanda est & Deciorum charitas: quoz alter bello gallico, alter bello latino pro salute patriæ sese deuouere. Iniecit se in lacū Curtius armatus, adolescēs sane nobilis, equo calcaribus in uoraginem adacto. Intellexerat enim uatum responsis hiatum terræ coire non posse, nisi ea re iniecta, qua pop. Rom. plurimum ualeret. Hoc autē Curtij factum ita laudauere ciues, ut in eundem locum singuli quiq; honoris gratia quadrantem cōiecerint. Non caruere hac etiam laude Romanæ fœminæ: Nam captis Veijs cum aurum mittendū esset delphico Apollini propter decimas, quas in bello Camillus uouerat, nec facultas in publico esset, ornamenta sua matronæ in ærarium detulere, patriæ magis q̄ suis cōmodis consulentes. Idem quoq; fecere, cum urbs à Gallis redimēda esset. At uero cū Thrasylbulus parua manu triginta tyrannos Athenis deicere conaretur, uni ex conscijs dicenti, quantum tibi Thrasylbule debebunt Athenæ, respondit: dii faciant ut quantum patriæ debeo, tantundem exoluam. Themistocles uero ne patriæ bellum inferret, instante Xerxe Perfarum rege, instituto sacrificio, patera exceptū tauri sanguinē hausit, atq; hoc pacto mori maluit, q̄ patriæ aliqua ex parte nocere. Hoc idem si Coriolano, Mario, Cinnæ, Carboni propositum fuisset ante illatum patriæ bellum, gloriā certe multis laboribus partam, non unā cum uita turpiter amisissent. Hostes enim patriæ iudicati, in cuius sinu educati fuerant, suos scelerum pœnas tandem dedere. Deslet ante omnia interitum patriæ apud Virgilium Aeneas his uerbis:

Act. 2.

*O patria, o diuim domus Iliū, & inelyta bello Moenia Dardanidū,*  
q; nobis (deū semp excipio) nil patria charius in uita esse debet, aut dulcius, ut Græci aiunt. Idē q; poeta hostes patriæ carpit, potissimū uero Curionē, ut quidā uolunt,

Act. 6.

*Vendidit hic auro patriam, dominumq; potentem*

*Imposuit, fixit leges precio atque re fixit,*

Lib. 5.

*Gallorum captus spolijs & Cæsaris auro,*

Phar.

Vt Lucano placet. Grauiissimum quidem hoc crimen est, cum Aristotelis scientia, amare patriam natura cogamur. Quid enim sibi uult illud, quod Vlysses ad Ithacæ saxa illa quidem parua & ignobilia, non secus redire festinat atq; Agamemnon nobiles Mycenæ: Amor patriæ id quidem facit, quam uelim ita amplectare, ut bonoz exemplo eā opibus, autoritate, dignitate, imperio, q̄ad fieri potest, augeas. Sed qm̄ natura libertatē oēs appetunt, q̄ est potestas uiuēdi ut uelis, curandum tibi erit, ne patria nostra à tyrānis opprimatur. L. A. V. Quonā tandē id fiet modo? COS. Si popularē remp. qualis nostra, cuiusq; propositum est, nemini subesse uelle, in æqualitate & officio continueris. Tria autem sunt ad id permaxime necessaria, libertas scilicet, diuitiæ,

uirtus. Libertatem diximus, potestatem uiuēdi ut uelis, qd̄ nequaq; seruis cōtingit. Huic uero duo genera hominum insidiantur, quorum alterum domi interdum magna impensa nutritur, alterum foris uel simulatione amicitia, uel fraudibus, uel uires publicis semp aduersatur. Domesticos tyrannos eos appello, qui propter ingenres diuitias quibus ad largitionem utuntur, in ciuitate sua primo quidē principatum obtinent, mox discordias ferendo, eo multitudinē traducunt, ut opera sua contra nobilitatem utantur. Sumptis itaq; armis ac pulsus optimatibus, tyrannidem occupant: Veluti Philon apud Argos, Panctius in Leontinis, Cypselus Corinthi, Pisistratus Athenis, Dionysius Syracusis, Phalaris Agrigenti. Hoc autem ne contingat, bono ciui curandum est. Bonum autem ciuem eum appello, qui periclitanti patriæ cōsilio & manu opitulatur: ceu Hala Seruilius, P. Scipio Nasica, qui omnium scientia sapientissimus & optimus est habitus: maximus enim (ut ait Aristoteles) honos habetur, non ei qui furem occiderit, sed qui tyrannum ut publicū hostem, quippe qui ut dominatum malis artibus partum retineat, potentiores expellit, sapientes necat, comessationes & sodalitates uetat. Tolli gymnasia, & quicquid tale est, unde oriri inter ciues intelligentia & fides potest. Sua enim interesse putat, ut ciues inter se q̄ maxime disuncti sint: nam cognitio fidē generat. Id autem ne fiat, delatores submitunt, qui clanculum excipiant quidā ciuibus in coronis dicatur, ur Hieron Syracusis fecisse dicitur: & nostra ætate Lodouicus Melioratus, qui ex arce Firmanos sagittis incessabat, si eos quasi coniuratos in corona conspexisset. Præterea uero potentes cum pauperibus committunt, discordias ferunt, populosq; in continuis sumptibus & laboribus continent, q̄ Romæ Superbum Tarquinium, Athenis Pisistratum, in Samo Polycratem fecisse legimus. Ciues enim suos occupari continuis negocijs uolunt, ne de libertate cogitent. Ne igitur patria nostra talia monstra aliquando sustineat, Laurēti caue, malosq; ciues & tyrannidem affectantes, ab urbe pelle more patrio. Nolo quenq; interficias, Nasicam imitatus, nisi aperte in coniuratione deprehensus fuerit. Ciuitas enim nostra Atheniensium morem imitata, dominatum affectantes, aut in exilium mittit, aut ad tempus relegat. Legibus itaq; nostris & moribus tibi utendum censeo: ne si seclus feceris, & degenerare à maioribus nostris, & infamiam crudelitatis subire uidearis. Externos autem tyrannos à ceruicibus patriæ facile remouebis, si eorum consilia quam diligentissime obseruabis. Simulata enim amicitia inito fœdere, eo plerunque populos deducunt, quibus natura hostes sunt, ut uel sponte uel coacti iugo seruitutis colla subiiciant. His igitur tantum fidei præstabis quantum uita tyrannica exigit, inuigilabisq; ne ciuitatem nostram imparatam offendant. Id autem per commode fiet, si populos finitimos, si principes fœdere & amicitia patriæ deuinxeris, siue milites paratos ad omnes casus habueris. Ad hanc uero rem pecunijs opus est: quæ (ut Demostheni placet) reip. nerui sunt: ut Aristoteli autē, ita necessaria, ut everti popularis reip. statum necesse sit, nisi ciuitas suos prouentus, sua uectigalia habuerit. Facultates habent ciues oportet, ut sit unde resp. opportune uires suscipiat. Hanc ob rem fortasse Carthaginensium consuetudo imparata non est, qui aliquem e populo ad prouincias gubernandas obeundosq; magistratus semper mittebant, qui ditior factus, & cū reliquis ciuibus in pace uiueret, & haberet unde remp. iuaret: quod ego cum reliquis ciuibus persæpe feci, dum grauiissimis bellis nunc a Vicecomitibus, nunc ab Alphonso Ferdinandoq; regibus multis annis premeremur. Virtutem autem his rebus coniunctam esse oportet, sine qua certe integra felicitas haberi nō potest: de qua etsi ubiq; dicitur, tñ suis locis & opportune ratio habebitur. Sed ad instituta, si placet, redeamus, nisi quid ad hanc uultis. P. L. A. Tu quem uoles ordinem teneto, nos attente qd̄ diciturus es, expectamus. COS. Putare profecto (ut ait Plato) unusquisq; debet, oia quæ possidet, eoz esse qui nos genuere, quiq; educauerunt: secūdo loco, eoz qbus cum geniti & educati sumus. Nam si cōtentio qdam & cōparatio fiat, qbus plurimū debeamus: post deū & patriā sequetur parētes: quoz bñficijs, & qdem grauiissimis, astricti sumus, sequetur liberi, fratres & bene cōuenientes propinqui. Hoc etiā in mandatis habemus, quo diutius uiuas, patrem honorato & matrē. Præterea uero, qui dixerit fra Exod. 20 tri suo racha, reus erit gehennæ. Virtutum em̄ omnium, charitas ipsa (ut Ambrosio pla Matth. 5.



cer) fundamentum est: quæ certe dirimi inter parentes & natos, fratrumq; inter sese sine nefario scelere non potest. Nam cum à Pomponio tribuno plebis dicta Manlio Torquato dictatori dies esset, q; occasione bene gerendæ rei excessisset imperij obtinendi legitimum tempus: & quod optimum filium ab hominibus relegasset, & rure habitare iussisset, filius adolescens prima luce Romam uenit ad Pomponium, ubi negotium exhiberi patri intellexit: à quo statim intronissus, quia existimaret cõtra patrem aliquid afferre remotis arbitris, gladium stinxit, Pomponiumq; iurare coegit se patrem missum esse facturum. Plus enim mouit adolescentem pietas in patrem, q; in se patris morositas & iniuria. Coriolanum quoq; quem nec dii, nec homines dimouere ab obsidione urbis poterant, sola mater lachrymabudum etiam auertit. Laudatur apud Maronem Aeneas, quod patrem Anchisen humeris suis ab incendio liberauerit: nec improbat Scipio ille, cui postea Africano cognomen tũ fuit, q; patrem apud Ticinum in prælio uulneratum ab hoste seruauit. Prætor item mulierem ingenuam capite damnatam, & ob eam rem necandam, in carcerem cõiecerat, pietate motus custos non modo statim eam non necauit, uerum etiã filia, diligenter tamẽ excusata, ne quid cibi ad matrem ferret, aditum præbuit, futurum existimans ut sine sua noxa mulier inedia conficeretur. Viuebat tamẽ illa huberibus filia alita: quare cognita, liberata mater, filia pietati condonata est. Carpitur autem Neronis uita multis in rebus: sed illud inter cætera scelera crimẽ ei obijcitur, quod posthabita pietate matrem Agrippinam interemit, à qua procreatus, nutritus, & in tanto imperio collocatus fuerat. Merito igitur sceleratus homo, patrie quam omni flagitio cõtaminauit, & matri contra quam unice impius fuit, pœnas tandem & quidem graues dedit. Post parètes uero secundo loco fratres habebis, tertio propinquos. Qui enim te saluum in omni fortuna, quiq; dignitatẽ tuam augeri malit, quàm frater Iulianus adolescens insignis, inuenies neminem: & ob eam rem eum cæteris anteferendum arbitror, Scipionis exemplo: qui, cum prouinciæ cõsulibus decernerentur, maluit L. Scipioni fratri quàm Lælio amicissimo Asiam committi: neq; hoc quidem cõtentus, se ei cum antea imperator fuisset, legatum præstitit, quo uictor cum triumpho in patriã rediret. Quantum amauerim ego fratrem Laurentiũ, cuius tu nomen obtines, ciues omnes optimi sunt testes: quanta itẽ beneuolentia coniuncti fuerint inter se pater patruusq; tuus filij mei dulcissimi, te certe nõ latet, qui eos in uita uidisti. fratrem itaq; imitatione nostri amato, propinquos non modo in precio habeto, uerum eos quoq; cõsilijs tuis priuatis ac publicis adhibeto. Verisimile enim est, eos tibi melius consilium duros, quàm illos qui nulla tibi affinitate coniuncti sunt. LA V. Sunt tamen qui amicitiam cognationi anteferendam censent. COS. Dicat Platina, recte ne ñ sentiant an secus: ego interim in sinistram latus recumbã, cubitoq; innitar. PLA. Vulgaris hæc quidem opinio est, & ab omni ratione remota. Qui enim fieri potest, si naturæ uim inspicimus & contemplamur, ut cuiusdam charior sit amicus quàm frater bene cõueniens: Ex eodem utero natus, eisdem huberibus alitus, eadem disciplina imbutus, non antefertur socio & amico. Frustra nos quidẽ germanos consuetudo appellasset. Frustra fratrem quasi fere alterum M. Varro dictum putasset, si non pluris fratrem quàm amicum faceremus. Vnius P. Scipionis & quidem sapiētissimi exemplum, sat tibi esse debet, qui, ut auus tuus paulo ante dixit, fratrem in honore C. Lælio anteposuit, sed perge Cosme si percommodè iaces. COS. Quoniam de Lælio nuper mentionem fecistis, uideatis quæso quanti faciendam amicitiam sentiat. Quid, inquit, stultius est, quàm ut plurimum copijs, facultatibus, opibus ualeas, cætera parare quæ parantur, pecuniam, uestes, famulos, gloriam, uasa preciosa, amicos nõ parare, optimam & pulcherrimam uitæ supellectilem: Vita enim inculta & deserta ab amicis, nõ potest esse iucunda. Tibi igitur Laurenti quærenda ciuium omnium charitas est, humanitate, mansuetudine, comitate, & gratia. Tot em̄ oculos, tot manus, tot animos habebis quot amicos. Rerum autem omnium (ut ait Cicero) nec aptius est quicquam ad principatum inter ciues tuendum atq; tenendũ, quàm diligiti: nihil alienius, quàm timeri. Vnde præclare ait Ennius: Quem metuũt, oderint: quem quisq; oderit, perijisse expetit. Neq; certe ullius tantæ sunt opes, quæ odijs multoq; possint obsistere. Malus em̄ custos diutur-

nitatis metus est, ut idem M. Tullius affirmat, contraq; beneuolentia fidelis. Nã mutua sint oportet beneuolentia & odiũ, & eos timere à quibus metu uolumus, necesse est: qd Dionysij superioris, Alexandri Pheræi, Phalaridis Agrigentini uita ostendit, q tandem oppressi, uitam merito cum tyrannide amisere. Quis autem non ceseat C. Caligulam, Neronem, Domitianum portenta illa imperij Romani, iure cæfos, cum eorũ uita tota tyrannica esset, in qua nulla fides, nulla charitas, nulla stabilis beneuolentiæ potest esse fiducia: His autẽ suspecta sunt oia & solitudine plena, cum nullus apud eos sit amicitia locus. Dices tñ eos coli simulatione dũtaxat ad tempus. Verum si forte, ut per se fit, de gradu ceciderint, intelliget q fuerint inopes amicorũ, quod Tarquinium Superbum dixisse ferunt, tum cum exul esset, se intellexisse quos fidos amicos habuisset, quosq; infidos, cum iam neutris parẽ gratiã referre posset. Verum quia ad amicitiam fortunati ciuis multi confluere solent, deligendi à te sunt, qui ob sapientiam, uirtutem & integritatem, amicitia tua digni habeantur, quiq; merito boni uiri appellari possint. Neq; em̄ aliter uera amicitia dici poterit, nisi fuerit in uirtute cõtstantia ac perpetuitate fundata, qualis fuit illa Scipionis & Lælij, Orestis & Pyladis, ac duorum Pythagoræorum Damonis & Pythia. Hos uero si nimium exactæ amicitia reconditaq; existimas, delige ex ciuibus tuis qui ob uirtutẽ firmi amici, stabiles & cõtstantes futuri sint: tales aut ñ erunt, instrumenta uita omni ex parte probata fuerit, ne eos amicos existimes, qui uoluptatum instrumenta sunt, quiq; merito ob flagitia omnium seruorum turpissimi sunt uernæ. Prius autem ex Isocratis sententiã diligenter scrutabere, qualis existimationis apud bonos & rerum humanarum gnaros ñ sint, quos in amicitia recepturus es. Nam eius ingenij pfacile iudicabere, cuius illi fuerint quos tibi familiaritate & amicitia adiunxeris. Præterea uero si boni erunt, horum integritati te ac remp. nostram tutissime committes: si mali, in te unum omnis fere culpa uertetur, maxime uero si quid detrimenti patriæ nostræ istorum culpa acciderit. Bonos igitur delige ex omni numero, potissimum autem ex nobilitate: & eos quidem doctos ac rerum humanarum peritos, ut dixi. LA V. Ego uero ex te libenter audirem, quos nobiles & uiri boni amicitia dignos censeas. COS. Scribens ad Q. fratrem Cicerone de petitione consulatus, cum de Antonio & Catilina loqueretur, nequa q sunt (inquit) ñ tam genere insignes, q uitijs nobiles. Est enim nobilitas secundũ Stoicos, splendendor quidam ex propria uirtute proueniens, cui omnis generositatis palma tribuenda est. Quare mirari non satis possum, quod Aristoteles homo omnium, qui unq; fuere sapiētissimus, in libro de rep. eos nobiles sibi uideri dicat, quorum maiores uirtute & diuitijs aliquando floruerint, cum uera nobilitas nõ aliunde q ex ipsa uirtute oriatur: alioquin piratæ & latrones ob diuitias hac ratione nobiles haberentur. Præterea uero non est cur eos nobiles censeas, qui nobilitatem in defidia collocant. Nil em̄ agere post crapulam & ebrietatem, in purpura autem & subfellijs uiuere, sericatas ferre uestes, aurata calcaria, gemmatos habere digitos, comam bene pectere, accipitrem circumferre, unguenta sapere, in nobilitate ponunt, quo certe nihil est à generositate magis alienum. Apud Romanos olim mos fuit, ut equites propter rem in bello egregie gestam, annulo, fibula, & armilla donaretur, uirtutis, nõ autem ignauitæ, monumenta & pignora. Iactare item rem gestas maiorum, atria imaginibus referta, porticus signis ac tabulis ornatas, ædes constructas ostentare, plus admirationis, quàm nobilitatis in se habent. Erunt tñ hæc nobis adiumento, si maiorum nostrorum uirtutẽ & animi præstantiam imitati fuerimus: secus uero, dedecori ac turpitudini. Huiusce modi autem nobilitatem irridens Diogenes ille cynicus philosophus, malitiæ & ignauitæ uelamẽ esse dicebat. Quare M. Catonem priscum illum, quem Censorium uocarũt, non genus, non diuitiæ (Tusculi em̄ natus est obscuro genere, tenui cõsu) sed eximie pulcherrimæq; uirtutes nobilitarunt. Idem de C. Mario, Seruio Tullo dici potest. Ipsam quidem nobilitatem quadrifariam diuidit Plato. Primam autem ait eorũ esse, qui claris, bonis, iustisq; parētibus sunt orti. Secundam eorum, quorum parentes aliqũdo principes extiterunt. Tertiam, cum maiores nostrifama & rebus bello gestis uel publicis certaminibus parta corona claruerunt. Quartam, eorũ qui præclara aliqua doctrina & animi magnitudine excellunt. Hos autem ut uere nobiles, cæteris omnibus

philosophus antepōnit. Platonem uero Aristoteles secutus, eosdem scripsit sibi uide-  
ri nobiles & uirtutis studiosos, in sola uirtute nobilitatem collocans. Seneca quoque  
ad Lucillum scribens, idem sentire uidetur. Non fuit, inquit, Socrates paritius, non  
eques Romanus: hunc tñ & Platonem philosophia non accepit, sed nobiles reddidit.  
sola em̄ uirtus est quæ nobiles facit, quæq; posteros in nobilitate continet. Ex his igitur  
ut ex generosa stirpe tibi amicos delige, quorum opera & præsentia ad uirtutē ex-  
citare. Habes Donatum Acciolum, habes Alemannum Renocinum, aliosq; complu-  
res, quorum doctrina & peritia publicis priuatisq; in rebus uti pro arbitrato tuo po-  
teris. LA V. Non est ut uideo, præcipitandum in deligendis amicis, adeo ad uiuum  
omnia refecas. COS. Imo uero cauendum ne circumueniari adulatione, blandi-  
tiji, assentatione quorundam leuium hominum atq; fallacium, nil ad ueritatem, sed  
ad uoluptatem omnia loquentium, qua peste nulla certe maior adhiberi potest: his  
præfertim, qui plurimum opibus & dignitate in aliqua præstanti repub. ualent. Nam  
quodcunq; dixeris feceris uel, sine discrimine laudant & assentando extollūt, uultum  
fingendo & nutum, ut ait M. Tullius, non autem mentem & uoluntatem obseruan-  
do. Legisti credo Eunuchum Terentij, Astat turba Gnathonum: ait quis, aiūt: negat  
quis, negātis quæstus apud quosdā non bene institutos, est multo huberrimus. Hoc  
autem facit assentatio illa perniciofa, ut cum postea uerum quis dixerit, id audire for-  
tinati isti nolint. Illo enim ueneno imbuti, cum se plus q̄ cæteros sapere arbitrantur,  
bene admonentium consilia & sententias cōtemnunt, coruis (ut aiunt) oculos etiam  
in uita præbentes. Astant illi, assentantur, assident, mirantur: nec uerbum ullum pro-  
fers, quod non ponderetur ab ijs ut lucrum faciant. Præterea uero quæstus gratia oēs  
animi affectus, quod quidem difficile uidetur, inuertunt, ut Satyro placet, ridēs maio-  
re cachinno, Cōcutitur: flet, si lachrymas conspexit amici. Assentatores enim (ut Ari-  
stoteli placet) sordidi, humiles, ac seruilis conditionis sunt. Tu uero Laurēti, ut bene  
institutum ciuem decet, ab his illecebris animum ad rationem traducens, ex Thales  
Milesii sententia, te ipsum cognosce. Hac enim ratione per facile intelliges, uerum  
ne sit quod isti de te prædicant. At uero si mihi obtemperaueris, illos potius amplecte-  
re, qui cum erraueris, monere te prudenter & modeste audēt. Hac autem libertate lo-  
quendi fiet, ut si quando quicquam in consultationē uenerit, habeas qui tibi ac reipa  
intrepide sententiam explicent. Præterea uero si uiros præclaros & ueridicos habue-  
ris, adultores ipsos ignominia notatos, in malam rem statim abiges. LA V. Recte  
admones Cosme, neq; hoc genere hominū nostra ciuitas caret. Ad cætera, nisi quid  
ad hæc uult Platina, pergamus. PLA. Est aliud genus hominum huic haud mul-  
tum dissimile: hominum genus dico execrandum & bonis perniciosum, cuius fallacia  
is & maledicentia in maximum discrimen adductus interdū sum. Hos delatores uul-  
gus appellat. COS. Bene admones Platina, & ita est ut dicis. Inferunt sese perni-  
ciosi delatores in turbam hominum, benigne primo unumquenq; alloquuntur, &  
tanq̄ aucupes uerbis quibusdam homines in eos sermones alliciunt, unde calumnia  
colligi possint. Quid quisq; dixerit obseruant, nonnulla spon te sciscitantur, ueluti re-  
rum ignari quo mentes hominum & consilia exactius percipiant, ac taliū rerum stu-  
diosis deferant. Hinc autem ciuium similitates, odia, discordiæ, tormenta, supplicia,  
cædes, exilia oriuntur. Hinc rapinæ ex damnatorum bonis, hinc postremo urbū in-  
teritus, bonorum omnium calamitas, adeo hoc uenenum per commode auribus ho-  
minum instillant, eosq; quoquo uolunt impellunt. Apud Hadrianum imperatorem  
alioquin bonum principem, adeo ualuere delatorum uoces, ut quosdam amicos ad  
dignitatem antea euectos, deinceps hostium loco habuerit. Vendidit Platonem Dio-  
nyfius, hominem sane diuinum, concitato delatoribus odio. Mori à ciuibus suis co-  
actus est Socrates malorum calumnijs, uir autem doctissimus atque innocentissimus.  
Boethius Theodorici regis iussu, instigantibus delatoribus, patria ac uita priuatus  
est. Domitianus uero inter imperij monstra cōnumeratus, hac in re solū respicere ui-  
sus est, quod delatores contempserit, & ab urbe expulerit, hanc uocē frequenter usur-  
pans, delatores qui non castigat, irritat. Quales igitur æstimandi sunt ij, quos etiam  
Iscelstus imperator odio habuit: Ac merito quidem. Contra superbos enim, iracun-

Boethius.  
Apo-  
pthe-  
gma  
Domitia-  
ni.

dos, uiolentos, fures, prædones, ficarios, inuidos sunt nobis inuenta remedia: contra  
hos uero nullum, cum uersuti quidem, uafri, subdoli, fallaces sint, ac prius te oppri-  
mant, q̄ tale aliquid tibi euenturum suspicari possis. Qui locus innocentia, ubi isti re-  
gnant feris peiores, cum societatem humanā qua nihil in uita melius est, maledicen-  
tia tollunt: Detrahere enim (ut ait Cicero) aliquid alteri, & hominem hominis incō-  
modo suum augere commodum, magis est cōtra naturam q̄ mors, quā paupertas,  
quā dolor, q̄ cætera q̄ possunt aut corpori accidere, aut rebus externis. Contēnēdi  
ergo & pellendi ij sunt, ut sacrilegi & perniciosi, ut furia phlegetontis: & quid quisq;  
dicat considerandum, de quibus uel dicat. Hac enim ratione ciuitatis nostræ quieti &  
incolumitati consules. LA V. Multū tibi debeo Platina, qui auum meum admo-  
nuisti, ut mihi antidotum daret contra uenenatas delatorum uoces. PLA. Omit-  
te ista Laurenti, nil mihi ob hanc rem debes. Debebis tamē, si mandata Cosmi obser-  
uaueris: debebūt & ciues tui, si per te hac peste caruerint. Sed audi quæso, quod auus  
deinceps dicturus est: Vultum, ut mihi quidem uidetur, composuit, hilariorq; quā  
unquam antea factus est. COS. Quasi uero soli poetæ, & non etiam reliquum ge-  
nus hominum, uultum rebus de quibus dicturi sunt, accommodēt. De humanitate  
dicturus, comitatem fronte ostēdere necesse fuit. PLA. Recte sane ex Horatij sen-  
tentia. Sed pergenam & nos quoq; frontem porreximus, adeo tui studiosi sumus.  
COS. Scribens ad Q. fratrem Cicero, hominem admonet, ut in gubernāda prouin-  
cia ante omnia facilitate utatur in adeundo, lenitate in respondendo. Nihil est enim  
quod æque ciuem charum omnibus faciat & popularem, q̄ ipsa comitas: cui non sine  
causa bonitas, liberalitas, & amicitia connexæ sunt: quibus profecto ex rebus concī-  
liari hominum beneuolentia solet, ut contra morositate, duritate, & acerbitate amit-  
titur. Verum est certe quod Cyrum dixisse aiunt, iucundiora multo acceptioraq; ho-  
minibus uideri in optimo uiro humanitatis q̄ belli opera. Bella enim plurimum ma-  
li intulisse mortalibus, humanitatem uero plura bona importasse. Aetate quidem no-  
stra plurimum bello & gratia ualuit Franciscus Sfortia Mediolani dux: sed eum plus  
iuuit ad principatum comparandum humanitas quā bellum: qua in re ego quoq;  
imo resp. nostra hominem iuuit, partim eius comitate mota, partim ne Transpadana  
Italia in potestatem Venetorum cum nostro magno malo deueniret. Nam si Insubri-  
am occupassent, in nos quoq; aliquādo arma mouissent, adeo natura sunt dominan-  
di cupidi. Hoc igitur patriæ magis q̄ Francisco tribui. Tantæ uero humanitatis fuisse  
C. Cæsarem legimus ante principatum, ut & ipse ciues in conuiuium sapius adhibue-  
rit: & inuitatus, illorum mensas non sit aspernatus. Laudat comestationes publicas  
Plato ad conciliandam hominum beneuolentiam inter se, cuius quidē præcepta ple-  
riq; imitati, adeo multitudinem hac comitate delinuerit, ut eius opera postea in maxi-  
mis rebus atq; optimis sint usi, ut intelligas totam hanc popularitatem ad utilitatem  
reip. non ad priuatum commodū, spectare debere, licet ipse C. Cæsar longe aliter sen-  
serit, regnandi causa. Quam quidem cupiditatē ita uelim à te reijcias Laurenti, ut per-  
niciosam & teterrimam pestem, ne te aliquando inficiat. Principum exempla de hu-  
manitate tibi propono, quo ciuibus tuis charior ac gratior sis, maxime uero quando  
magistratum in ciuitate adeptus fueris, qui ipse per se hominibus terrori esse solet.  
Memineris quæso uocis illius diuinæ, qua usum Titum imperatorē ferūt, Velle qui-  
dem se talem priuatis exhibere, quales sibi priuatos habere cuperet. Vt em̄ nihil pni-  
ciosius est quā odio haberi, ita nihil utilius q̄ diligere & amari. Quod certe humanita-  
te, lenitate, facilitate comparatur. Nam ut superbia remp. labefactat, ita humanitas la-  
befactatam aliquando confirmat, ac hominum contumaciam ita interdum frangit,  
ut ad sanitatem male sentientes traducat. Blande quidem post iniurias acceptas tur-  
multuantem populum & seditiosum Moyses appellabat, in laboribus solabatur, des-  
linibat oraculis, rebus fouebat, & ob eam rem postea supra omnes homines sapere ex-  
istimatus est. His enim artibus plebis iudaicæ mentes adeo sibi deuinxerat, ut eius am-  
plitudinem magnitudinis gratia plus diligerent, quā pro rebus gestis admirarētur.  
Dauid autem ob placabilitatem iuuenis etiam ad gubernandum populū uno omni-  
um cōsensu electus est, adeo ut parentes eum filijs suis, filij parentibus in amore præ-

ferrent, cum ad utilitatem hoim potius, q̄ dominandi cupiditate sumpſiſſe regnum uideretur. Nam tumultuante populo, cædem ueritus ob ſæuitiam Saul, maluit in Hebron exulare, quàm Hieroſolymis imperare: tanti faciebat populi ſalutem, cuius gratia regna & magiſtratus inſtituti ſunt. Quantum uero magnis ciuibus ſuperbia interdum nocuerit, M. Drufi tribuni plebis impotentia declarat, qui L. Philippo conſuli quod ſe concionantem interpellauerat, adeo collum intorſit, ut multus e naribus eius cruor eruperit. Idem quoq; cum ſenatus ad eum mitteret, ut in curiã ueniret, quare non potius ipſe, inquit, in curiam Hoſtiliam propinquam roſtris, id eſt, ad me, uenit? Tu itaq; bonos uiros imitatus, facilem te accedentibus præſta, dicentes benigne audi, interrogantibus comiter reſponde, petentibus honeſta præſertim, obtempera.

**LAV.** Quod de humanitate dixiſti, admodũ laudo: & ita, ut iubes me facturum reſpromitto, ſed uereor ne interdũ ob facilitatem contemnar. **COS.** Ego uero huic tamen facilitati grauitatem adiunctam uelim, propter temeritatem & ambitionem quorundam, omnia ſibi licere ſine diſcrimine arbitrantium. Hos autem cupiditate & appetitu omnia metiẽtes, facillime propelles, ſi ea in te fuerint ornãmẽta quæ in optimo ciue eſſe debent: præeſſe nanque ciuibus ſuis non debet, qui nõ didicit prius, quæ id ratione fiat: quod quidem ſtudio, diligentia, doctrina, uſu comparatur, ut intelligas te non ad ocium, ſed ad negocium: non ad ſomnum, ſed ad ſolertiam: non ad uoluptatem, ſed ad modẽſtiam & cæteras animi uirtutes ſpectare oportere, facile minorum contemnuntur, qui nihil uirtutis, nihil animi, nihil neruorum habent: quiq; nec ſibi, nec alteri proſunt, ut dicitur. Contra uero in admiratione omnium ſunt, qui anteire cæteros uirtute putantur, atque his uitijs carere, q̄bus alij non facile poſſunt obſiſtere. Hos præterea admirantur populi, hos amant, hos colunt ut ſemideos, fieri eũ non poteſt ut eum quis contemnat, quem uiderit curare, eniti, ut omnes ciues quàm beatiffime uiuãt. Nam qui dat operam ut ex æquo & bono ſuum quiſq; teneat, quiſq; omni diligentia & ſtudio curat, ut ciuitas moribus, induſtria, gloria, facultatibus augetur, is certe admiratione omnium & laude dignus eſt. Graue enim pondus eſt, q̄d optimus ciuis humeris ſuſtinet, florentem ſcilicet ſecunda fortuna ciuitatem conſeruare: & ſi quando acciderit, eiufdem calamitates atque pericula propulſare. Hanc itaque ob rem (ut dixi) fuere qui hos ſemideos appellarent. Quid enim utilius dari ciuitati poteſt? Quid fructuoſius quàm ciuis bene inſtitutus? Qui ſciat omnia prudenter ac modeſte agere: iuſtitiam colere, liberalitate uti, circunuectos defendere, opem amicis ferre, præmia uirtuti tribuere, prodeſſe quàm plurimis. His autem uirtutibus qui ſeptus eſt, non utique à ciuibus contemnitur, non à flagitiolis iniuria afficitur. Nam cum Metellus repetundarum accuſatus, cauſam diceret, & tabulæ adminiſtrationis inſpiciendæ iudicibus traderentur, omnes certe quitum aderant, auertere oculos, indignum rati chartæ, & non integritati eius fidem præſtari, cui po. Ro. tantam provinçiam commiſiſſet. Tutam autem eſſe uirtutem & integritatem, nõ modo apud ciues, uerum etiam apud hoſtes, declarat P. Aphricani maieſtas: ad hunc enim uiſendum cum prædones quidam Linternum ueniſſent, poſitis armis, uirtutis eius admiratores, non ut hoſtes, ſe acceſſiſſe dixerunt, quibus certe Aphricanus facilem ſe præbuit. At illi uenerati limẽ domus tanquam aram, & deoſculata manu Scipionis, poſitis ante ueſtibulũ donis, læti diſceſſerũt. Hac itaq; ratione Laurẽti comitatẽ ad quã te prius adhortatus ſum, tutiorem grauitas & conſtantia reddet. **PLA.** Recte ſane admones. Sed dic quæſo, num hæc maieſtas reſpicit? **COS.** Contra ambitionem & arrogantiam duo grauiſſima mala, plurimum certe ualent iuſtitia ſiquidem & fidem e medio tollit nimia principatus ambitio, unde præclare ſcriptum eſt apud Platonem, ſi milititer facere eos, qui inter ſe contenderent, uter potius rempublicam adminiſtraret, ut ſi nauæ in periculo certarẽt, quis eorum potiſſimum gubernaret. Quid ſi imperia non ſunt expetenda, ut ait Cicero, aut potius non accipienda interdum, aut deponenda nonnunquam? Vel ſi tantum pondus ſuſcipitur, omnis ambitio & arrogantia uitanda eſt: ne ſi elati nimium uidebimur ob delatos honores, beneuolentiã omnem ex animis hominum abradamus, quæ non imminuenda faſtu, ſed augẽda eſt clementia & humanitate. Extant autem ſenatus uerba ad Auguſtum Cæſ. per uirũ illuſtrem

Valerium Meſſalam: Quod bonum, inquit, fauſtumq; ſit tibi domuiq; tuæ Auguſte, ſenatus conſentiens cum po. Ro. te patrem patriæ conſalutat. Hæc uero glorioſam ſalutationem Auguſtus nequaquam inſolenter accepit, ſed illachrymans ob pietatem & gratiam ſenatus erga ſe, reſpondit: Compos factus uotorum meorum Patres conſcripti, quid habeo aliud quàm deos immortales precari, ut conſenſum ueſtrũ ad ultimum uitæ ſinem mihi perficere liceat: De hac item re ſcribẽs ad generum Auguſtus, uides, inquit, mi Agrippa communem ſeniorum omnium conſenſum erga nos: tertium & ſexageſimum annum euasiſimus, deos oro, ut quantum mihi temporis ſuper eſt, id ſalubriter ducere liceat in ſtatu rei p. feliciffimo. Nondum enim ad unum omnino imperium Rom. uenerat. Hinc cœpit initium. Maluere enim ciues ad unum deſerri omnia, quàm toties bellis ciuilibus, & quidem cruentis uexari. Continuit itaque hac ratione multos in officio Auguſtus, adhibita etiam maieſtate, ne ambitione & arrogantia quicquam præter honeſtum ſibi licere arbitrarentur. Eadem quoq; modeſtia uſus eſt M. Antoninus, quem mirari (ut aiunt ſcriptores) quàm laudare facilius eſt. Hic enim filium ſenatus commendã, omiſſa arrogantia & elatione: Commendatur, inquit, ſi uobis & dijs immortalibus dignus erit. Ob modeſtiam uero (ut in antiquitate Iudaica legimus) præſecturam recuſabat Moyses: at eam dominus ſuſcipere cœgit. Saul quoq; regni gubernacula abnuebat: demum uero ſubmittere collũ iugo cogitur. Horam aut admodum diſſimilis fuit Abſalon, Dauid regis filius, qui ambitione & largitione potentiam quærens, patri etiam arma palãm intulit. Ad compeſcendam autem hanc immanem beluam, quæ fratrem in fratrem concitat, filium in parentem, cognatos & affines inter ſe digladiari facit, legem ambitus quæ poſtea amiſſa libertate reticuit, Romani ueteres ſanxere: qua certe ardor ille imperandi mentibus hominum inſitus comprimeretur, primũq; locum in libera rep. ille obtineret, qui ſciret cupiditatibus ſuis imperare, reſrenare libidines, ſpernere uoluptates, iracundiam tenere, auaritiã coercere, cæterasq; animi labes repellere. Reticuit poſtea ſanctiffima lex dum ad unum omnia referuntur. Tu uero Laurenti grauitate tua & conſtantia ſi uoles (uelle autem debebis) ubi ad ætatem ueneris, ita petulantium & ambitioſorum audaciam cõprimes, ut non magnopere lex de ambitu deſideranda ſit. **LAV.** Credo hercle ita eſſe, & huic mandato facile aſſentior. Sed dic quæſo, ſi hoc agã, quid præmij magis erit mihi in libera ciuitate, quàm cuius e populo? **COS.** Si cuius bono de referenda gratia cogitandum eſt, non eſt fraudandus ſuo merito bonus ciuis: & ille potiſſimum, qui nõ de uno tantum, ſed de pluribus benemeritus eſt: Huius autem præmium non erit aurum, non gemmæ, non puellæ captiua, ut eſt apud Homerum, ſed uera & integra gloria, quæ eſt (ut ait M. Tullius) conſentiens laus bonorum, incorrupta uox bene iudicantis excellenti uirtute. Quod autem frigora, calores, inedia, uigilia, laboresq; cæteri non æque graues his ſunt, qui rem optime gubernant, ac priuato homini, facit ipſa gloria, qua maxime boni ciues alendi ſunt. Hanc autem ob rem trophæa, triumpho, ſtatua, coronæ, laudatiões tum in uita tum in morte ſunt inuenta. Adde etiam hiftoriam & poeſim ac muſicam, qua in conuiujs ad citharam heroum præclaræ res geſtæ canebantur: heroum dico quorum tota uita in uirtute & non in oſtentione locata erat. Præclaræ certe ſocietates hæc uiam ad gloriam proximam & quaſi compendiariã ducebãt, ſi quis id ageret, ut talis eſſet qualis haberi uellet: quod ſi qui ſimulatione, & ficto non modo ſermone, ſed etiam uultu ſtabilem ſe gloriam conſequi poſſerentur, uehementer errant: nam uera gloria alte radices agit, atq; etiam propagatur: ficta omnia celeriter tanquã floſculi decidunt: nec ſimulatum quicquam poteſt eſſe diuturnum. Teſtes ſunt autem Saturninus tribunus plebis, Sp. Melius, Gracchi duo, M. Drufus, quorũ uita tota in oſtẽtatiõẽ fundata erat. Aliud em præ ſe ferebant uultu ac uerbis, aliud fixum in mente gerebant. Vera certe fuit L. Bruti gloria, Q. Fabij Maximi, Pauli Aemilij, P. Scipionis, qui nihil aliud cogitarunt in uita, nihil egerunt, niſi quod præclarum & laudabile pro ſalute omniũ & dignitate patriæ uideretur: pro qua bonus ciuis ſi opus fuerit, nõ dubitet mortem oppetere. Is igitur ut unicuique benemeriti de rep. cibis, quæ uelim ita paſcerere, ut in uita ciuili nil maius aut amplius tibi ſit requirendum. **PLA.** Bene hercle ſuades Coſme. Laurentium enim ad laudem adhortaris, optima ad capeſſendã uirtutem calcaria, Vex: ſi quid hæc



bes ulterius quod adolescenti profuturū censeas, id quoque ediffere. COS. Habes certe nonnulla, quæ & si parua uidebuntur, ac priuata magis quàm publica, tamen cōtemnenda non sunt. Pertinere enim ad dignitatem præclari & excelſi ciuis crediderim, laxius & magnificentius habitare. Nā si magnifici ciuis est muros urbis, naualia, ductus aquarum, theatra, porticus, phana, omniaque omnino quæ ad communem usum ciuitatis pertinent fructuere, quid est cur ædes sibi magnificentissimas in præclaro ciuitatis loco non ædificet, præfertim cum id etiam ad splendorem & dignitatem ciuitatis pertineat? Cuius quidem Octauio, qui primus ex illa familia consul factus est, honori fuisse M. Tullius refert, quod præclaram ædificasset in palatio & plenam dignitatis domum: quæ cum uulgo inuideretur, suffragata deo nouo homini ad consulatū putabatur. Ornata est item (ut idem ait) dignitas domo, non tota tamen ex domo quærenda, ne in cemento & lapidibus ueram gloriā reposuisse uideamur. Sit laxa & ampla, ut priuati ac publici hospites magnifice & honorificentissime suscipi possint: quod ego quoque feci non in urbe solum, uerum etiam in agris, ut uideatis. His tamen sumptibus modus quidam imponendus est: ne si laxius ædifices, suspicionem affectati principatus inuicias: si angustiū aut uilius, auaritiæ ac quidē fordidae crimen incurras. Domus autē splendidi uiri secundum Homerū non ex auro, ebore, argenteo, sed hostium spolijs ornata est. Illa enim ornamenta deliciae & muliebris lasciuiae plena sunt, à quibus certe tanquam à Syreneis scopulis bonū ciuem declinare oportet. Exornat idem Homerus mollis & effeminati Menelai domum ex animi eius sententia. Describit præterea hortos Phæacum, Calypsus domū, ac Circes, ut ex tam accurata pictura mores quosque incolentium cōprehēdi possint. Boni igitur ciuis ædes ita magnificæ & splendide sint, ut nil effeminatū, nil muliebre præseferant. PLA. Magnā certe laudē hac in re Cosme consecutus es, nemo enim non dico in urbe tua, uerum in tota Italia magnificentius te ac splendidius ædificauit: cernuntur tot templa, tot monasteria, tot bibliothecæ, tot ædes tua impensa ædificatæ & ornatae, ut nil ulterius ad hanc magnificentiam operæ addi posse uideatur. COS. Feci id quidem, ut dicis, tum ad splendorem urbis, tum etiam ut rem diuinā excolerem. Hoc autē nostrum institutum uelim imitere Laurenti: & si quid inchoatum à me est, nec perfectum, id tandem absoluas. LAV. Faciam id quidem. Sed ne excidat, quod antea proposuisti, quæ nam quæso illa sunt quæ parua esse dixisti? COS. Quæres Lycurgus omnia quæ ad mores Laconum pertinerent, primus ex Creta, uel ut alij uolūt, ex Ionia Homeri poesim in Græciam detulit, cuius exemplo tum multa, tum cōuiuia quæ illi phiditias cœnas uocant, instituit, non diffuentes uarietate & luxu, sed moderatone & mediocritate conditas: uictum cultumque corporis non ad uoluptatē, sed ad uerūdinem & uires referendum esse. Nam qui naturæ humanæ dignitatem & excellentiam cōsiderat, intelligit quàm turpe sit, diffuere luxuria & delicate ac molliter uiuere: quàmque honestū, parce, cōtinenter, se uere ac sobrie. In ea uero disceptatione quam inter Alexandrum & Diogenem aliquando ortam scribit Dion, uexari humanum genus ab aliquo quatuor dæmonum ostendit, quorum illum certe secundum appellat, quod Voluptati sacrificia defert: & deam ipsam colit odoribus uarijs ac saporibus gaudentem. Hic autē dæmon ut idem affirmat, auditum, gustum, tactū, quouis modo potest, mirifice delectat, balnea frequentat, molles uestes & laboratos accubitus amat, muliebres amplexus expectat. Hæc dea nimirum est ipsa Circe, quæ socios Ulyssis in porcos mutauit: uero deinceps, ut timidi & infracti animi, publicis ac priuatis in rebus inutilis habentur. Seruanda est igitur in uictu cultumque corporis mediocritas ob modestiam & ualetudinem: qui enim fieri potest, ut delicijs assueti ciues, ubi opus erit, famem, sitim, frigora, æstus, atque alia incommoda pro republica patiantur? Cōcidant certe animis & corporibus in quouis etiam paruo negotio oportet, qui Sardanapalos, Antonios, Heliogabalos, Caracallas, Othones diffuentes libidine & luxuria imitantur. Cuius uero Cæsaris modestia & sobrietas, ut nocti, ab hostibus etiam laudatur. Hic enim in ordinanda ciuitate legem sumptuariam tulit, ne ciuium mores nimio luxu corrumperebantur. Videbat enim uir sapientissimus, nihil esse quod animos hominum æque fatigaret, quàm libido & circumfidentes undique uoluptates. Ab his igitur ut ab improbis dominis de decoris & turpitudinis, se uindicerent optimi ciues necesse est: ut cum libidinibus ipsi parere desierint, præesse alijs merito uideantur. Nihil est autē quod ma-

gis autoritatem boni ciuis augeat, quàm si ostenderit se nil minus, quàm de uoluptate cogitare. Eius enim mens tota in uirtute collocata esse debet. PLA. Ut mihi quidem uidetur, nil otij, nil quietis Laurentio nostro relinquit: adolescens est, quiescat interdum oportet. COS. Dormiendum non esse nisi corporibus labore & sollicitudine defatigatis ad recuperandas uires censuit Socrates: & si alicui parum dormire licet, cui magis id conueniat quàm optimo ciui non uideo. Aristoteles autem in libro quem de moribus scripsit, bonos à malis, miseros ab infelicibus in dimidio uitæ propter somnum nihil differre ostendit, cum felicitas hominis in actione, non autem in ocio & somno reposita sit. Volo quiescat, non marcescat ocio. Volo dormiat, non stertat ad multam noctem. Præterea uero ludos decentes ac liberales animi gratia post cibum ei concedo: & quando ad hæc parua descendimus, non pudeat dicere quod sentio: Ludus sit tessera, chartæ pictæ, latrunculi, alueolus: sed absit inter ludendum omnis fraus & auaritiæ: qua fieri indecens ludus consueuit, & ita interdum concitari ludentium animus, ut ex ludo ad conuicia & contumelias transeant. Omnem enim aleatorum rem mædacementem, periurum, alieni appetentissimum, sui prodigum esse oportet: quæ ex re in furta plerumque & rapinas passim dilabuntur. Hos autem quanti fecerit Chilon Laedæmonius, attende. Is enim iungendæ societatis causa Corinthum missus, cum principis ciuitatis in alea occupatos inuenisset, statim infecto negotio redijt, dicens se nolere gloriam Spartanorum tum quidem clarescentem, ea maculare infamia, ut diceretur, Spartanos cum aleatoribus societatem inuisse. Hac uero in re ideo longior fui, quod nostra ciuitas, ut mihi uidetur, hac infamia non caret. Quàm feruēt interdum gymnasia ludentium uarijs in locis, non sine stomacho loqui possum. Vix tu Laurenti, quod ego sæpe conatus sum, si tibi licebit, interdicto & lege hanc corruptelam e re publica auferres, ne aliquando ciuitas nostra hac ignominia, ut Corinthus à Chilone, notari possit. iocus postremo, qui in uerbis est, modo careat scurrilitate & rusticitate, conditusque sit facetijs & salibus, inter amicos præfertim, non erit improbandus. Is enim iocus qui non illiberalis est, non mentem solum recreat ac reficit, uerum etiam ad dicendum & respondendum ingenium acuit. Augustus Cæsar, seruato semper maiestatis pudore, iocis ipsis mirifice delectatus est. Ut illud in Vatinius podagre morbum dissimulare conantem, asserentemque se iam mille passus per diem ambulare: Minus (inquit) mihi est, cum iam dies longiusculi esse incipiāt. Nomenclatori cuidam natura obliuioso in forum ituro, percontanti, nunquid in foro agi uellet: Cōmendaticias, ait, literas tecum perfer, notum enim tibi nullum habes. Cū uero idem forum extrui iussisset, architecti tarditatē accusans, quod eodem tempore à Cassio Seuero plurimi accusati absoluerentur. Utinam (inquit) forum meū accusaret Cassius, citius enim absolueretur. Hoc autē genere urbanitatis non caret nostra ciuitas, quod certe ingenue & liberaliter efferi potest, si tempore & remisso fiat animo. Scurras uero, gnatores, mimos, omnino abs te reiice, cum dignitatem optimi ciuis obscenitate uerborum & turpitudine indecentes motus ac gestus dedecoret. Quæ potissimum ad optimū ciuē pertinere mihi uisa sunt, hæc tenus scripsisse sat erit: deinceps uero & cras, si uultis, quid bonis ciuibus cum populo conueniat dicatur. PLA. Copiose sane & grauius omnia dixisti. Sed uno sermone, si potes, hoc præfertim die, omnia absolue. Idem enim Plato fecit. Nam omnem orationem de legibus uno æstiuo die perorauit. COS. Sequar ego, ut uultis, diuinū illū uirum.

## BAP. PLATINAE DE OPTIMO CIVE

## LIBER SECVNDVS.

Platina, Cosmus, Laurentius.



Ed uis ne, quoniam iam ad uesperas cit & ualetudini ac senectuti tuæ consulendum est, locum mutemus, ne riuuli humiditate lædare, quod fieri uesperis consueuit? COS. Volo sane. PLA. Ad illam porticū perueniamur, quæ ad orientem solem uergit, respicitque colles istos uitibus & oleis consitos. COS. Sane quidem illa enim porticu libentissime uti soleo: siue quid

ipse mecum cogito, siue cum alijs de rebus magnis loquar, adde quod etiã uillæ propinqua est, unde acciri serui per commode possunt, si eorum opera indiguerimus.

LAV. Vis ne antequam iam uentum ad porticum est, aliquid tibi substerni, ut commodius iaceas? Non enim hic herba est ut in ripa Tertiolæ. COS. Si uis aliquid de me, te ac rep. nostra dignum audire, fac ut commode iaceam. LAV. En tibi pulchre pauimentum infrauiimus, lecticamq; composuimus. Cõsidamus, si placet, atq; ad eam partem sermonis à qua digressi sumus, reuertamur. COS. Præclare exigis Laurenti, ordiar ego, tu audi, si quid exciderit, in mentē reducet Platina. PLA. Faciam id quidem ac libens. Ita Laurentium nostrum tua oratione perdoctum fieri cupio. COS. Fieri omnia fortuito & temere Democritum philosophum eiusq; imitatore Epicurum asseruisse, mecum sepe mirari soleo; maxime uero, quod intelligo ipsum Pythagoram, unde & philosophorum sectæ manarunt, deos antea in dubium uocasse; hunc aut postea secutus est, Diagoras atheos, qui omnino eos exclusit, sponte omnia fieri confirmans. Sed quonam modo fieri potest, ut philosophiam profitētes, in tantos tamq; manifestos errores incidāt, cum eorum proprium sit, rerum causas & rationes afferre? Quāto melius sensere Stoici, qui ut in alijs causas proponunt, sic q; nec fieri mundū potuisse affirmant, nec constare posse, nisi summa ratione regeretur? Vnam mentem præesse mundo, qua gubernentur omnia, testatur Plato: qui plura uidit, quàm illi hallucinantes philosophi. Ad hanc autem opinionem sese uertēs humanum genus, nihil agere tentat sine ratione, modo sit aliqua prudentia imbutum, quæ est, ut idem Plato in legibus ait, cæterarum uirtutum magistra: hac uero qui munitus est, non satellite indiget, non armis. Vera est profecto illa Bionis sententia, prudentiam ipsam tm differre à cæteris uirtutibus, quantum uisus à reliquis sensibus. Quid autem deesse potest homini in quo sit prudentia, ad bonorum malorumq; delectū? Hæc em̄ ita est ars uiuendi, ut medicina ualitudinis, nauigariõis gubernatio. Vexatur ac merito quidem Theophrastus in libris & scholis oim̄ philosophorū, q̄ in Callisthene suo illam laudauerit sententiam, uitã regit fortuna: negant em̄ ab ullo philosopho quicq̄ dictum esse à uero longius, cum constet cælum & hoies sapientia regi. Est aut̄ sapiētia, ut ueteribus philosophis placet, diuinæ humanarumq; rerū cognitio: quam quidem Cicero nūc prudentiam, nunc sapientiam uocat. Hanc itaq; sapientiam qui aspernatur, quid à brutis differat non uideo, cū sapientia ipsa uirtutū oim̄ princeps sit, & quidam quasi irriguus fons, unde oēs bene uiuendi rationes manāt. Hinc orta est Platonis ingenij atq; doctrinæ principis, diuina illa sententia, Tum deniq; beatas fore resp. si aut docti & sapientes hoies eas regere cepissent, aut ij qui regerent, om̄e suum studium in doctrina & sapientia collocassent. Hanc coniunctionē uidelicet potestatis & sapiētiae, saluti censuit ciuitatibus esse posse, si is summã potestatem haberet, qui in doctrina, uirtute, prudentia studiū omne suū collocasset, qualē fuisse Romæ P. Scipionē, C. Lælium, M. Catonē accepimus, Lycurgū Spartæ, Solonē Athenis, Pythagoras etiã qui primus philosophi nomē inuenit, Crotonē legibus optime instituit. Viris em̄ fortitudinem proposuit, mulieribus pudicitiam & connubij fidem, pueris uerecundiam & literarum amorem, omnibus frugalitatis studiū. Thebanum quoq; Epaminundã ad hos usus erudit Lyfias pythagoræus, Syracusanū Dionem Plato, multiq; multos: tm̄ ualet sapientiae studiū, quam Aphranus usus esse memoriæq; filiã ostendit his uerbis: Vfus me genuit, mater memoria peperit, sopia uocāt: Graij, nos sapientiam. Interrogatus aut Aristoteles quo differret docti ab indoctis, quo (inquit) uiuentes à mortuis. Philosophia igitur danda opera est, qua nil optabilius, nil præstantius, nil melius esse homini potest, cū eius custos sit, & naturæ humanæ comes, adiutrixq;. Verū est certe quod M. Tullius ait, ex quatuor locis honestis, illū qui in ueri cognitione cõsistit, maxime naturam attingere humanã. Oēs enim trahimur ad cognitionis scientiæ cupiditatem, in qua excellere pulchrum putamus, labi autem, errare, nescire, decipi, malū & turpe ducimus. Ut em̄ quisq; maxime prospicit quid in qua; re uerissimum, quicq; acutissimè & celerrimè potest uidere, & explicare rationem, is prudentissimus & sapientissimus rite haberi solet. Nam sicuti prudentia facit, ut res omnes expetendas & fugiendas cognoscamus, ita sapientia, ne omnino idem esse cum prudentia uideatur, principium est cognoscendi res omnes, exactissime contemplandas secundum Per-

pateticos. Nam si in uita rebusq; agendis laudatur uir prudens, cur sapiens rebus contemplandis propria laude carebit? quod si in actione prudentiæ felicitas humanæ posita est, cur sapientem beatissimum non appellabis in contemplatione uiuentem? nec in quauis, sed in ea qua deo quoad fieri potest, persimilis fit, cum res diuinas reuocato à sensibus animo intueatur & respiciat? Ad prudentiam redeo, sine qua ciuitates bene muratæ nullo modo esse possunt. Est em̄ recta ratio rerum gerendarū, quæ uoluptatibus modum imponit, fortitudinem animi regit, liberalitatis officium disponit. Transfert hæc eadem sese non solum ad remp. sed etiam ad familiarem, & ad res omnes non temere, sed considerate agendas. In deliberatione secundum esse tempus re deliberata, omni fœcordia & ignauia remota, agendum aliquid ordine & constantia offendit, ut honestatem & decus cõseruare possimus. Ipsi enim uirtutis tota laus in actione consistit. At uero in omni deliberatione suscipienda, illud maxime curandum est, ne incognita pro cognitis habeamus, hisq; temere assentiamur: quod certe non fiet, si adhibebimus ad res considerandas tempus & diligentiam. Verū non usq; adeo tamen immorandum est, quod quidam hebetioris ingenij & morosi faciunt, ut occasionem & opportunitatem rerum bene gerendarum amittamus. In omni autem consultatione, publica præsertim, uidendum est, fieri ne possit quod proponitur, facultates ne habeamus & adminicula: aliter enim inanis nostra omnis cogitatio esset, ueniremusq; ad id quod à sapienti uiro lōge remotum esse debet, ut dicendū sit, non putaram. PLA. Non potuit hercule sapientis ac prudentis officium exactius explicari, quàm à te nuper est ante oculos nostros positum. Verum cum Laurentius noster adolens sit, & prudentia ac sapientia non nisi assuetudine cõparetur, quonam fiet modo, ut nepos te auo in gubernanda rep. dignus esse uideatur? COS. Quasi uero Laurentij nostri causa hoc tantum modo dictum sit. Ciuibus meis omnibus bene consultum uolo, quorum de numero cum multi boni sint & sapientes, eos uelim obseruet, eorumq; consilia imitetur, donec gubernare tantã nauim prius ipse didicerit. Fieri enim non potest ut ex iuuenes sententia optima eliciatur, cum in prudentem cadat præteritorum memoria, consideratio præsentium, intelligentia futurorū, quæ haberi non possunt, nisi doctrina & assuetudine comparentur. Mirum illud in Salomone atque Iosepho adolescentibus uideri potest, ut certe est: diuino enim numine, non humana sapientia & industria, factum putarim, ut illi præter ætatem tantum facerent. Senes igitur humanarum rerum periti, in consilium adhibendi sunt. Nam senatus Romanus quem totus orbis terrarum cõsulebat, à senibus certe, non à iunioribus, nomen accepit. Probatu sint ij, quorum sententiam reip. causa imitaturus es. Nihil habeant ficti, nihil simulati, nihil fallaciæ. Aperti sint & ueri. Plurimum autem in consilijs dandis accipiendisq; ualet integritas uitæ. Non potest esse consilio bonus, qui ita uixit, ut ab omnibus malus haberetur. Voluptates siquidem reijciat, auaritiã compescat: affectus denique ac perturbationes sedet, qui tibi ac reip. utile consilium daturus est. Nam qui aurum contemnit, qui munera spernit, qui patriæ dignitatem & salutem cæteris rebus anteposit, facillime cõtemnet hominum cupiditates, & honestum ac rectū seruabit. Corrupti à Pyrrho muneribus & pollicitationibus Fabricius non potuit, ut in senatu censeret contra dignitatem patriæ, regi pacem cõcedendam esse, antequam ab Italia discederet. Abiere quidem re infecta Samnitū legati, frustra Manium Curium auro & argento impellere conati, ut dandam Samnitibus pacem in senatu censeret, cū illi toties uiolati fœderis nondū iustas poenas dedissent. Ut em̄ sapientes & bonos dixi in consultationem adhibendos esse, ita uersutos & callidos reijciendos cõseo, qualis fuit Themistocles, cuius profecto consilium de frangendis Lacedæmoniorū opibus, incensa clanculū ad Cythæū eorū classe, Aristides dixit putile quidem, sed minime honestū esse. Ii aut̄ eo tibi ac reliquis ciuibus inuisiores esse debent, quo plura sapere uidebuntur, detracta opinione probitatis. At uero si prudentiæ & sapientiæ cõiuncta iustitia fuerit, nihil erit quod tu ac reliq; ciues his autoribus nō posse conseq; arbitremini. Tollendæ igitur astutiæ sunt: atq; malitia quæ uult quidē uideri prudentia, cum absit ab ea, distetq; plurimū. Mentiri em̄ emolumentum sui causa, criminari, fallere, præripere, in bonum uix; cadere non potest: sagaces eos sane uelim, non ta-

\*locus ob  
secutus\*

Prou. 5.

men astutos & callidos. Est enim sagacitas (ut Aristoteli placet) rerum agendarum scientia circa principia: eosdem enim ut sagaces & bonos dicit: Si, inquit, in deliberando intentio sit honesta, uis illa laudabilis est: Sin improba, astutia nuncupatur. Fieri ergo non potest ut quispiam prudens sit habendus, nisi idem sit bonus, cum uirtus sit habitus ratione determinatus, & ipsa recta ratio prudentia nuncupetur. Considerandum est ergo & circumspectandum, quid quisque sentiat ac dicat, ne fallare. In corde enim nostro in ambitione tanquam in ampla domo Dauid propheta nos docuit: & cum eo tanquam cum bono contubernali uersari, ut & ipse diceret ac loqueretur secum. Scribens ad Curionem Cicero, te, inquit, in consilium adhibe, tecum loquere, te audi, nolebat adolescentem circumueniri aliorum consilijs. Audienda sunt aliorum consilia, & pensanda prius, quam aliquid pro rep. aggrediare. Bibe, inquit Salomon, de tuis uasis & puteorum tuorum scaturitionibus, hoc est, consilio tuo utere, re etiam prius a beneficientibus perspecta ac cognita. Hac item agitatione mentis tibi ac reliquis bene institutis ciuibus prouidendum est, ne quid ciuitati in futurum sinistri accidat, ne bello, ne seditionibus, ne caritate rerum, ne incendijs, ne rapinis, ne pestilentia populus opprimatur. In consilio namque (ut ait Plato) præteritum tempus nobis exempla suppeditat, cum attenditur, quid, cur quæque gens passa sit, ut caueamus: aut quid prudenter egerit, ut imitemur: præsens, ut annosos muros & rimosos inspicimus, homines timidos & imbelles, annonæ (ut ante dixi) charitatē futurum, ut ne quid fiat temere, unde infinita mala oriuntur. Hoc autem si feceris Laurenti, & patriæ nostræ bene consulēs, & tibi felicitatem cum gloria comparabis. PLA. Cum te audio Cosme, minus certe Platonem ipsum, minus Aristotelē, & si qui de rep. scripsere, desidero adeo rem ipsam ante oculos ponis. Sed ego multum hac in re cognationi tribuo, quæ te cogit patriæ & posteritati tuæ his præceptis consulere. COS. Ita est profecto ut dicis. Nemo enim omnium est cui uelim magis cōsultum, quam patriæ meæ, quam agnationi & gentilitati, familiæ nostræ: quæ meū nomē, me etiam mortuo, aliquando celebratura est. Quare nisi quid aliud uis, sine pergam ut cœpi, quandoquidē Laurentium nostrum attente omnia auditurum uideo. LAV. Vereor equidem Cosme, ne tibi cōtingat, quod aiunt cygno morituro, tum demum scilicet auem ipsam optime canere, ubi mortem sibi adesse sentit. Superasti certe te ipsum: & quasi ultimos conatus ingenij tui editurus sis, mirabilis hodie mihi uisus es. COS. Sit ita sane, si nō doctrina, saltem auctoritate, quod maxime cupio, apud te ualebo. De morte aliās dicitur latius, quam nec formido, nec opto. Sed ad instituta pergamus. Nō apud Medos solum, ut ait Herodorus, sed apud omnes gentes iustitiæ gratia delecti sunt qui præessent. Acciti etiam quidam externi sunt ob insignem iustitiam, qui ciuitates regerent, ut de Numa legimus. Nam cum premeretur inops multitudo ab his qui maiores opes habebant, ad unum aliquem confugere necesse erat uirtute præstantem, qui summos cum infimis pari iure retineret. Eadem etiam causa constituendarum legum fuit, quæ cum omnibus una atque eadem uoce loquerentur. Aurea profecto uideri debet (ut certe est) illa doctoris uestri Argyropyli sententia, qui asserit ita iustitiam in humana societate necessariam esse, ut in animante animam. Atque ut si in sit illa, corpus interno motu cietur: sin egressa fuerit, riget continuo, dissoluitur atque putrefcit: sic si iustitia administratur, societas constat: si posthabita fuerit, languescit & exhalat. Nemo est enim qui ut deū quendā, iustū non intueatur & admiretur. Huic hoīes ipsi committunt fortunas, liberos, coniuges, atque humana omnia: & merito quidem, cum iustitia sit (ut Aristoteli placet) non pars quædam uirtutis, sed tota uirtus, ut iniustitia tota uitiositas est. Fundamentum ergo perpetuæ commendationis & famæ iustitia erit, sine qua nihil potest esse laudabile. Camillus dictator Romanus, remisso pædagogo uirgis ab eisdem pueris cæso, quos secum transfuga in castra hostium duxerat, Phalerios quos ui non poterat, iustitia & clementia in ditionem accepit. Laudatur & Aristides, ac Iusti cognomentum consecutus est, cum in omnibus, tum uel maxime, quod Themistoclis consilium (ut ante dixi) utile quidem, non tamē honestum & iustum, apud populum improbauit. Primum autem iustitiæ munus est, ut ait Marcus Tullius, ne cui quis noceat nisi laceffitus iniuria: de

inde ut communibus pro communibus utatur, priuatis ut suis, quemadmodum legibus descriptum est & iure ciuili. Communia autem sunt, errantes admonere, ignaros docere, aut ut erudiantur curare, aquam non prohibere, pati ignem ab igne capere, consulentibus fidele consilium dare, quod ad communem utilitatem pertineat. In hac autem societate humana gradus distinguere, superuacaneum quodammodo mihi uideretur. Quis enim est qui nesciat, plus se patriæ, parentibus, liberis, propinquis, ciuibus debere, eiusdem nationis, eiusdem linguæ, quam peregrinis & externis? Multa sunt enim ciuibus inter se communia, ut ait Cicero, quæ societatem humanam confirmant, forum, phana, porticus, uix, leges, iura, suffragia, consuetudines, prætereas & familiaritates, addo etiam connubia & affinitates, quibus tanquam firmissimis nodis ciuitas inter se colligatur. Hinc est propagatio sobolis & origo ciuitatum, cuius procuratio non aliena est ab optimo ciue, quo magis simul neccantur uoluntates ciuium, quoque numerosior noster fiat populus. Sed quoniam nulla societas præstantior, nullaque firmior est, quam quæ cum bonis uiris comparatur, curandum tibi erit ac reliquis ciuibus, ut moribus, doctrina, eruditione, si fieri poterit, imbuantur omnes. Hac enim ratione & de patria nostra bene merebere: & tibi, nisi omnino fuerint ingrati ciues nostri, aliquando parem gratiā referent. Prætereas uero eos utpote ratione imbutos, quos quo uolueris, pro utilitate reip. facile impelles, quod non adeo fit in hominibus literatæ & doctrinæ ignaris. PLA. Addis ne huic uirtuti aliud? COS. Addo certe. Nam cum totius iustitiæ fides ipsa fundamentum sit, curandum erit Laurēti, tuo potissimum exemplo in dictis pactisque eam seruent ciues nostri. Standū siquidem promissis est, & id faciendum quod iustitia & ratio exigit. Hanc enim ob rem fidē ipsam Stoici dictam putant. At uero si secus feceris, statim dissoluetur ea pars iustitiæ, quæ in societate humana reposita est. Seruandam quoque fidem peregrinis & hostibus illud declarat, quod dii ipsi qui uoluerunt longe ac late diffundi ipsam uirtutem & iustitiam, uinculū ipsius fidei, interposita auctoritate nominis sui, annecti passi sunt. Est enim iusiurandum affirmatio religiosa, tota quidem ad iustitiam & fidem pertinens. Vnde præclare ait Ennius, O fides alma apta primis & iusiurandum Iouis. Cum itaque iusiurandum uiolatur, fides uiolatur, quam in capitolio uicinam Iouis optimi maximi Romani esse uoluerūt. Quod enim iuratum est, & mens concepit fieri oportere, id obseruandum est. M. Regulus unicū certe in uiolatæ fidei exemplum, maluit ad certam penam redire, quam datam fidem uiolare. Superatis autem in Sicilia Carthaginensibus, cum Amilcar & Hanno de pace acturi essent, ueriti primo adire consules sunt, ne ipsi quoque fidifragi in uincula conijcerentur, quemadmodum a se olim Cornelius Afina contra ius gentium coniectus fuerat. Verum Hanno conscius Romani animi, consules adiit, apud quos cum de finibus ageretur, dixere quidam posse ei merito euenire, quod Cornelio per suos acciderat. At uero imposito a consulibus silentio, te, inquit, Hanno, fides ciuitatis nostræ hoc metu liberat. Seruandum ergo ius gentium est, seruanda fides, non dico prædonibus, aut piratis, qui communes omnium sunt hostes, non perduelles. His autem si pactum pro libertate & capite precium ciuis Florētini non attulerit, nulla fraus inest, ne si iurati quidem id non fecerint. Nam falsum iurare non peierare est: sed quod ex animi tui sententia iuraueris, sicut uerbis concipitur, id non facere, periurium est. Scitum est certe illud Euripidis, Iurauit lingua, mentem iniuratum gero. Reguli quidem periurium fuisset, nisi fidem datam seruasset. Hæc uero tantissemper fecit populus Romanus, ut etiam præclaros uiros hostibus dederit, ut de T. Veturio & Sp. Posthumio, ac C. Mancino legitur, quod iniussu senatus cum hostibus fœdera iniissent. Post cannensem pugnam decem captiuos ad senatum misit Hannibal iuratos se in castra redituros, si de redimendis captiuis nō impetrassent nouem ex his re infecta rediisse constat, unum uero ex decem qui paulo post quærat ingressus, e castris rediisse, quasi aliquid esset oblitus. Romæ mansisset reditu enim in castra, liberatum se esse iureiurando interpretabatur. Sed hunc quidem ueteratorem & callidum, uinctum ad Hannibalem senatus remisit. Nullum enim uinculum ad colligendam fidem iureiurando arctius putandum est. Id indicant leges, indicant fœdera, indicant penæ irrogatæ a censoribus, his potissimum qui fidem uiolarunt. Curato



igitur tuo etiam exemplo, ut eam seruent ciues cum inter se, tum cum peregrinis: utq; in emēdis uendēdisq; rebus, in contrahendo, locando, conducendo ve nulla fraude utantur, nullo dolo malo. LA V. Non est satis Cosme, dicere hoc uel illud agendum, nisi doceas qua id ratione fiat. COS. Probe quidē sentis. Et quoniā ut corpus membris, ita etiam suis magistratibus ciuitas constat: uidendū profecto quāmdī ligentissime erit, quos potissimum ex ciuibus ad gubernandam remp. deligatis. Nisi em paterfamilias qui interdū eius uices gerat, habuerit, nulla erit proculdubio ceteros nomīe ratio, quod certe multo magis in ciuitatem cadet, quā pluribus curatoribus indiget: qui non ex quouis genere hominū, licet popularis sit status noster, sed ex uera nobilitate, de qua antea diximus, deligendi sunt: consentaneum nanq; est, ex melioribus ortos, meliores futuros, tum ad imperādum, tum ad parendum. Optimus em gubernator legibus ipsis plerunq; antefertur, quod non uniuersa tantum ut leges, uerum etiam partes inspiciat. Hos esse bonos & peritos legum, si fieri potest, oportet, uel consuetudinis patrie & rerum humanarum gnaros, quod certe non continget, nisi grandiores natu fuerint. Quae quidem aetas potissimum magistratui conuenit, cum senes ob aetatem uerecundiam populis iniiciant. Praeterea uero nemo praesertim bene institutus, indignatur senioribus propter aetatem parere, quādo & ipse quoq; cum ad id aetatis peruenerit, sciat se tale praemium recepturum: cumq; intelligat eum postea recte alijs imperaturum, qui prius modeste ac constanter akerius imperio obtemperauerit. Sint igitur quos deligatis ad magistratum obeundum, legem quidem loquentem, ut ait Cicero, boni, modesti, continentis, iusti, fortes, prudentes, abstinentes, & a quouis flagitio alieni, teneantq; diiudicandi & imperandi modum. Tueri enim debent (ut ait Plato) commoditatem ciuium: & quicquid agunt, ad eam referre, oblitum commodorum suorum. Totum praeterea ciuitatis corpus curare debet, ne dum partem aliquam tuentur, reliquas deserant. Nam qui parti ciuium consulit, partem negligunt, rem sane perniciosam in ciuitatem inducunt, seditionem atq; discordiam. Eorum em munus est intelligere se ad commoditatem ciuitatis natos esse: debereq; eius dignitatem & decus sustinere, seruare leges, iura defendere, tueriq; ea quae eorum fidei commissa sunt: qd profecto quā diligentissime faciet, si intelligent, ab optima rebus iustitiam & pietatem coli, eorumq; censura aliquando standum esse. Magistratum autem animaduersio omnis & castigatio contumelia uacare debet, neque ad se qui punit aliquē, aut uerbis castigat, sed ad ciuitatis utilitatem referre debet. Cauendum est etiam, ne maior sit poena quā culpa, ne uel ad iudicandum iratus accedat, quia mediocritatem illam tenere non poterit, quae est inter nimium & parum. Sint autem qui iudicant & ciuitatem gubernant, si fieri potest, legum omnino persimiles, quae ad puniendum non iracundia, sed aequitate ducuntur. Hanc ob rem Plato Xenocrati ad se accedenti, uel ut alij uolunt, Speusippo: Cae de, inquit, hunc puerum: mihi enim, qd iratus sum, id nequaquam integrum est. Eadem quoq; ratione usum fuerunt Architam Tarentinum, infensum uillico qd agros negligenter coluisset. Haec etsi priuatorum hominum exempla sunt, publicae tamen animaduersioni accommodari possunt. PLA. Possunt certe, & optime quadrant. COS. Imo uero magistratibus & his qui cum imperio ceteris praesunt, curandum erit, ne plus seueritatis quā clementie praeseferant: propensiores enim ad dandam ueniam, quā ad sumendas poenas esse illi quidem debet. Proprium em magistratus est, non tam pertinaci seueritate & acerbitate, quā lenitate & clementia, adhibito consilio & maturitate, populos in officio continere. Hinc est autem quod clementes deo similes existimamus: contra uero, crudeles & immites detestamur & abominamur, ut inimicos & hostes humani generis. Quis nō leget magna certe cum indignatione, L. Syllam dictatorem gloriari solitum, se a nemine unquam crudelitate uictum, quatuor legiones ex Marianis militibus in campo martio trucidari iussisse, Tiberim cadaueribus repleuisse, quinque millia Praenestinos interficere ac per agros spargi mandasse, quatuor millia ciuium & septingentos proscrispisse: De crudelitate Marij, Hannibalis, Mithridatis, pleni sunt libri tum poetarum tum historicorum. Doleo quidem Atheniensis, unde urbanitatis & humanitatis nomen uenit, Aeginensium iuuentuti pollices abscidisse, ne a maritima

ciuitate aliquando bello opprimerentur. Quid tibi Mezentium, Capaneum, Busirim, Proclum, Phalarim, Piratas, Cyclopas, Lastrygonas commemorem, cum Tiberij, C. Caligulae, Neronis, Domitiani recentior saeuitia sit: Horum nomina ita profecto nefanda sunt habita, ut crudeles & immanes, nostra quoque tempestate eisdem nominibus tanquam notis threicijs compuncti uocentur. Quam uero sit durum, asperum & immitate crudelitatis nomen, aliorum exemplo uides. Contra uero quā suavis, quāq; iucunda sit omnibus sanctissima clementia, ex his intelliges, quorum nomina ob placabilitatem & lenitatem adhuc in precio sunt. P. Aemilius, captiuum Perseum Macedonum regem procumbere ad genua sua uolentem, dextera manu ad se traxit, lateriq; suo assidere ac mensē uoluit. Eadem quoq; clementia usum ferunt Cn. Pompeium erga Tigranem hostem, Armeniae regem: iussum nanq; surgere, & diadema quod ad misericordiam mouendam abiecerat sumere, in regnum & pristinam sedem restituit. De C. Caesare, cuius diuinam uirtutem sola clementia qua omnes superauit exornat, reticere institui, cum omnibus sit nota, ex hac enim plus prope gloria, quā ex imperio consecutus est. Tu igitur Laurenti tot clarissimos uiros imitatus, magistratus ipsos in puniendis delinquentibus ad clementiam adhortabere, ut citra seueritatem potius pedem retrahant, quā ultra progrediantur, ne ob atrocitatem poenarum tu unā cum ciuibus nostris crudelitatis notam incurras, qua nihil potest esse in bono ciue aut detestabilius, aut perniciosius. Verum quoniam ex aequo & bono plerunq; iudicare in ciuitatibus necesse est, compescenda erit audacia caudicorum, qui iudicij cauillationes interponunt, quo diutius lucri gratia causae ipsae protrahantur. Iure enim gentium & ciuili cautum est, ne cui quis detrahat sui commodi causa. Quid quod etiam tanta est eorum audacia, ut causas iniquas sponte suscipiant, & suscipitas magnis acclamationibus defendant: Quo em quisq; maxime clamat, eo sapientior & honestior in causa putatur. Scribens ad fratrem Hesiodus, eum admonet, ut uo racissimas eorum fauces deuilet. His ego addiderim aduocatos & tabelliones, nisi eorum uita probata & perspecta fuerit. Bene profecto instituta est a legumlatoribus poena temere litigantibus, ne iniuria quispiam ob aduersariorum potentiam circumueniatur. Recte praeterea condita est lex Cornelia de falsis, qua qui deliquere plectantur. Quis enim pupillus, quae uidua, quis inops, quis peregrinus rapidos istorum dentes aufugiet, nisi fuerint tua seueritate coerciti, & intra proprios fines retrusit: Videat praetor, penes quem omnis publici priuatiq; iuris potestas est, cuiq; licet ius condere, ac uetera rescindere, ne cuiquam fiat iniuria. Caucat iudex, aliter iudicet, quā legibus & moribus, aut consuetudinibus proditum est. Idem faciant tabelliones, ne corrupti pecunia aut testamenta supponant, aut in empto, diuendito, locato, conducto, falso auctoritatem sui nominis interponant. PLA. Nil certe omittis, ut uideo, quod ad iustitiam pertineat. COS. Ego uero ad hanc quoq; rem pertinere arbitror, quaestorum, publicanorum, ac foeneratorum cupiditatem coercere. Quaestores publicae pecuniae quaerendae praepositos esse nemo est qui ambigat. De quaestoribus maleficiorum non est nunc dicendi locus. Verum quaestores publici prouentus, apud Romanos partim aerario urbano, partim uectigalibus prouinciarum exigendis praeficiebantur. Hos quidem habere manus abstinentes oportet: satis enim est publicum in aerarium referre, nedum priuata expilent, non publici certe commodi, sed priuati causa. Multos enim uidimus in ciuitate nostra, qui breui, quod sine rapina fieri non potest, ingentes sibi facultates compararunt: aut accipiendo unde non oportet, aut nō reddendo quibus oportet. Hos tu Laurēti, ut uniuersae ciuitati perniciosos, lege Iulia de repetundis ac de peculatu coerceto. Bonis etiam ciuibus cauendum est, noua uectigalia imponant. Quod si bello urgente id facere interdum necesse fuerit, pace parta Iustiniani sententia tollendum omnino erit: ut quod belli timor introduxerat, hoc pacis bonitas consumpiscat. Publicani autem quorum illiberales & sordidi quaestus odia hominum facile incurrunt, obseruari quā diligentissime debent: ex his enim quos tantopere laudat Cicero, graues controuersiae, multae iniuriae, magnae contentiones plerunq; nascuntur. Nam conductis ingenti mercede portorij & uectigalibus, cum postea soluendo non sunt, ex alieno rapiunt & extorquent, nec a ciuibus tantūmodo, uerum etiam

à peregrinis, mercaturæ aut negocij causa ad urbem nostram accedentibus. Quod cum inutile sit, tum uel maxime ciuitati turpe & indecorum est. Horum audaciam & temeritatem compefcendam censens Vlpianus iureconsultus, edictum proposuit, quo quicquid illicite publice uel priuate extortum est, tantumdem & eo amplius iniuriam passio exolui mandat. Per uim enim extortum, cum poena dupli restituuntur & qui tale facinus commiserit, extra ordinem plectuntur. Alterum enim utilitas priuatorum, alterum publicæ disciplinæ ratio postulat. Abstinere habeant manus oportet, sciantque sibi non plus licere quam cuius e populo. Compefcendi sunt etiam fceneratores, qui certe detestabiliores sunt habendi, quam aut fures, aut latrones, aut piratæ. Hi enim magna discrimina subeunt, sitim, famem, æstus, frigora patientes, unde uiuant cõquirunt, maximis interdum acceptis uulneribus. Illi uero tecto & umbra gaudentes, tanquam fcediffimæ harpyiæ, & ne minimū quidem incommodum ferentes, non acceptis, sed illatis ex fcenore uulneribus, hominum sanguinem exugunt, carnem exedunt, ossa corrodunt. Quid de hoc genere hominum sentiat Cato ille senex, audi quæso. Nam cum ex eo quæreretur, quid maxime in re familiari expediret, respondit, bene pascere. Quid secundum, satis bene pascere. Quid tertium, bene uestire. Quid quartum, sarare. At uero cum idem quæssisset, quid fcenerari? Tum Cato, quid hominem, inquit, occideret? Ex quo intelligi potest, hos re parricidas, si in tali crimine deprehensi fuerint, ultimo supplicio Catonis sententia affici debere. PLA. Recte profecto admones: sunt enim maiore odio digni, quam qui apertelatrocinantur. COS. Sunt quidem humani generis domestici hostes. Verum quoniã in emendis uendendisque rebus fraus permagna subesse interdum solet, deligendi e numero bonorum ciuium erunt, qui ne annona, uinum, carnes, esculentaque omnia uitiosius aut carius quam ipsa anni tempora requirunt, uendatur, utque emptori succurratur, si iumentum aliquod morbosum pro ualido sanoque, siue quid uitiosum pro syncero, fractum pro integro emerit, quod apud Romanos a dilatio edicto cautum erat. Aedilium quoque munus putabatur curare, ut fora, uici, stratae uia publicæ, cloacæ, & aquæ ductus cæteraque ædificia lauta, munda, integra, expeditaque asseruarentur, tum ad utilitatem, tum ad salubritatem ciuium. Verum ne quid ciuitati nostræ desit, quam optimam & felicissimam esse cupio, censors ad sint oportet, qui uideant, recte ne an secus uixerint, egerint uel qui in magistratu fuerint: facile enim in officio omnes continebuntur, si rationem ante actæ uitæ habiti magistratus sibi reddendam aliquando putarint. LAV. Munus ergo censorium erit cogere nolentes etiam, iuste, modeste, integre ac sancte uiuere? COS. Erit sane. Sed quoniam apud philosophos diffinitum est, iustitiam esse æqualitatem unicuique quod suum est reddentem, pertinentemque maxime ad societatem hominum inter se: quæ rursus in æquitatem & beneficentiam diuiditur, quæ eandem & liberalitatem, & benignitatem uocamus, non erit à re tua alienum, exprimere quid potissimum ipsi æquitati obstat. Ea profecto auaritia est, qua nil potest esse perniciosius in his præsertim, qui remp. gubernant. Nam cum duæ humani generis pestes incumbant, luxuria & auaritia malorum omnium fundamenta, perniciosior tamen auaritia habetur, quod omnino contra naturam sit, quodque item mala omnia suadeat. Utinam, inquit C. Pontius Samnis, ad illa tempora fortuna me seruasset, & tunc essem natus, quando Romani dona accipere ccepissent, non essem certe passus eos diutius imperare. Est enim auaritia quædam uehemens habendi sitis: quæ ut in hydropico continuo haustu, ita in auaro frequenti etiam rapina extinguere non potest. Verum est profecto quod dici solet, Tam deest auaro quod habet, quam quod non habet, cum ob animi angustiam parto etiam frui non audeat. Tollit præterea amicitiam & sanctam societatem auarus, cum nemini profit, & multis noceat: pauperes enim uiolat, diuitibus insidiatur, socios expilat, ignotos & peregrinos uexat, publicus omnium hostis aqua certe & igni interdicens, cum inutilis sit ciuitati, reip. perniciosus, sibi ipsi demum hostis acerrimus. Hi certe sunt illi demones auari, tristes, obscuro, squalidi, sordidit: quos Diogenes cum Alexandro differens, in primo loco ponit. Hos autem pecuniam pluris facere, quam patriam aut parentes aut cognatos, ostendit. Propinquorum enim mortis expectantæ ob hereditatem auaritiæ causa: nunquam rident, omnes suspectos habent,

nemini credunt, inimicitias, odia, maledicta nihil curant, modo rem faciant, magneti per similes: ut enim ille ferrum trahit, sic et aurum & argentum undique & quouis modo rapiunt. omni certe tyranno scruior est pecuniæ cupiditas, quam nemo sapiens (ut ait Crispus) unquam concupiuit. Ea quasi malis uenenis imbuta, corpus animique uirilem effæminat, neque copia unquam, neque inopia minuitur. Hanc ob rem Stoici mentes hominum ab hac peste dimoturi, dixere nequaquam se adduci posse, ut quæ modo huc, modo illuc transferuntur, in bonis rebus sint habenda: idque etiam Biantis autoritate confirmant, qui in direptione patriæ admonitus ut aliquid de suo apportaret, facio id quidem, inquit. Solam enim uirtutem, non autem diuitias, bonum putauit. Verum cum turpe sit omnibus auaritiæ morbo laborare, tum uel maxime optimatibus & bonis ciuibus turpissimum, in quibus nihil potest esse immanius, nihil peruersius. Nullæ enim ab auaris ciuibus seruantur leges, nulla iura, nulla iudicia. Erunt scelera omnia impunita, si redimuntur auro. Veri ciues speculatores sunt, & procuratores publici comodi esse debent, non autem priuati: congerere pecunias, quæ ad usum populorum sunt constitutæ, nihil aliud est, quam cibum famelicis auferre, quod hostes patriæ & humanum genus perosi facere consueuerunt. Quare in eos merito lata hæc lex est, Auari in urbe ne sunt: si fuerint, publico edicto eiciantur. Hanc autem esse ciuitatum labem nouit Iugurtha ille barbarus Numidarum rex. Discendens enim ab urbe Roma, quæ tum flagrabat auaritia, reflectensque oculos, Urbem uenalem inquit, & cito perituram si emptorem inuenierit. In ea enim ciuitate in qua regnat auaritia, nulla potest esse religio, nulla uirtus, nulla charitas, quæ omnino tanto uitio contraria est. Apud Xenophontem Cyrus Pherulam optantem diuitias, haud recte sapere ostendit: Mihi, inquit, neque cibum, neque potum, neque somnum dulcior est in opulentia rerum sensu, quam dum in egestate fui. Hoc autem ex diuitijs consecutus sum, ut pluribus in laboribus uersarer, addito amittendi metu. Satius est igitur mediocritate uti, quam uel ex alieno rapere, uel raptum cum ignominia & cruciatu animi retinere. PLA. Ego uero ita faciendum censeo. Sed dic quæso, cum Laurentius noster, cumque permulti satis amplum habeant patrimonium, quonam modo eo uti debent? COS. Bene rogas. Audite quæso, repurgato prius animo à fcediffima auaritiæ labe, facilius erit liberalitatem, quam iustitiæ coniunctam esse diximus, inducere. Hanc uero cæteris uirtutibus gratiosorem, quadrifariam diuidit Plato. Fieri enim pecunijs, opera, disciplinis, oratione pro circueuentis in iudicio ostendit. Quintam ego, nisi temere id facere uidear, addiderim, honoris scilicet distributionem, quod est magnum uirtutis præmium. Honos enim (ut ait Cicero) uirtutes alit. Nemo profecto est sanæ mentis, præsertim qui non bene mereri de patria & ciuibus suis studeat, ubi intellexerit operam suam apud bene memores collocari. Quid enim sibi uoluerit tot labores ciuium Romanorum, tot pericula adita, tot uulnera in prælijs suscepta: Honores certe & magistratus, maxima & pulcherrima uirtutis præmia. Omisit pecunias, agros, iumenta, arma ex hostibus capta, in quibus parum certe momenti ad uirtutem est. Indignatus C. Cæsar, ut hostis, quod sibi immeritos honores negari quorundam maleuolentia & liuore cernebat, arma sumpsit, æmulos & inimicos e reip. deiecit. Quoties tumultuarunt Romani exercitus, iusto honore fraudati? Quoties plebs à patribus secessit, ubi denegari præmia bene merentibus uidit? Ne igitur patria nostra ingratitude arguatur, cuius acerrimi ultores Perfæ habebantur, curandum erit tibi Laurenti ac reliquis ciuibus, ut dignitates, honores, magistratus ipsi committantur, qui sibi nobilitatem manu & ingenio peperere. Hac enim ratione & bene meritis gratiam referetis, & alios æmulatione honoris ac gloriæ ad uirtutem excitabitis. Verum hac in re tenenda mediocritas est, ne quorundam stultitiam imitemini, qui infimæ fortis homines maximis honoribus & præmijs extollunt. Eos uolo, qui ingenio, moribus, industria, solertia, manu, opera reip. profuere, ac prodesse deinceps possunt, non autem lenones, scurras, gnathones, assentatores: quorum ingenia uoluptatibus & libidinibus, non amplitudini & modestiæ sunt dedita. Consilio quoque & oratione bene mereri de nostris ciuibus possumus. Nam qui in consultatione tum publica tum priuata, de rebus dubijs & incertis ueram sententiam affert, beneficis merito & liberalis haberi debet, & eo magis, quod hoc genus beneficentiæ, non ad unum tantum, sed ad

plures extēditur. Oratio item in iudicijs habita pro reo, in hoc quoq; genere habetur reum uoco, accersitum in iudicium more caudicorum. Qui ergo circumuentum inimicorum calumnijs iuste defendit, is quidē merito benignitatis nomen adeptus est. Doctrina præterea & conditione comparari liberalitatis nomen potest, cum in habitus animis hominū imprimātur. Quæ nam potest esse maior beneficētia, quàm ea donare quæ nunquam ab hominibus auferri possunt? Transferrī per facile & amitti pecunias uidemus, deflorescunt honores & dignitates, excidūt cōsilia, obsolescunt orationes, sola uero doctrina firma stabilisq; habetur, cum sit earum rerū (ut Aristoteli placet) quæ semper eodem modo sese habent, cūq; etiam in prosperis rebus magnum sit ornamentum, in aduersis uero unicum refugium. Quare si sapias Laurenti, eos semper in precio habebis, qui te ac ciues nostros hoc ornamento insigniores reddere possunt. Sed ueniamus tādē ad illud genus liberalitatis, quod circa pecunias uersatur: pecunias autem dico, quarum æstimatio mensuratur nummo. His autem ad liberalitatem utendum est, qua nihil habetur naturæ hominum accommodatius. Verum quemadmodum utare, diligenter inspicere oportet. Non enim in quemcunq; & ob omnē causam liberalitate utendum est, sed erga bene meritos, & propter aliquam insignem uirtutem quouis præmio dignos: quod profecto maximum iustitiæ fundamentum est. Ea etiam liberalitate uti debemus, quæ pro fit amicis, nemini noceat. Quare L. Syllæ, C. Marij, Cinnæ, M. Lepidi, M. Antonij pecuniarum & rerum translatio à iustis dominis ad alienos, non debet liberalis uideri. Cauendum est etiam Ciceronis præcepto, ne maior sit benignitas quàm scilicet cultas, ne uer res familiaris ita claudatur, ut eam liberalitas aperire non possit: quæ certe omni ostentatione & uanitate carere debet. Hoc autem fiet, si causam, si tempus, si rationem, si dignitatem, tū nostram, tum personarum in quos liberales esse debemus, cōsiderabimus. Qui uero sine iudicio uel modo in oēs quodam impetu animi incitati, beneficentia utuntur, temeritate quadam moti potius quàm iudicio uideri possunt, quam certe leuitatem omnino uisitare debemus, cū nihil turpius sit bono ciui, quàm aliqd facere cuius ratio reddi non possit. In hoc autem genere prodigalitatē duo mala insunt: & quod his rebus carent bene meriti uel propinqui uel cognati, in quos propensiores esse debemus: & quod nostra prodigimus cum dedecore & ignominia. Consulendum profecto est famæ rebus in omnibus, non dedecus quærendum etiam cum dispendio rei familiaris. Nam qui flagitiosis hominibus sua largitur, is certe cum magna iactura sibi quærit infamiam. Tenenda igitur in hac re ut in cæteris uirtutibus mediocritas quædam est, ne uel prodigi uideamur, si omnia sine ratione effuderimus: uel auari, si ad uiuum liberalitatis officium refecabimus. Paruulos autem nutrire, pupillos tueri, uirgines pauperes connubio locare, nobiles paupertate & ualitudine oppressos iuuare, uiduas defendere, errantes docere, esurientes pascere, argentes uestire, captiuos redimere, nexos ære alieno soluere, parentibus liberos, parentes liberis reddere sua pecunia & impensa, boni ac liberalis ciuis proprium est. Fabius ille Maximus, qui cūctando rem Romanam restituit, captiuos ab Hannibale acceptos, redempturum se pollicitus, senatu recusante, ut id de suo faceret, fundum uendidit. Gillas uero Agrigentinus omnium qui unquam fuere liberalissimus, spectacula edendo, epulas apparando, annonā in caritate rerum subministrando, uirgines dotando, domum propriam adeo liberalitatis officinæ ascripserat, ut quingentos equites Gelensum uel tempestatem in prædia sua compulso, propria impensa aluerit. Multos etiam captiuos ex uasitate Illyrij & Thraciæ redemptos ecclesiæ impensa refert Ambrosius: quo genere liberalitatis utinam sacerdotes nostrorum temporum aliquando uterentur, nec pateras aureas & argenteas ita studiose construerēt, cum quibus fortasse (utinam falsus sim uates) aliquando Turce illi bibent, qui Græciam, Epirum, & Illyricum bello uexant. Ad liberalitatem redeo, quæ ita à magnificentia distinguitur, ut hæc circa dādas pecunias quales & quantum uis uersetur: illa circa magnos sumptus & fortunato ciui conueniētes. Magnifici namq; est, theatra, fora, templa, porticus, ædes pro dignitate ita extruere, ne plus minus uel impensæ fiat, quàm bonum & magnum ciuem decet. Ad quam certe laudem te antea meo etiam exemplo adhortatus sum, cum ad speciem urbis, tum uel maxime ad commoditatem ciuiū. P. L. A. Nihil certe omittis, qd ad optimum ciuem instituendum

pertineat. Sed quid huic diuinæ uirtuti subijcias, audire cupit Laurentius noster. LAV. Est ita hercle ut Platina dicit. COS. Ne autē iustitia ipsa de qua diximus, ulla ex parte labefactetur, statim fortitudo omnium uirtutum robur & uallū, subiūgendam fuit. Ut enim fortitudo sine iustitia iniquitatis materia est, cū ualidior imbecilliorē opprimat, ita iustitia sine fortitudine terga non nunq; uertit, atq; eos deserit, quos tueri deberet. Sed cū fortitudo in res bellicas & domesticas diuidatur, superius illud omittamus amplectamurq; nūc domesticā fortitudinem, q̄ animi magis q̄ corporis uiribus cōprehenditur. Vera enim fortitudo est, primo seipsum uincere, irā cōtinere, nullis illecebris capi, aduersis nō pturbari, nec extollisecondis, & quasi uēto huc & illuc impelli. Nō debet certe uinci cupiditatibus uera fortitudo, nō frangi metu, nō iracundia, quæ oīno cōsiliū tollit. Preclarū est etiā, ita animi informare, ut neq; diuitias neq; uoluptates ita in maximis rebus cōstituat, ut in his omne suū studiū conferat, quo nihil potest esse turpius, & à claro uiro magis alienū, cū huius ciuis, quē optimū uolumus, propriū sit, pro religione, pro patria, pro iustitia & honestate omne discrimē subire, ac pericula considerata p̄sertim cōtinere. Hūc autē magni excellentisq; animi esse oportet. Nihil in rebus humanis admirari, nihil magnificere p̄ter uirtutē. Honores etiā nō quoscunq; nec à quibusuis oblatos suscipiet, sed illos tm̄ quos esse dignos optimo ciue arbitrabitur. Ita quoq; dignitatem animi, ut diximus, in utraq; fortuna seruabit, ut ab astu naturæ discedere nō uideatur, si uel fortuna sæuierit, uel ei blādus arriserit. Beneficia uero cōtulisse lætabitur. Feretq; moleste si acceperit, nec plura statim reddiderit. Ab eius natura sit alienū, cōmemorare beneficia quæ in alios contulerit: accipientis enim hoc proprium est, nō autē dantis. Ut enim sua beneficia in Athenienses, reticēt Lacedæmonij, ita ab illis accepta cōmemorat peropportune. Superior itē in omni uirtute mauult esse q̄ uideri: nec id quidē inter humilis fortunæ homines, sed inter optimates exoptat. Palam autē loqui, amare, odisse, sui ipsius proprium existimat: timētis est autē occultare sniam. Motus uero ipsius tardus esse debet, & uox grauis: sermo quoq; interuallis longioribus distinctus, grauitatē quandā amplissimo ciue dignā præ se fert. Omnino autē uera animi magnitudo sine magna uirtute cōstare nō potest, ut intelligas Laurenti enitendū tibi & uigilandū esse, si fieri potest, ut in omni genere uirtutis excellas, ne subpōdere reip. nostræ imbecillis cōcidas. Vnū tamen uitandum erit, quod plerunq; magnis ingenijs nocuit, ne cū magnitudine animi præstare omnibus quæras, æquitatē cōtinens: qua certe sublata, nec disceptatione à ciuibus, nec ullo publico ac legitimo iure uinci patieris. Refelli enim in sententijs dicēdis nō est alienū à rep. cū in disceptatione res proposita dilucidior fiat. Cauenda est etiā nimia gloriæ cupiditas, q̄ cæteris ad uirtutē aditū obstruit, cū uiderit solū ciuē tot pulcherrima p̄mia, quot e rep. ueniūt, cōcupiscere. Sed inter cætera hoc à te maxime obseruandū erit, ne in rebus agēdis, cū domi, tū foris, ullā timiditatis speciē præ te feras. Ut enim medici est uultu ac uerbis bonam ualitudinē ægrotantibus polliceri, ita quoq; optimū ciuē decet, desperationi hominū fidutiā & bonā spem obijcere. Bello Punico secundo, Cannēsī accepta calamitate cogitantibus quibusdā, Metello duce Italiā relinquere, Scipio adulescens cœtū ingressus nudo ense mortē talē aliquid deliberantibus cōminatus est. At uero Hannibale circūsedēte Collinam portā, & supplementū in Hispaniā à Romanis missum est, & ager ubi hostis ipse confederat, hastæ subiectus emptorē inuenit: uoluit cōtrā Hannibal fidutiā imitari, subiecitq; hastæ argētarias urbis tabernas, nec selector inuētus est. Hanc ob rem ita animo cōcidit Hannibal, ut tū demū potiundæ urbis spem antea conceptā deposuerit. Male profecto cū rep. nostra actū fuisset, nisi regi Alphonso & Philippo Insubriæ duci & Venetis, grauissimis bellis nos plerūq; adortis, cōstantissimis animis restituissemus, incōmoda quæq; pro libertate passi. Non igitur trepidandū est & de gradu cōstantiæ cadendū, ut dicitur, quo nihil potest esse optimo ciue indignius, qui ad unam fortitudinem pro rep. natus esse uideatur, sed nescio quo pacto à fortitudine domestica ad bellicā descēderim, quā urbāna quidā certe maiorem putauere. Laudatur Themistocles ac iure quidē, salamina uictoria clarus: laudatur & Solon, cuius cōsilio ac legibus uictoria illa parata est. Habent & Lacedæmonij Lycurgum suū, quē Lysandro obijciāt rebus bellicis claro. Eadem quoq; de Romanis licet dicere. Non enim minus iuuat armis remp. consilio M. Scaurus, q̄ C. Marius armis, non Q. Catulus, Cn.



Pompeio, nō M. Cicero, C. Antonio bellum foris gerente. Omnino autem illud honestum, quod nunc quærimus, ex animo excelsio magnificoq; oritur, non corporis uiribus. Exercendum tamen corpus ipsum est (ut ait M. Tullius) & ita afficiendum, ut obedire consilio ac rationi possit, non autem delicijs uacandum. Nihil est enim quod æque animos molliat corporaq; effeminet atq; eneruet, quàm delicijs afflueret quas uelim te non secus declinare, ac quondam ferunt syrenum uoces cantusq; Circes sapientissimum Vlysem. PLA. Præclare hercle & exacte auus tuus Laurenti omnia differit: id facit amor, qui ut philosophis placet, ad posteros respicit, in quibus se fore immortales aui ac parentes arbitrantur. LAV. Prorsus ita esse ut dicis, haud equidem assentior. Plus enim patriæ quàm cognationi auus meus semper tribuit. Sed hominem hac dicendi molestia liberemus, nisi quid aliud habet, quod existimet ad me pertinere. COS. Habeo sane totius nostræ colloctionis temperamentum quoddam, & ueluti in comœdia extremum actum: quo quidem expleto, ab hac scena ad ludos urbanos uobis proficisci licebit. Hoc autē tale est, quod Stoici magnis etiam contentionibus affirmant, omnium scilicet perturbationum fontem esse intemperantiam, quæ est à tota mente & à recta ratione defectio, sic auersa à præscriptione rationis, ut nullo modo appetitiones animi uel regi uel contineri queat. Huius certe contrariam uirtutem *μετρίτητα* Græci uocant, quam nos quidem, cum temperantiam, tum moderationem, nōnunquam etiam modestiam appellare solemus: cuius certe proprium est, motus appetentis animi sedare ac regere: semperq; aduersantem libidini moderatam in omnire seruare constantiā. Continuo nanq; intemperantia huic inimica, omnem animi statum inflamat & perturbat. Hinc uero ægritudines & metus ac reliquæ animi perturbationes gignuntur: ad quas certe sedandas, una modestia adiuncto decoro inuenta est. Duplex est enim (ut ait M. Tullius) uis animorum atq; naturæ, quarum pars una in appetitu posita est: hæc *ἡσυχία* Græce dicitur, quæ hominē huc & illuc rapit: altera in ratione, quæ docet & explanat, quid faciendum fugiendumq; sit. Ita fit enim ut ratio præsit, appetitus uero obtemperet, in homine potissimum bene morato: cuius fundamentum ipsa uerecundia erit, quæ non sine causa prudentiæ adiuncta, ac soli homini data, ostendit aliud iuueni conuenire, aliud seni. Saltauit quidē ante arcam domini Dauid rex, non autem Samuel: & ut nec ille reprehensus, ita iste magis laudatus est. Themistocles uero princeps ille Græciæ, quia fidibus nesciuit, indoctior est habitus. Abstinit ob uerecundiam uir ille clarissimus à cithara, quod eam dignitati suæ nequaquam conuenire arbitraretur. Mineruam quoq; tibias abiecit scribunt poetæ: quod dum eas supra fontem inflaret, indecorum genarum tumorem inspexerit, minimeq; deæ conuenientem, contra quorundam opinionē, qui neminem satis urbanum putant, si fidibus uel tibijs aut fistula nesciat canere. Idem quoq; conati & bene ad speculum pexi, tanquam inuerecundæ mulieres, per ora hominum feruntur. Hos tu Laurenti tuo exemplo, iniecta uerecundia, ab incessu cultusq; muliebri coercens, ad dignitatem uirilem cohortare. Continentes quoq; & abstinentes esse bonos ciues oportet: quorum alterum in rebus, alterum in moribus est. Scipio ille Africanus, qui totius uirtutis unicū exemplar fuit, eximie formæ puellā sibi in Hispania uoluptatis causa oblatam constanter renuit: parentibus uero accitis, aurum pro redimenda puella doti addidit: eamq; inuolatam marito restituit. In Epiro, Achaia, Cycladibus M. Cato ueneris & lucri copiam habens, constantissime à tanta turpitudine abstinit, Numatio Ruffo teste. At uero cum C. Fabricius populi Romani legatus, audiisset Cynē Atheniensem apud Pyrrhum uoluptati omnia tribuentem: Vtinam, inquit, talem habeant mentem omnes po. Ro. hostes. Superior autem ille Cato uir sane illustris, pellibus hædinis pro stragulis est usus: trium quoq; seruorum comitatu contentus, Hispaniā gubernauit: eodem utens cibo, eodemq; uino quo serui & nauar, ut cæteris hac ratione frugalitatis exemplum daret. Cum Pericles haberet collegā in p̄tura Sophoclem, ijsq; de cōmuni officio cōuenissent, & casu formosus puer præteriret, dixissetq; Sophocles, Opulchrum puerū Pericle: tū Pericles p̄torem, ait, Sophocle decet, nō solum manus, sed etiam oculos abstinentes habere. Magna profecto fuit Xenocratis in uictu continentia. Is enim cum missa sibi ab Alexandro talenta intellexisset, legatos ad exiguum

um apparatus inuitauit: cūq; ab his quæreretur, cui numerari talenta uellet, non ne (inquit) externa cœna intellexistis Xenocrate huiuscemodi muneribus minime indigere: Natura enim (ut ait Philosophus) paucis minimisq; contenta est. Ad ualitudinem quoq; & appetentiam pertinere hanc in uictu modestiam intelligemus, si rerum iusti extimatores fuerimus. Nam cum Darius rex multis antea epulis & poculis fastiditis, aquam turbidam & cadaueribus inquinatam in fuga bibisset, negauit unquam se bibisse iucundius: nunquā enim sitiens biberat. Nec esuriens unquam Ptolemæus ederat: cui cū peragranti Aegyptū comitibus nō cōsecutis, sordidus panis datus esset, nihil est uisum illo pane suauius. Excitanda siquidē fames est motu & exercitatione, non autem condimentis, cum desidiose uixerimus. Ferunt Socratem cum is usq; ad uesperum contentius ambularet, quæsitumq; ab eo esset cur id faceret, respondisse, se quo melius cœnaret, obsonare in ambulando famē. Quid uictus Lacedæmoniorum in phiditijs: Vbi cum tyrannus cœnauisset Dionysius, negauit se iure quod cœnæ caput erat, delectatum: Tum is qui illa coxerat, minime inquit mirum, condimenta certe ei defuere, labor in uenatu, cursus ab Eurota, fames, sitis. His enim Lacedæmoniorum epulæ condiuntur. Victus quoq; Persarum à Xenophonte exponitur, quos negat ad panem adhibere quicquam præter nasturtium, quanquam etiam quædam suauiora natura desiderat. Adde siccitatem quæ sequitur hanc continentiam in uictu. Vale tudinis quoq; integritatem adde. Confer ructantes, sudantes, refertos epulis tāquam opimos boues. Est enim in desiderio, nō satietate, iucunditas uictus. Ferunt Timotheum clarum Athenis hominem & principem ciuitatis, cū cœnauisset apud Platonem, eoq; conuiuio admodum delectatus esset, uidissetq; eū, postera die dixisse, uestræ quidem cœnæ non solum in præsentia, sed etiam sequenti die iucundæ sunt. Mouere te nimirum ac reliquos ciues nostros tot exempla possunt: sed nihil est quod æque te ad frugalitatem adhortari debeat, quàm domus nostræ parsimonia, & perpetua in uictu continentia. Nihil enim à plebeijs differunt mensæ nostræ: qua ex re & ualitudini & ciuitati hæcenus consulimus. Quid quod ne mente quidem uti possunt, multo cibo & nimia portione repletis: Extat Platonis præclara quidem illa epistola ad Dionis amicos, qua displicuisse sibi ostendit, quod Itali & Syracusani bis in die saturi fierent, nec unq; pernoctarent soli. Quàm turpe sit etiam diffluere luxuria, Sardanapali error nobis indicat, quod incidit iussit in sepulchrum suum:

*Hoc habeo quod edi, quodq; exaturata libido Hausit.*

Quid aliud (inquit Aristoteles) in bouis, non in regis, sepulchro incideres: Hæc autem omnia eo tendunt Laurenti, ut intelligas tibi ac reliquis ciuibus, si uultis honeste ac recte uiuere, seruandam esse mediocritatem in uictu cultusq; corporis. Quid Xerxe ipso libidinoso turpius: qui refertus omnibus præmijs donisq; fortunæ, nō egrotatu, nō pedestribus copijs, nō nauium multitudine, nō infinito auri pondere contentus, præmiū proposuit ei qui nouam inuenisset uoluptatem, qua tamen ipse nō fuit contentus. Neq; enim unquam finem inueniet libido. Sedandæ igitur sunt omnes libidines cupiditatesq; sedandæ ægritudines: comprimenda est iracundia, unde prope infinita mala oriuntur, cum ratio omnīs subeunte illa insania, e mentibus nostris deturbetur. Hac autem ratione Laurenti si uixerimus, & prudentia in bonorum malorumq; delectu, & iustitia suum cuique tribuendo, & fortitudine in laboribus periculisq; obeundis, & demum temperantia in prætermittendis uoluptatibus constantissime utemur. Quas quidē uirtutes, & si in omnibus meis ciuibus inesse cupio, in te tamen ad quem hæreditas nominis nostri uentura est, elucere peculiariter uelim, ut habeat ciuitas nostra quem imitetur. Platonis sententia, qua admonemur tales solere esse reliquos ciues, quales sunt qui remp. gubernant. Sed iam finem si placet, faciamus: inclinatur iam sol, nisi quid præterea uobis in mentem uenit, quod mihi exciderit. LAV. Nihil prorsus habeo quod amplius uelim. PLA. Abunde satisfactum est omnibus. Reducamus Cosmum, atq; deinceps ad urbem proficiscamur. Qui uisus iam ludiones arbitror, quorum petulantia hodie sum consecutus, ut alterum Socrate me audiuisse existimem. Dixit multa Cosmus, ne mentiar, Socraticam grauitatem redolentia.

LAV. Cœnabis apud nos Platina, atq; deinceps simul sine sole ad urbem proficisce mur: adeo propinquum hoc nostrum rus est. PLA. Bene admones, modo cœnæ uestræ breues sint, & mihi appetentiam relinquāt in sequentem diem. LAV. Credis auum aliter uiuere, q̄ prædicat: Platonis cœnam tibi appositam putabis: uel ex lege sumptuaria compositam, non secus certe ac si cœsores affuturi essent. PLA. Est igitur quod hac quoq; in re à Cosmo perdiscam. Discumbant omnes, ne quid incommodi mea causa familia capiat. Iube aliquid Cosmo subferri, quo recumbat commodius, hominem ut arbitror longo sermone defatigauimus, si tamē docere, & aliquid grauissimo uiro dignum explicare, labor potius quàm uoluptas est.

## PLATINAE PANEGY-

RICVS IN LAUDEM AMPLISSIMI PATRIS

*Bessarionis episcopi Sabini, Cardinalis Niceni, &  
patriarchæ Constantinopolitani.*



Unquam tempus fuit Quirites, quo ueterem Græcorum morem, Latinorum prope nouum repeteremus, id certe hac miserrima tempestate faciendum est: qua uel maxima quæq; uirtus, candidissimum quodq; ingenium, excellēs quantum uis doctrina & eruditio, emergere ex tanta caligine & ignorantia uix potest. tolerabilius profecto uideretur, si uirtuti à paucis cognita, si in arcanis & penetralibus, quia tuto uagari nō licet, cultæ, saltem quiescere sine iniuria liceret, non etiā quorundam hominum liuore & maleuolentia opprimeretur. Instant dolo, fraude, malitia, uiq; postremo, quando hoc occulte moliri, conari non licet: spargunt inuidentiæ suæ opacas umbras: conceptam rubiginem circumquaq; fundunt, quo suauissimas herbas & feraces plantas occupent atq; enecent: ne si expectatos odores & suauissimos fructus aliquando ediderint, ipsi tanquam in fructuosæ & infelices arbores excidantur. Nos itaq; ne Bessarionis diuini hominis sapientia, uirtus, amplitudo aliqua ex parte lædatur (oprimi certe cum tanta sit, tamq; excellens, nullo modo potest) Isocratē magnū oratorem & perfectē dicendi magistrū, & nostratibus Plinium, genethliacum Mamertinum, Nazarium Latinum quo ad fieri poterit imitati, consuetudinem tum utilem, tum necessariam multis iam seculis intermissam, reuocabimus. Hac enim ratione ad æmulationē gloriæ excitantur, qui magni ad uirtutem erectiq; sunt animi, cum ueræ & integram laudem his propositam uidēt, qui sapienter, honeste iusteq; uixerunt, quorumq; uita omni ex parte humano generi & utililis & fructuosa est habita. Contrā uero à uitijs deterrentur ij, nō prorsus uirtutē aspernantur, qui effrenata cupiditate ducti, petulanter, audacter, proterue ad flagitia declinarunt, cum perpetuas notas dedecoris & turpitudinis frontibus suis inuri ab his uident, qui scriptis rerum gestarum seriem, qui mores & uitam hominum memorię posteritatis ad utilitatem humani generis commendant. Verum hoc loco quirites, cum uires ingenij mei considero quàm paruæ, quàmq; exiguæ sint, nō possum cognita amplitudine conspectus uestri non commoueri, & eo maxime, quod mihi de eo uiro dicendum sit, qui ob magnitudinem rerum gestarum quantum uis magnum oratorem, nedum me ipsum inter studiosos bonarum artium uix numerandum, deterrere à dicendo posset: recreat me tamen ac reficit, hortaturq; ad dicendum humanitatis & pietatis uestræ uulgata opinio: qua quidem fretus, iam iam Bessarionis diuini hominis laudes dicere aggrediar: quem qui laudat, uirtutem extollit: parui enim refert, Bessarionē ne an uirtutem laudes: nec mirum id quidem. Is enim ex uetere Græcia oriūsus, natusq; in Asia, utrinq; collegit generosi spiritus semina. Trapezus Sinopensium Colonia, huius patria est: Sinopem cōdidere Milesii, Miletum Athenienses: ex his ut à parentibus, auis, ab auis nobilitatem referens, redundantiam Asiæ ingeniij frugalitate

at.  
poe  
rhetor.  
res essent,  
telis acumē, hoc  
silitatis iure quod pro  
geniorum. Ex his igitur  
parentum Byzantium transm  
nibus liberalibusq; studijs afflue.  
tica imbutus, posthabita cura rerum  
narum solet, totum sese religioni addixi  
gloriam, uerosq; triumphos parituram, L  
empli moribus & sanctitate uiro, in primo ty  
cuius uirtutem, religionem, doctrinam adeo im  
Bessarionis ingenium & mētem prope diuinam ad  
& admirabiliū uir sanctissimus contemplatus, adolescē  
Sylembriensem uirum optimum atq; doctissimum misit, u  
philosophiam perdisceret. Sub quo certe tantum profecit, ad  
dum hominem cura, studio ac diligentia, ut iudicare postea di  
ne Bessarion an doctior haberetur. Postremo autē ne aliquid tati  
Platonem quem alij Gemisto uocant, doctissimū præceptorem, &  
cundum à Platone uocant, in Peloponneso, quo se cōtulerat, doct  
mathematicis accurate imbuitur. Vulgari tum demum tanti homi  
ptum, ut quo proficisceretur famam expectatio, expectationem ei  
uentus admiratioq; superaret. Existimabant tum homines eam d  
tam fore, ad quam uenisset Bessarionis diuina uirtus. Hunc itaq;  
cognitione & hospitio dignum suscipiebant, uenerabantur, obli  
tiones & quidem frequentes atq; elegantes ad populos habuit (u  
uocant) tanto concursu, ut templa ipsa permagna tantam multitu  
Populos ad religionem, ad iustitiam, ad equitatem, ad modesti  
præmia, malis pœnas propositas ostendens: & quos mouere in  
bus & exemplis non poterat, eosdem obtestationibus, precibus  
& errantes in uiam salutis reducebat. Multos inter se ciuilibus  
sidentes, aut coram oratione, aut absens epistolis sapientissim  
ptis ad concordiam reuocauit. Hac tãta uirtute moti imperato  
politanus & Trapezuntius, hūc ultro citroq; legatum frequer  
imperij uires concatenabant, quo fortius & constantius prop  
tus possent, qui tanquam rabidi lupi inter utrunq; positi, occa  
diripiēdi expectabant, quod postea accidit cum magno totit  
core ac detrimento. Sublatis enim duobus claustris, nunc se  
ropam grauissima illa Turcarum procella nemine obstante  
omnia uastat, obterit, conculcat, diripiuntur urbes quantur  
tur uillæ, necantur homines. Quod si aliquibus fortuna bell  
coribus eo terrarum abiguntur, unde nunquam in patriam  
infortunatos Græcos. O infelices & calamitosos. O etiam ip  
hostiū lachrymis deplorandos. Dedistis ne omnibus nation  
nam & ingenium, ut ipsi consilio carerent: Dedistis arma, ut  
mini: Constans est certe Quirites omnium bene sentientiu  
me, qui suo periculo istarum calamitatum gnari sunt, duo il  
corruitura, si Bessarion magni animi atq; consilij uir, illis in  
peffas illa cōtra nō Græcos tantū, sed humanum genus exor  
omnium uigilantissimus dormientem Græciam, armasset n  
mos, ire in hostem suos, & à ceruicibus tantā calamitatem ar  
spe ueræ & integræ laudis proposita compulisset. Verum eo

im  
rincis  
patriam  
ante ac per sepe  
yrijs, Pannonijs ho  
is claustris, illinc sava illa  
ret: quod propediem (utinam  
ntissimo uiro tanquam e specula  
pniciem, aliquando fuerit obtēpatū.  
us, ad cuius res egregie gestas, ne in hanc  
is enim re Constantinopolitana nondum  
entiam occidentalis redigere conatus, non  
peratorem ac principes Græciæ, quàm eos impuz  
in Italiam ad Eugenium pontificem maximum con  
uas, atq; inde Ferrariam, ubi pontifex erat, ibi grauem &  
anarion ad suos habuit, eos adhortatus, ut cognita frequenti  
trouersæ causa, quæ Latinos inter & Græcos quingentis iam  
omni simultate, in eadem sententiam omnes tãdem uenirent  
terens, ea demum recuperari posse coniunctis copijs collataq;  
rci quondã & Saraceni & Arabes Christianorum diffidijs magis  
nis proprijs freti, occuparant. Dicebat enim quod uerissimum est,  
fidiam late creuisse, dũ religionis nostræ capita inter se dissident:  
sanctus à patre tm̄, ut Græci, an à patre & filio, ut Latini uolebant:  
factum, ut ad mahometanos partim ui, partim spõte deficerent  
anz religionis principes quid potissimũ teneãt, incertos uident:  
ntiochenam ecclesiam, hinc Hierosolymitanam, hinc Alexan  
e omnem ferme Asiam & totam Aphricam hanc pestem occu  
est, Europæ quasdam partes iam iam infecisse, ac longius eua  
blatis tam perniciosijs controuersijs, ac pulsis Christianæ reip.  
em ueterem labore, uigilijs ac sanguine martyru comparatam,  
ucis peruenerint. Permoit tanti uiri autoritas totum concis  
nis honestissima causa, permouit etiam imminens ceruicibus  
disputari tum acriter inter utriusq; ecclesiæ theologos est cœ  
eci, episcopo ephesino, Pletone Scholario, Dionysio episcopo  
toribus, spiritum sanctum à patre tãtum procedere. Instabant  
oq; idem fieri autoritate ueterum theologorum, maxime ue  
ri & Athanasij id comprobantes. Re autem ipsa adhuc pen  
cisci pontifici & curiæ uisum est. Ibi cum de re ambigua ali  
set, uenere tandem Græci ratione ac Bessarionis autoritate  
iorum. Is enim & si acriter suos primo tutatus est, tandem ue  
hodoxam ecclesiæ Romanæ non solum descendit, uerum  
nt, ad salutem disputationibus & graui oratione adhorta  
nimum, unam mentem, idem spiritus sanctus, pro quo dis  
lit. Ventum tandem in concordiam, & symbolum Romanæ  
ice decãtatur. Soluta demum concilio, imperator Constans  
titur. Eugenius autem pontifex cognita Bessarionis singu  
ominem licet absentem ex sententia fratrum in numerum  
cersitur in curiã Romanam uir amplissimus, ut unus aliquis  
ecia ingeniorum altrice, doctrinarum inuentrice, quem ad  
hãc uestram ciuitatem dominam quondam rerum, nunc  
te ac prope dirutam, in meliorem formam redigeret, homo  
nantissimus. Accepto autem de more galero \* insigne cardis  
ingeniosus & acutus Latinorũ mores & literaturã imbibit,

do  
tini  
tionem  
abundantia in  
artibus & ea uigu  
tea in quouis genere  
ret ac scriberet. His studijs  
quod aut publice ex officio, au  
genium, dexterrimam mētem ita  
mo principe differret. Hac tñ insigni u  
quintus, in locũ demortui Eugenij pōtiti  
das aptissimũ, & ad oĩa mala p̄caueda uigi  
tiũ intestino bello laborãtibz, legatũ cũ sum  
effusa obuiam urbana multitudine, non aliter  
gnum & salutare à periclitãtibz nautis & pene nau  
Quanquam hominis huius quirites maior sit laus, quã  
ue & eo amplius naues benigno intuitu conseruat, hic tanta  
quondam Romani populi coloniã, hoĩm ad arma & literas alu  
cunspiciens, mente præuidens ac disponens, lingua admonēs de  
sanabile uulnus & contagiosum abscondēs, ab interitu & prope a  
Notæ sunt ciuitatis clades plusquã ciuiles, dum factio Bentiuola  
cipatu contendit, alentibus seditionem hinc Philippo uicecomit  
principe Ferrariēsi, instantibus etiam duabus militaribus factio  
Sfortiana: quæ dominatum appetentes, hanc ciuitatem ueluti ar  
armis ac fraude per sepe conati sunt. His enim ac tantorum ma  
seuitiæ uetum est, ut eodem die & Hannibal Bentiuolus & Bap  
multis utriusq; factionis tota urbe tumultuante uno impetu cœ  
delitatis genere adhibito: & ne ulla requies calamitosis daretu  
externi hostes, urbem oppugnaturi, ni Bessarionis sapientia ci  
uocans, externum hostem rabidum & uoracem, à uisceribus  
propulsaret. Respirante deinde paulatim (tantũ mali inerat)  
malo ciuitate, totum sese uir optimus ad componendos m  
lica corruptos & labefactatos uertit: quem certe hac in re ni  
religio, pietas, iustitia, constantia, abstinentia, grauitas co  
ratione sine ulla ui quorundam hominum arrogantiam re  
cupiditates refrenauit, cum fieri haud grauate consueue  
homines, quos in principe tanquam in speculo totius ciu  
omnes non priuatas commoditates quærentem, sed pu  
deditum, non somno, sed uigilijs, ita cum admiratione  
mum fore arbitrarentur, si aliqua ex parte Bessarionis in  
us itaq; mores sese effingentes, ex calamitosa felicẽ breu  
enim seditionibus, extinctis incendijs, furtis, rapinis, ho  
fuit uiro huic grauissimo, adhibita facilitate in audiend  
tia in satisfaciendo, populum Bononiensem ad bonar  
uidebant iustissimum, quem modestissimum, hunc tan  
sertim tempestate uenerabantur, colebant & obseruab  
gnum additamentum doctrina eius singularis erat, qu  
to ingenij ac sapientiæ facile princeps existimauit. Doc  
uel uitiiosissimam quanq; naturam mutare posset, ned  
promerendum impellere. Hæc enim facit, ut prouincia  
lum se faciles præbeant in cognoscendis causis, homin  
maiorum exemplo, quorum res gestas legere, uerume  
ipsi sunt optimi, suorum cupiditates refrenent, petulãtia



atque  
im ne  
adificijs,  
conductis quan  
abat adolefcētes ad fru  
multos ob inopiam à studijs  
nstituto continuit. Quid plura  
quàm iuste, quā prudenter, quā  
noniēsem gubernauerit, erexerit, in  
ad postea more maiorum Bononiēsum  
us. Illius enī ciuitatis legati huc uenientes,  
stant, consulunt, comitantur, reducunt, qd  
signū. At Bessarion, mortuo Nicolao V. cū in  
ficem necesse esset, Romam ueniens, lachrymātibus  
destitit, conclaue ingressus, quorundam patrū & opti  
ex designatur quantum uero obsit maximis imperijs, pro  
uor atq; inuidia, comprehendi certe hoc loco potest: quidam  
at leues & uoluptuosi, qui Bessarionis integritatē & modestiam  
ia uitio inita, denuo repetēda esse. Non obsitit uir optimus, quo  
mans quod uerum est, pontificatum sua persona plus indigere  
ad integram gloriam qua profecto carere iā non potest: eo enim  
uē uir amplissimus deuenit, ut nulla ei ulterius dignitas ad ueram  
ada. Dolere nostram uicem & totius reip. Christianā, non eius.  
ruimus principe, & hac potissimum tempestate, qua præter ex  
eruicibus nostris armatus continuo imminet, auaritia, libido,  
anorum hominum contēptus, intestina & grauissima mala nos  
ecant, nemine iuuante. Hoc pontifice indigebat religio Christi  
sā uitijs nostrorum, quā ab externo hoste, ut aliquando res  
in mores nostri requirebant omni ex parte labefactatis huius  
erit bonarum artium studiosi, & in quauis facultate industrij,  
ucani contemnantur, reijciuntur, eliminantur. Non destitit  
ni monere & hortari, ut interposita autoritate pontificatus,  
dis Christianorū ppulsaret. Ad hoc quoq; bellū adhortatus  
re: regem, dum à balneis puteolanis quæ adierat ualeudinis  
tor. Ad cryptam Neapolitanam rex magno comitatu ho  
q; uiam, eumq; nullo non comitatis & beneficentiæ genere  
ni & acceptum laute & magnifice abeuntēq; eodē semper &  
cificiuitu. Mortuo deinde Calisto, Pius secundus in eius lo  
set, ut uanum adhortante Bessarione, Christianis omnibus  
ior omnium principum & populorum consensu bellū Turc  
hoc principes multi aut legati regum aut principum, quos  
nt, in ad tantum & tam necessarium bellum eleganti orā  
ninus, adhortatus est. At uero cum huic tanto apparatus  
lit. A sese bella obstaret, eo mittere Pius Bessarionē uirum  
ice d, qui rebus in Germania compositis, imperatorem Fre  
titu d bellum Turcis indictum adhortaretur. Vadit opti  
omime instāte, quo Pius imperat: Venetias Pado amne  
cersitatum ad suscipiendum tantum bellum adhortatus,  
ecia quā lauto & eleganti comitatu flecīt iter. Sæuiebat  
hāc Germania potissimū, quæ regio frigidissima est. Vexa  
te ac uis, tum niuibus ac prope continuis, nullum diem in  
nant: sceretur & cū stare pedibus equi p̄ glacie uix possent,  
inger

u  
p  
que  
cijs p̄.  
longa ac  
Pium pontifice.  
autem non ita mul  
cipes multi, uel principu  
sa, ad pacem & concordiam  
natus est. ¶ Quid non cogita  
pacem inter dissidentes componer  
gustensis, adorant episcopi quidam, ad  
rant legati Baiouariæ ducis: hos duos pri  
pe ingenito, & monere & rogare & obsecrar  
ui oratione de pace habita, quam paulo ante c  
simulatibus & odijs, de bello Turcis inferendo u  
gitarent. Ecce dū in cōsultatione essent, literæ ei à lega  
dinali redduntur, quibus fit certior, pugnatum cum Tu  
prælio superatos cessisse, periculumq; imminere, ne hostes u  
omnia occupent, uastent & diripiant. Tum Bessarion lachrym  
stianæ reip. gemens, breuiter clades omnes nostris illatas cōmemo  
culum ostendit, pacem & concordiam proponit, quo liberius &  
mis & copijs ire in hostem ferocem & recenti uictoria exultantem  
Norimbergæ nil fieri uideretur, quod eo propter distantiam pro  
cipes grauarietur: maxime uero Palatinus comes, transferre cor  
legatus instituit, ne quicq; intentatum relinqueret, quod ad sedē  
Ventum est tandē post multa & grauissima pericula Vuormati  
Germaniam sine præsidio militari licet, quod apud eos (tantum  
pinæ & latrocinia quodammodo concessa uidentur. Suscept  
tensibus Bessarion, legatos tum imperatoris tum aliorum pri  
sit agendū proponit. Disceptatur nec semel tantum, sed iterur  
pos uiros grauissimos & optimos, quos secum habebat ad u  
omitteretur, quod ad concordiam faceret. Vbi autem nihil fie  
retur, monendo, rogando obsecrādōq; Viennam proficisc  
omnes adhortatus, ut eo se prope conferant, arbitratus C  
tate rem optatam ex sententia confici posse. magnis quide  
tandem uentum est. Fit obuiā Bessarioni imperator ad mi  
adhibito honoris genere in urbem ducit. Data est tantur  
uero cum legatus ad imperatorem, contra imperator ad  
sa contenderet, peruicit imperator ad Bessarionem per  
ponenda inter Germaniæ principes, & de bello Turcis  
uissimus sermo est habitus. Cum itaq; principes & lega  
demq; re q̄ sæpissime omni conatu frustra tractatum esse  
emolumento & honore, redire tandem in Italiam lucei  
ne frustra & tempus & corpus ualeudinarium frigori  
animi consumeret. Inter exteras gentes græcis ac latin  
est sæpius, dum temulenti & armati non solū in agris, s  
næ autem potissimum, ubi gymnastici quauis licentia  
dem post biennium Bessarion uester quirites, ut quer  
cupiebat, & uotis optabat, præsentē deniq; intueretur.  
ecclesiæ Romanæ unicum columen, & patriæ uestra  
uir optimus & sapientissimus Pium pontificem hort  
contra impios decretum, amplecteretur. Hanc ob rem  
turus erat in hostē, proficisci instituisset, ibiq; classem  
pectaret, Bessario ad Venetos prope cōtēdit sedis ap

es  
lis  
a tan  
omam  
ad ocium  
olicis dabatur, to  
Cum prodesse coram  
& humanitatis plenis ad  
e deliquerūt, reuocauit: harum  
ne scriptarū. Duas scripsit duorum  
isthmj, adeo eleganter & absolute, ut  
ate frugum omnium & portuositate litā  
ortissimorum copia, cuius prouinciā con  
e q̄ memoriter horum locorū resp. & qcquid  
, cōmemoret, describat, notet, facit id quidē adeo  
non descriptæ, sed ab eodem institutæ & gestæ uide  
us quas ad imperatorē Constantinopolitanum in mor  
antiam & fortitudinem hominem ipsum pluribus rationis  
auissimis & sententijs, ostendens nil noui eius maiestati acci  
nibus sit, non dico cōmune malum, sed receptaculum à malis, si  
uitam duxerimus, quemadmodum reginā ipsam uixisse ostendit.  
rime graui & copiosa oratione eos, qui p̄tinaciter nimis asseuerant  
is de Petro, sic eum uolo manere, quid ad te? cum dicendum sit, si eum uo  
oc autem probat & doctissimorum hominum autoritate, & græc  
es euangeliū scripsit, & latina locutione, à qua modus ille dicēdi  
adeo copiose in aduersarium surgit quiritēs, ut nullum prope era  
oretum cōmissum, aut neglibentia librariorū, aut incuria legen  
era prætermittat. Aperit omnia, disputat, refellit, docet. Eodem  
torrente Ephesini episcopi opinionē, afferentis spiritū sanctum  
, acerrime confutat. Sancti Bessarionis unde ipse nomen acce  
atroni uitam diligenter ac copiose scripsit. Sancti Francisci or  
betur, cōstanter ac sapienter tutatus est. Non est passus quem  
nano meritū, maledicentia post mortem lacerari. Vnde acer  
Platonis iusurgit eo uolumine & quidem diuino, quod nup  
atione edidit. Quā grauis sit in laudando, acerbus in uitu  
tus, in differendo subtilis, in confutādo acer, ex hoc libro  
rerum omnium diuinarum atq; humanarum scientia tan  
hinc est certe q̄ hauriant theologi, philosophi, mathe  
quoduis genus hominum ciuiliū ac studiosorū. Nul  
ermittit, quam non notet: quid quisq; dixerit, quod pro  
ndit: ut Pythagoræorum nimiam pietatem, Cynicorum  
eritatem carpit, ita Peripateticorū & ueterū Academicorū  
ollit Aristotelem, Platonē philosophorū principē facit  
ndit conuenire, q̄ cum aliquo philosophorum: neq; id  
autoritate tantūmodo probat, uerum etiā syllogismo  
ium ita circūagit & opprimit, ut neq; quo se recipiat ca  
reat: neq; quid respondeat obrutus argumētis, satis in  
acionem uir amplissimus ita interdum deridet, seruata  
gat se nō modo nō intellexisse Platonis mentē, quē hic  
arpitudinis, inconstātiæ arguit, sed ne linguæ quidem  
im ipse græcus sit, & Platonis leges non latinās facere,  
phi sentētiās euerterit, & obscuriores reddiderit. Quā  
, animaduertire quæso. Hic enim acsi in quauis sciētiā,  
octor gentiū & magister haberetur, solus peragrasset  
quicquid ubiq; arcanum & reconditū est, ut Platonem

uēt  
eo te.  
tone, discip.  
tamen audacia  
ut aliquis peccet, ia  
tate concitatus Bessarion,  
tentiam explicat: & quod ma  
nemine fere iuniorum cognitam,  
stas quæ sanum aliquid sapere uia  
berrimo fonte manare. His rebus quæ g  
quirunt, intentus pro tempore Bessarion,  
cardinalatus pertineret. Rem diuinā & domi  
quentat, in quo secundus à pontifice habetur.  
& constanter e rep. Christiana tuetur clientibus &  
trocinium suum præstat. Circumuentos malorum fallā.  
ad meliorem fortunam & honestiorem dignitatis gradum.  
grauissimis ac proprijs facultatibus interdum erigit, familia  
lingua eruditissimam, & in quauis facultate doctissimam. Vestr  
uiros doctissimos in contubernium suum recipiebant discendi &  
sa, ut Scipio Africanus Ennium poetam, Panætium philosophu  
ricum, Lucullum, Catones & Hortensij Archiam poetam, Ciceron  
sophum, Cn. Pompeius Lenæum Libertum, Augustus Cæsa  
menum: multos qui id fecere non de Romanis tantum, sed etia  
morare possem. Hęc tamen Bessarionis sit præcipua laus, quod  
tum & moribus ad bene uiuendum instituit, uerum etiam liter  
ctrina ita imbuit, ubi à negocijs publicis uacat, ut inde quemad  
nimus, multi & quidē docti, tanquā ex equo Troiano (ut de I  
tinue prodeant, ac plures prope quā ex reliqua Romana cur  
Perotto archiepiscopo Sipontino, quod ad mores & doctrina  
gnitate, comis & humanus: scribit ac dicit eleganter & copie  
melius faceret, nemo adhuc ætate nostra inuētus est. Quan  
optimi doctrina & eruditio tum græca tum latina, ex hoc  
test, quod omnes bonarum artium studiosi de aliqua re ar  
tota ciuitate ut oraculum totius eruditionis ac disciplinæ, i  
scribit, ut nullam hospitis speciem præ se ferat. Non est or  
theologus philosophusq; insignis, non Valerius Viterb  
cum quouis optimo ætatis nostræ medico conferendus  
Latina lingua apprime eruditus. Sunt & in eius contube  
le ius, quiq; mathematica optime teneant. Subsequuntur  
lidiores facti, tāquam generosi pulli & ex optima proles  
panam reformidabunt. Hi fructus oriuntur undique  
ciuitatis, sed totius prouinciæ, Bessarionis opera & imp  
tum liberalissimas manus, sed in pluribus circumfert. N  
tatem, multa nummum millia aureorum pro redime  
las multas inopia parentum marito carentes, ære propr  
Inopes & ualitudinarios continuo iuuat: ædes sacras a  
state reficit: quod indicat templum apostolorum in urbi  
& secessus cryptæ ferratæ beatæ uirgini dicatus. Domi  
gnitati & facultatibus congruentem, ut neq; melius  
urbe habitat. Accedentes & quidem frequenter libent  
ab eo amicorum causa potest, doctorum præsertim,  
benter facturum repromittit. His uero de suo tantu  
si per domesticas impensas licet. Bibliothecam Græc

te  
 se  
 uan  
 un, con  
 onē, doctri  
 amas, Varrones,  
 omnium hoīem bene  
 , ac frequentibus laudibus  
 norum ingenia ad uirtutem ex  
 nines calcaria, & malos à uitio de  
 agitiosos dedecoris ac turpitudinis no  
 as ago, quod me audire quouis modo lo  
 urus, si uos quoq; Bessarionem patrem am  
 as uestris, quæ grauissimæ sunt, celebraueritis.

## LATINAE AD

PONT. MAX. DE PACE ITALIAE

*menda, atq; de bello Turcis indicendo, oratio.*

**I**cui unquam pro conseruata una atq; item alia ciuitate gra  
 tia sunt actæ, ea hoc potissimū tempore PAVLI PONT.  
 MAXIMI laus est, qua uel laudatissimum quenq; iure ac  
 merito antecellat. Is enim cōsilio quo ualet plurimum, pru  
 dentia qua cuncta moderatur & regit, constātia cuius ad mi  
 niculo ut firmissima ancora non solū Petri nauiculam à pro  
 cellis & fluctibus tuetur, uerum etiam uitam oīm nostrum,  
 bona, fortunas, parētes, liberos, domicilia, ciuitates, Italiam  
 totam, Europam ex flamma, ferro atq; omni genere crudeli  
 nunciacione pacis eripit ac conseruat. Ardebant cuncta bello,  
 ionibus in partes principes ac populi. Noui conscribebātur  
 lementa addebantur, cōmeatus omnifariam ad tantum bel  
 um Paulus diuino nutu collegio cardinalium adiuuante,  
 gatis, æquas pacis conditiones in mediū ponit, auersurus  
 ibus ciuitatū, ab euersionibus urbium nostrarum omnem  
 um. O mentem hoīs prope diuinam, o singularem sapien  
 tianum genus inexplicabilē. Quod uiuimus, quod spiras  
 iberiore uita, tuo id munere fieri nemo est qui ambigat.  
 fortuna aut industria dederit, id omne merito tuo referre  
 hac annona, liberior mercatura mari ac terra, amplior ac  
 uoluerimus aut negocij, aut animi causa sine hostili me  
 sti nimirū Paule qd pontificē decet. Curāda est tibi credā  
 populorum ac principum concordia. Retinendī admo  
 io sunt, qui aut superbia, aut auaritia, aut cupiditate do  
 e, ac iniuriā facere tenuioribus conātur. Tu unicus diui  
 u ex ordine cardinalium delectus es, qui Christianam  
 ui leges, qui plebiscita, qui mores prouinciarum ac po  
 res. Ad summā laudē Paule nil tibi præter bellum Tur  
 esse uideo. Hinc enī omnis tua laus tanq̄ ex optimo gy  
 re est fateor hoc bellum & periculosum, sed multo gra  
 sa tecta futurū est, ni obuiā sæuienti hosti terra ac mari  
 s Christianis focordia & auaritia principum, in Euro  
 sciens, capta Constātinopoli ac direpta, magnā partem  
 liam, Bœotiam, Achaiam, & totam ferme Epirum, ad

de  
 Ven  
 stant  
 Christia  
 nibus ille  
 gnis inuicem illa.  
 tere fortiter ac const.  
 neti terra mariq; Quibus  
 nox, quā in uirtute & fortitu  
 hoīm atq; inflammare potius, qua  
 debent. Diutius tñ differendum non e.  
 interitu, barbarorum impetus sustinere  
 relicti, Vngarorum exemplum imitati, Tu  
 tur tū deniq; hoies libere, & transitionis, qu  
 stiozem uiam putabunt: tñ tūm q; quod etiam atq;  
 hostibus potentissimis accedet, quantum uobis aca  
 bus audacia & uectigal, nostris timiditas & inopia crete  
 gna futura sit, negociantes & mercatores Europæ, qui cōi  
 ante hoc grauissimum bellum solebant, cum gemitu cōmen  
 illa amœnissima ac fructuosissima, in potestate Christianorum ai  
 litatem exoptatam expectant. Omitto inq̄ utilitatem, quæ etiā si n  
 lato hoste, ad delendā tñ ignominia superioribus tēporibus neglig  
 ad quos maxime attinebat acceptā, bellum suscipiendum esset, p  
 immanissima belua, non in homines, sed in deum op. max. quen  
 uerum dei filium, ut redemptorem humani generis, ut ueræ ac fa  
 datorem, arma sumat, spurcam, sordidam, in honestam, in ceftar  
 diam uerbis stolidis & impudica actione iactitans. Possum cōm  
 fas, si ad has respicimus quæ grauissimæ sunt, multos quōdam  
 cipes bella periculosissima suscepisse, ut Romanos Achaicum &  
 Romanum, Lacedæmonios Atticū. Omitto Romanos bella pi  
 timis & externis gessisse ob res quantumuis paruas repetitas &  
 latum ius gentium, & læsum aliqua ex parte fœdus. Vos aute  
 eueris atq; incensis, tot deuastatis prouincijs, tot regibus, tot  
 Christianis uarijs cruciatibus necatis, tot puberibus partin  
 uissimā seruitutem abactis, à uindicanda tanta iniuria super  
 uos, si hæc nō satis magna uidētur, spreta religio, pphanata t  
 cōminuta ac diffracta dei sanctorumq; oīm simulacra. Qui  
 per contemptum ex abditis & sacrarijs auulsæ passim per  
 loca proiectæ iacent: audire eorū uoces nunc certe uideo  
 guinem eius qui nos redemit, per martyria sua ad salutem  
 tum animo conceptum, tandem suscipiatis, habituri duc  
 opera & auxilio pro centurionibus & signiferis usuri, un  
 deterreat res toties infeliciter tentata. Sed quo consilio  
 bus copijs, q̄ disunctis & inæqualibus bella sunt inchoa  
 ctū, cū ob eam rē resederit Christianorū ardor. Collecta  
 bitate sunt. Cōscripti milites, cōparata classis, nec tñ qui  
 est. Imperatorem & quidem præclarum, ueteranū & fir  
 rariū solidum, non mendicatū tanta moles belli exiget  
 Vngari non propulsarunt modo numerosum hostem &  
 illata clade eū cedere e finibus coegere. Quantillis cop  
 ercitus Illyrij & Epirote, ducum suorum imperio ac con  
 nu iam quinquennio Veneti magnas Turci tū terra tū n  
 nauali plio nunq̄ cū Venetis est ausus, contentus Bosph  
 quam tutissima effugia tueri. Coniectari ex his licet, hæ



uo  
max,  
um in  
igno no  
& quidem clas  
o usa, in Asiam trajis  
opolitano aduersante,  
Niccā, Antiochiam, Hies  
acenorum & Turcorum caesis, oc  
nem quibusdam, deletis etiam pau  
ministrato supplemento, ut decebat, ad  
a. O bellum sanctissimum & annalibus au  
principes adnixa fuissent, quod multo sudore  
ad astra Urbani nomen fertur, qui tam pium ac  
ur & Bernardus Clareuallensis abbas, qui hortatur  
u habebatur, multos principes ad tantū bellum tamq̄  
mis Conradum Sueuum, cuius exercitū dum Iconij esset,  
uelis Constantinopolitani imperatoris fallacia deleuit, mixto  
æ commeatus nomine subministrabat. Deficientibus enim hanc  
nam varijs afflictabantur morbis) cedere retro Conradus coactus  
iam Saladini uiri fortissimi Balduinus quartus Hierosolymorum  
! Alcalonem copijs. Quo postea mortuo, idem Saladinus uictis in  
anis, omnia facillime in potestatem suam redegit. Desuere illis se  
& uellent, & possent tantum bellum sustinere. Velle te nemo est  
acem Italiae, quietem Europae accuratissime quaeris. Vt etiam  
n quaerendis modo pecunijs solertia, sed etiam in conseruandis  
item & quidem prudēter ex militia Italica Bartholomæum Ber  
ducem, cui tuas ac reliquorum sociorum copias merito com  
t quae in duce optimo inesse oportet: scientia rei militaris, quam  
in castris enutritus sub Barchio duce praestantissimo cōtra acer  
dimicans, imbibit. Duxit deinde per multos annos ordines. Li  
Mediolanenses varijs bellis distraherentur, suis copijs contra  
tutatus est. De labore hominis in bellicis negocijs, de fortitu  
indis periculis, de consilio in prouidendo, re militari ita exi  
quod cū semper aliās, tum uero uel maxime praeterita ætate  
ritus, nullo incommodo à magnis hostium copijs accepto  
s, antequam e uita discedat, relinquere de se monumētum  
celebrent: offerri uiro nulla certe maior occasio potuit: bel  
pro pijs contra impios, pro iustis & bonis contra iniustos  
ra immodestos & intemperantes: pugnaturus nimirum  
nunt hostes, quem negant, quem tollunt e medio quoad  
rfidæ sectæ & spurcæ autorem sequentes. Inchoare tan  
quod longe ab Italia sit eundum, quod in aliena prouin  
eos qui immanes et crudeles in praelijs habentur. A deo  
s Italorum animos putabimus, ut cū Romani olim belli  
errarum partes peragrauerint, maria nauigauerint, alpes  
non sint futuri, qui nostra ætate nomina dent ad trans  
niam, in Græciam: Ego uero sic existimo, proposito die  
sanctam militiā sit eundum, innumerabiles prope tum  
e ituros: abūdat milite & quidē exercitatissimo Italia,  
cipum & diuturnam pacem. Confluere eo tanquam ad  
li causa. Pertinebit & hoc ad cōmunē Christianæ reip.  
spirationis, intento ad res agendas milites: & q̄ bellū in  
us, aios, uectigalia diminuet, ac nostris audaciā faciet.

Co  
oppo  
sionem  
reijcere ita  
dant uulnera  
& constantia ac con  
ropa habuit, quæ homi  
dam, ad sustinenda uulnera,  
Hinc orti sunt, praecipue autem  
orbem terrarum, Romanorum imp  
stros putarim, quod non pro libertate  
deo dimicaturi sunt. Terret quosdam mu  
minum eadem castra plerunq̄ habeant. Nu  
multitudiuem, & eam quidem inconditam, sel  
paruis exercitibus fusam: Superauit Melciades A  
thonijs cū decem millibus militum, adiuuantibus pe  
lia Persarum in Græciam à Dario missa. occupatis angu  
nidas Spartanorum rex, cum quatuor millibus militum ita  
graues pugnando defatigauit, ut non uicti Lacedæmonij, sed  
gati potius concidisse dicatur. Superauit Themistocles Athenien  
stis Salaminij freti ingentem Xerxis potentissimi regis classem cum  
numerum Persarum inspicimus. Hac pugna Xerxes perterritus, in  
cia trepide sese recepit. Quoties parua manu Darium aut praefect  
exercitū duces, fudit Alexander Magnus: Quoties Cæsar: Quic  
Hannibal: Quoties Pyrrhus: Et ne ueteris testamēti historiā prater  
uno praelio mille, David decem millia Philistæorū superauit. P  
de Iudith femina illustris, quæ Holophernem interfecit, ac par  
liberauit. Factum hoc auxilio dei, qui iustam semper causam f  
Tuebitur & nos idem deus, qui Pharaonem iniuste populū  
dis rubri maris submersit: qui Boemūdum quondam, Eustachi  
duinum, nostra ætate Sigismundum imperatorē Eugenio pon  
colao quinto, Matthiam regem Vngariæ Pio secundo iustan  
lissimo hosti & impio cladibus, tutatus est. Erunt quos fort  
reat, quod sine ingenti armorum, commeatus, pecuniarum  
lum sustineri nequeat: quippe cum aduersus totam Asiam:  
fit dimicandum. Est quidem hoc bellum (ut uerum fatear)  
magnū, ut sustineri ab Italia nō possit. Et ut à teipso Christ  
cipiam, tui prouentus diuturni & perennes, tua uectigali  
tiffieri possit, nō sunt contemnenda. Sub ditione tua Pic  
maritimam oram, feracissimas Italiae partes, unde nauis  
nostros in Epirum, in Peloponnesum, in Illyricum com  
tibi facultas data est exigendi decimas ac trigemas qu  
à presbyteris, si ita resp. Christiana exigere uidebitur: hi  
ferme Europa colligeretur, qua uel diuturnū bellum su  
quos thesauros quadriennio iam paraueris, ad hos cred  
omnium opinio, magnam uim signati auri apud te esse  
sustinere, & te ac tua, si qua uis ingruerit, tueri possis. P  
dus Neapolitanus rex, qui pacato iam diu ab externis  
aut sanctius agere potest, q̄ una tecū hostes Christiani  
uere. Habet militē exercitatissimum & ueteranū, habet  
commeatu, habet portus ad trañciendū in Epirum &  
quantum spei cōcipere possis non ignoras, cum mand  
rus sit semper. Florentinos itē pollere terra ac mari tua  
tē eis designaueris. Senenses, Lucēses, Ferrariensis Mai

100  
 sus  
 prom  
 us bellum  
 am augendi rem  
 o tuo hoc felicissimo  
 am principium & regum  
 a hoc bellū debent impellere,  
 qui deus erat & homo, pro nostra  
 est passus: periculum quod imminet  
 illa immanissima bestia: charitas patrię  
 t posita: qua sublata tāquam refracta por-  
 tæ tigres sunt deuolaturi, ad explendam sitim  
 ncepere. Retinēdi sunt Veneti in angulo Italiae,  
 nostra ætate resp. est. Fouendi atq; iuuādi omnino  
 entes & barbaras suo sudore, suo sanguine reijciunt.  
 m, Aegæum tutum nauigantibus præstant: prouinciā hu-  
 rerum omniū copia faciunt, libertatem Italicam tuentur. Ty-  
 am sæuitiam cohibent, facta populis spe ad eos transeundi, si gra-  
 primerentur. Bello nauali quo ipsi soli plus pene possunt, quā re-  
 ne utūtur, Turcam adoriātur. Centum enim triremium classem,  
 arum magnus est numerus, instruere possunt: qua hostem uel in  
 onti & Bosphori persequuntur. Bello terrestri tu cum reliquis fo-  
 dem Venetis hostem aggrediare, insta, urget ac demum Epirum,  
 onnesum, Atticam, Bœotiam, Thraciam, & Constantinopolim  
 e faucibus rabidi lupi eripe. Subsequentur autoritatem tuam  
 r Galli & Hispani: subsequentur deniq; omnes Christiani nos  
 pectare uidētur, quā ut abs te signum crucis, sanctissimum  
 nsus pulchritudine glorię, qua te celebrari imperator audiet,  
 idiu parturit, tot conuentibus ob hanc rem in Germania ha-  
 tuētur & inspiciunt ituri quoq; imperaueris. Tolle itaq; uexil-  
 ut optimum ducem par est, in hostem signa moue. Hoc ut fa-  
 ur, monet, impellit, hoc pietas, hoc religio, hoc humanitas:  
 tates, qui dominatum & potentiam crudelissimorum bar-  
 tiuntur. uideor audire eorum gemitus, uidere lachry-  
 mus ad te porrectas, ut eos à pœnis, à cruciatibus  
 genere sæuitiæ, à seruitute ipsa morte gra-  
 dem pro tua misericordia & pietate  
 es. Hoc bellum etiam Christia-  
 am remp. pene labātem con-  
 firmabit beatissime pater,  
 & tibi gloriā cum  
 æterna laude  
 pariet.

L

Prosper spiritus

Platinae

**Q**ui res pontificum sacra  
 Quisq; ducum uitas nobis  
 Quisq; modum docuit, q̄ laudet honei  
 Et quo ne iuuenes torqueat acer amo:  
 Plurats; quæ longum est properans censere  
 Omnia sideræ pignora mentis erant.  
 Viuit adhuc Platina: & quantq; concesserit orco,  
 Ius habet in uatem Parca seuera nihil.

Prosper spiritus Viterbiensis, ad Demetrium Platinae funus curantem.

Concordes homines uterque doctus,  
 Sed Demetrius eruditus à te,  
 Est uates Platina, tuis alumnus  
 Formatus digitis bonas ad artes.  
 Vidi uerticis omnium sororum,  
 Qui curat tibi busta diligenter,  
 Tyronis pia laurea; culti,  
 Nunquam prodidit elegante lingua,  
 Mens tantum sapientiam patroni,  
 Quantum mi Platina tuus minister  
 Cælo laudibus imminens supremis.

Angelus Campanus in parentatione Bap. Platinae.

**D**ocere si longæ didicissent stamina uitæ,  
 Parcere uel cuiquam fata seuera nimis,  
 Nobiscum Platina plures uiçturus in annos  
 Mansisset, nostro gratus & usq; Ioui.  
 Nunc illum Esquilias, nunc illū deslet ademptum  
 Custodem Sixti bibliotheca firum.  
 Viuet inextinctum nomen dum Roma manebit,  
 Dum Papæ sedes, dum caput orbis erit.

Carolus Berardus Casenas.

Epitaphiū B. Platinae.

**R**omanū (heu dolor) eloquiū, musæq; Latinæ,  
 Quo Platina, hoc paruo cōditasit tumulo.  
 Consolatio ad amicos.

Quid Platinā pia turba gemis tibi nuper ademptū?  
 Non obiit, cuius nomen honosq; manent,  
 Parte sui Platina est multo meliore superstes:  
 Fama uiget terris, spiritus astra tenet.

Manilius Rallus.

**D**emetri lachrymas piosq; fletus,  
 Nec non tristia iusta, quæ merentis

B. Platinæ  
 teras à situ pi-  
 luiti atque obser-  
 tur ubi hominis  
 dolore confectu-  
 us ille curam m-  
 me pont. Sixti  
 li ante fuerat. I-  
 dam horrore  
 pellex eius m-  
 que aciem d-  
 sabatur. Ita  
 iterū assum-  
 dum cicatri-  
 maiore im-  
 entissimi, &  
 sumpto c-  
 ti, uerū s-  
 festum s-  
 tissimis  
 Quoni-  
 plane in  
 comm-  
 ritaten  
 alloqu-  
 uideat  
 heroi-  
 & uet-  
 us usi-  
 tem a  
 Qui i-  
 Et du-  
 Fauc-  
 Salu-  
 Turf-  
 Ron-

.re  
 .merendo.  
 .neq; dira cupido:  
 .qui iura piūm;  
 .suada potentia adēgit.  
 .quis cæli noscere motus  
 .dōq; cohors sacrata poētæ  
 Arpinas terras auditus in omnes,  
 m̄ nostra manus pede libera, graiāq; longe  
 quitur, linguæ celebrat quos fama disertæ.  
 ds inter Leonardus erat, mihi cognitus olim:  
 Quiq; iocaris adhuc dictis & scommate Poggi,  
 Guarinus, centumq; alij, quos dicere longum est,  
 Obuia fit nobis manus hæc: effusaq; plausu  
 Excipit, & magnis exceptum laudibus ornat.  
 Pontifices sacros recolunt, quis nostra perenne  
 Lingua dedit nomen, quæ nō damnanda uoluptas,  
 Quodve bonū uero est, quod falso nomine dictū,  
 Quicquid & à nostro manauit fonte, priusquam  
 Deficeret cursu uena interrupta peracto.  
 Tum mediū excipiunt, & per iuga consita multa  
 Arbore, perq; nemus, per prata uirentia ducunt.  
 Dum loquimur, tardoq; gradu per læta uagamur  
 Gramina, deuentum est lethei ad fluminis undas,  
 Qua uolucres animæ redituræ in pectora rursus,  
 Huc illuc uolitant, atq; ipso in gurgite pronæ,  
 Protenso latices & lethen gutture potant.  
 Tum comitum è numero qui me deduxerat unus,  
 Bis summum ue, inquit, ter pleno Cynthia cornu,  
 Quantus erat fratrem formoso reddidit ore:  
 Ex quo potus aquas, atq; ipso gurgite lotus,  
 Hinc iuuenis forma egregius, cui plurima uultu  
 Gratia, cui nusquam liuor, neq; menda: tuoq;  
 Sanguine concretos artus, infectaq; membra  
 Ingressurus abit, nil his quos undique spectas  
 Par fuit in campis illi, non indole quisquam  
 Floruit æquali, nulliue modestia maior  
 Atq; pudor, præcox erat hæc tua posthuma, ples  
 Te referens, grauis incessu, quin littus oberrans,  
 Velle uidebatur blæsis proferre labellis  
 Literulas, tenerosq; apices, & murmure primas  
 Balbutire notas, abeuntem turba secundis  
 Plausibus, & multo conspersum flore secuta est.  
 Hunc, postq; exultans in lucem uenerit aluo  
 Proditus, excipient chari tua turba sodales,  
 Nec cedent in amore tibi, sed sanguinis omne  
 Officium implebunt animoq; & mente parentes:  
 Præcipue hunc dulci clarus pietate fouebit,  
 Te recolens nomenq; tuum Gonzigiū heros.  
 Purpura puniceo cui tempora uelat amictu.  
 Huius ope altiloqui noscet diuina Maronis  
 Carmina, & Aonidum Parnassi in uertice fontem:

H:  
 Et q:  
 Moru  
 Vt patre  
 Dixerat, & rau  
 Athropos, in fonte.  
 Corporis exemptæ laqu  
 Causa igitur nulla est, cur q:  
 Funera cum lachrymis, feriat le.  
 Me propter, mihi certa salus & plen.  
 Viuo ego, & argenti positis cum corpo.  
 Docta per ora uolat uirtutum fama superi.  
 Hoc probitas, hoc sancta fides peperere labor.  
 Et ductæ insomnes interq; uolumina noctes,  
 Hoc Plato faciūsus, dedit hoc mihi musa Menædri:  
 Et quæstra diu geminæ fastigia linguæ.  
 O decus æternum Musarum, & præmia uatum  
 Humanis maiora bonis, o pectora multum  
 Artibus ingenuis excolta, negauerat ullus  
 Vos procul humanis caput exertuisse superbum,  
 Dum superū penetrare domos, dum sidera nosse,  
 Atque uices anni cura est lunęq; labores,  
 Astrorum & uarios cursus uariosq; recessus:  
 Cur glaciem Saturnus agat, cur classica mauors  
 Concitet, aut nubes depellat Iuppiter astro,  
 Cur genus omē colat Venerem, quidq; erigat alte  
 Oceanum, quidve sagax natura recondit,  
 Ignauo neque uult cuiquam ue patefcere, regni  
 Vosne homines potius ue abstrufos corpore dicā  
 Esse deos: uestrum in nomen mors improba nullū  
 Ius habet, atque auide correptū mordicus unum  
 Ossibus & putri terra quod constitit, aufert:  
 Victura æternum, contempta morte, supersunt  
 Carmina, & ingenij semper monumenta legentur.  
 His igitur quicquid uulgus miratur amatq;  
 Cedat, & antiqui uincatur pompa triumphi.  
 Cedat Erythræis quod concha recondit in undis,  
 Nauta uel æoo quod gestat auarus ab orbe,  
 Hæc eadem moneo docti mea turba sodales,  
 Hæc animis eadem fortisq; capessite dextra:  
 Orbita sit uestris eadem contrita quadrigis,  
 Quadrupedum cursu non dispare meta calefcant:  
 Este uiri fortisq; animo: malefana uoluptas  
 Frena pati discat, uitiorum semina passim  
 Obruta dispereant, & germinet aurea uirtus.  
 Sanctus amicitie nexus seruetur, amorq;  
 Sic ubi fessa ratis portus intrauerit, & mors  
 Pallida non pauído penetrarit ad intima gressu,  
 Fas erit antiqui titulos æquare decoris,  
 Sic desiderium nostri quo pectora tabent,  
 Alterna uice sermonum satiare licebit,  
 Et simul æternum cælo meliore fruemur.

*Antonius Militianus in paræta-  
 libus Platine.*

In iucta  
 Vertere,  
 Lamentis, gen.  
 Quærat, uar.  
 Gorgoneusq; latex  
 Eiuilet, & lachry  
 Sed quæ moesta pai  
 Exprimet in tar  
 Non quæ fleuit lti  
 Non quæ luxe  
 Non phaetōriad  
 Nænia par ta  
 Nec tetricæ cur  
 Et stygium si  
 Atque ideo po  
 Spargentes:  
 Pinguibus aut  
 Placemus. t.  
 Certatimq; ui  
 Et quæ tar  
 Pluris erit, q  
 Deq; suis  
 Vel si finga  
 Phidiac  
 Hæc Platir  
 Improb  
 Ac prohib  
 Et sua p  
 Iucundoq;  
 Atque i  
 Croesus, A  
 Fœmini  
 Arfacidq; c  
 Seleucu  
 Adrafiq; c  
 Atridæ.  
 Quicunq;  
 Ornaru  
 Felices an.



gratur,  
nauta uehit.  
stacq; diebus  
as & uada nigra feror.  
m cultor, Phœbiq; sacerdos,  
atum clarus amicitijs.  
Ausonias fama notissimas urbes,  
ue aliquot studij sunt monumenta mei.  
nilio ut potui, multos opibusq; iuuauit,  
Exijt à factis læsio nulla meis.  
Me non ambitio fuscoscq; gloria rerum,  
Sed sancta tenuit in probitate pudor.  
Sic mihi fatalem secuit bona Iuno capillum,  
Et cecidi iamiam forte iubente senex.  
Et quod singultus lachrymasq; in gaudia uertat,  
Aeterna cœli luce domoq; fruor.  
Ambrosia felix, dulci quoque nectare uescor.  
Esse quid hac maius conditione potest?  
Gratia sidere patri, qui talia reddit  
Præmia, & humanis astra dat officijs.  
Hæc monuit sacra uenerandus Platina uoce,  
A folio meritis conueniente suis.  
Nos ideo comites, fletu lachrymisq; remissis,  
Spargamus sacris thura merumq; focis.  
Soluamusq; deo grates, quem Platina cultum  
Ex animo lætus suspicit & fruitur.  
Vtq; uiri secum manes super axe quiescunt,  
Vmbraq; uti sacris gaudet in elijs:  
Sic lapis iste precor feliciter obtegat artus,  
Et sit consumptis ossibus urna leuis.

*Iohannes Baptista Almadia-  
nus Viterbiensis.*

Agitur nunc annus ab hinc ferè tertiusdecimus,  
ex quo ego Platinam colere incepi: uentitabat enim  
ipse frequenter ad ædes Bessarionis, ubi ego  
tunc studiosior literarum, moram trahebam: atq;  
in illa doctissima academia, de literis, quæ egregij  
illius cardinalis uoluptas erat, ac bonis artibus fa-  
cundissime semper diserebat. cœpi ergo ex illo pro-  
tinus hominem suspicere: & quod contra euenire  
solet, postq; penitus inspexi, indies magis sum eius  
ingenium ac facultatem admiratus: quæ obseruan-  
tia eatenus perseverauit, quatenus ipse uita defun-  
ctus est: quo tempore (psitebor enim ingenue ani-  
mi mei in amicorū casibus imbecillitatem) tanto  
sum dolore affectus, ut nūquam æque aliàs. atque  
idcirco in eum monodiam conscripsi: in qua remo-  
tis arbitris, hoc est, ueris lachrymis, dolori conce-  
pto, laxatis frenis indulsi. Hanc noster Demetrius  
Lucensis, qui nō mediocre in me habet imperium,

ce.  
cissi.

*Iob. Bapti,  
Platina*

**A**ccipe deserti supremi.  
Musasq; linguæq; parens, i.  
Exequias pius ante rogos, ac flebile  
Officium, demens hebetet mea pectora  
Luctus, & infano perculsa dolore tremisca.  
Corda licet crebrisq; mihi singultibus ora  
Impediant lachrymæ, tamē in tua funera moestu.  
Debita iusta pater, mea dona nouissima soluo:  
Non tibi apollinea festus de more sacerdos,  
Frōde comā nectens, hederisue sequacibus adsto,  
Sed mihi taxus iners, bustisq; decora cupressus,  
Tristia ferali prætexunt tempora seroto:  
Non ego amycleos numeris imitabor olores,  
Nec solito clangore canam, si quando potentum  
Facta uirum, superumq; libens præconia lusi,  
Sed strigis infaustos meditabor pectine cantus,  
Mœstaq; discordi stridebit nœnia chorda:  
Flebilibus sine more sonis, & apolline nullo  
Conquerar: o quondam uatum tutela piorum  
Phœbe pater, quænam fortuna inimica maligno  
Eripuit sacris tua numina uatibus ausu?  
Non poteris herbis, si te facit esse potentem  
Turba, salutiferamq; tenes clementior artem,  
Aonium seruare uirum, qui delphica semper  
Carmina, qui lauros pius & pæana canebat?  
Quod si te forsan superum responsa ferentem,  
Instabilis Delos, seu te parnasia rupes,  
Aut tunc euboicæ tenuit Cortyna sibyllæ,  
Non potuit medica serpens epidaurius arte  
Adueniens, natusq; patris mandata facessens,  
Delatas implere uices: & stamina uati  
Longa uel indociles fletu mulcere sorores?  
Quo pæan? quo priscus amor? iam nulla tuorum  
Cura subit, linquisq; sacros auerse poetas?  
Proh dolor, & notæ ceciderunt pectore lauris  
Occidis ergo pater? iam te Platina inclyte raptō  
Heu quid agam? quō me crudelia numina uertat?  
Iratu musis, etiam me iam piget æui,  
Iam sine te nil uita iuuat, properate ministri,  
Deuotum uittate caput: date manibus amplis  
Inferias, nil fata moror, stimulisq; uocatæ  
Mortis agor, sanctoq; uelim comes ire parenti.  
Siccine me miserum, uita dignissime uates  
Aspicio impositū pheretro: heu tua pallida texit  
Ora lues, ubi grande decus, uultusq; sereni  
Dignus honos: & q̄ quondam uenerada decensq;  
Canities inhonora manet, iuuenilibus annis  
Calliope merita quam cinxerat ethica lauro?  
Infelix, tua phœbeo radiata tenore

Recc.  
Corda, i.  
Affectusq; l.  
Iustitiæ spectata.  
Cautaq; simplicita.  
Et nunquam magr  
Quam nullo ualui  
Fortunæ uarianti  
Pedor iners, min  
Quid referā pe  
Priscorū mont  
Argolicum ue  
Falcifero regn  
Fixa manent, &  
Quir mare nō  
Parrhais occi  
Tu terras spat  
Aeoliasq; don  
Et Latio doct  
Ingenij dote  
Ora suum, ti  
Contegis, au  
Nosceris in  
Andinos æ  
Laurigero  
Dicendi sul  
Consulis A  
Ingenij mor  
Dum lingu  
Lida pater  
Doctorum  
Posteritas u  
Parte supe  
Opprimet,  
His tibi pro  
Progenies  
Italia præc  
Mitis arund  
Is tibi paru  
Tecta foret,  
Te consang

... moesta  
 ... fura focis.  
 ... a uetarent,  
 ... ne Musa mouer.  
 ... uas uatū pia turba uenite,  
 ... ptis ponite sacra comis:  
 ... axus cingat, uel dira cupressus:  
 ... pofcit, cuncta sed atra dolor.  
 ... is interfit nostris excitus Apollo,  
 ... gret & ad lachrymas ex Helicone chorus,  
 ... erum prudentes ueniant cum Pallade docti,  
 ... Adfit & officijs utraque lingua pijs.  
 ... Scilicet ista uiros tangit iactura deosq;  
 ... Arte trahunt siqui noimen ab ingenua.  
 ... idis  
 ... uent  
 ... andi  
 ... e tuentur:  
 ... ine uates  
 ... nouissima, sensim  
 ... bra sopore.  
 ... fara secundo,  
 ... usq; ueniret  
 ... perdis alumno,  
 ... rere triumphos  
 ... colla  
 ... ndum  
 ... hoste subacto,  
 ... i Platina donū.  
 ... quiritum  
 ... ia saeuis  
 ... uidet orcus  
 ... ue  
 ... e questus,  
 ... mbres,  
 ... etra uidebis  
 ... nebis:  
 ... m  
 ... inter  
 ... debis:  
 ... iustus  
 ... hera diuus  
 ... stea caeli  
 ... axem.  
 ... bile uulgus  
 ... tes:  
 ... istes  
 ... alto  
 ... is:  
 ... escant.

Nec tam doctrinae, quae summa probatur in illo,  
 Quam uitae cunctos publica damna mouent:  
 Heu ubi iucundi seruato pondere mores,  
 Summus amor recti, cum probitate pudor:  
 Ocia cum magno qui semper honore secutus,  
 Noluit externis uiuere consilijs.  
 Tempora perpetuo traduxit tuta tenore,  
 Sollicita uiuens ambitione procul.  
 Estq; palatinas ex omnibus unus ad aedes  
 Accitus, summi principis imperio.  
 Bibliotheca illi mox est commissa, locoq;  
 Inde tamen maior, quam sibi, creuit honos.  
 Haec quoque cum tota librorum moesta corona,  
 De trucibus fatis est modo uisa queri:  
 Depictumq; illic te deplorare uidetur,  
 Pro desiderio uultibus orba tuis:  
 Heu pater ex auro totus, si gratia magnis  
 Par meritis esset, conspicendus eras.  
 Ut summis gratus, sic iste minoribus aequae  
 Obliqua uixit liber ab inuidia.  
 Fortunae nunquam, uirtuti semper adhaesit.  
 Profuit hic, libuit sed nocuisse nihil.  
 Sed quid Musa paras? lachrymishæc tēpora dātur,  
 Non laudes tantas enumerare uacat.  
 Nec potes ipsa quidem, uires metire pusillas:  
 Nam non ingenium, sed dedit ista dolor.  
 Sat tibi, communis fueris quod conscia luctus,  
 Communi in luctu nec tacuisse sat est.  
 Sed quae digna potest pro re satis esse querela?  
 Aut quis pro damnis sufficit in lachrymas?  
 Nemo putet posthac placari numina posse,  
 Est precibus flecti nescia parca pijs.  
 Dignior aut quisquam seruari, uel fuit alter,  
 Pro quo plura queant uota precesq; dari:  
 Ceu mandata forent, perierunt omnia uenno.  
 Nil tua uel uirtus, uel ualere preces.  
 Te ne pater nobis prima fraudate senecta,  
 Mors dignum semper uiuere dira rapit?

**N**  
 Qui  
 Sed  
 Illa legent cui.  
 Textave comp  
 Praeferrī Platinam lib.  
 Proxima nec multo Ma.  
 Vtraque praecclaros potuit uet.  
 Espatriæ orator partq; poeta tua.  
 Haecenus extinctum fas sit luxisse par.  
 Aeternum Platinæ purior umbra uale.  
 Mores, uita, decus partum, solantur amicos,  
 Et uitæ similis mors in honore tua.  
 Ossa leuis semperq; uirens hæc excipe tellus,  
 Pro meritis animæ nam patuere poli.

*Sigismundus Fulginas secretarius apo-  
 stolicus in exequijs Platinae.*

**V**Atis ad exequias uatum pia turba uenite,  
 Et uos pierides ex Helicone deæ:  
 Nec lachrymas tumulo uanos aut thuris honores,  
 Facta sed in laudes carmina plura date.  
 Nam quanuis merito Platinā lugemus ademptū,  
 Et desiderio tangimur usq; pio,  
 Ipse tamen nos flere uetat, mandataq; linquit,  
 Qualia diuinus Ennius ante dedit.  
 Ne quisquam lachrymis decoret, ne funera fletu  
 Faxit, quod uolitat docta per ora uirum.  
 Docta per ora uirum uolitas sanctissime uates,  
 Aeternusq; tui nominis extat honor,  
 Nec quicquam morti de te concedis auaræ,  
 Ossa nisi & tenuem, quæ tegit ossa, cutem.  
 Quippe ita uixisti, studiorum ea cura tuorum,  
 Mors in te ut iuris possit habere nihil.  
 Non petere ignotas infida per æquora merces,  
 Non animam lucro uendere cura fuit.  
 Nec saeuas pugnas aut classica dira sequutus,  
 Sanguinis alterius prodigus atque tui.  
 Attonitum nec te traxit popularibus auris  
 Plausus, ab infido pectore profiliens.  
 Ingenuæ placere artes, præceptaq; diui  
 Socratis, & Samij scripta uerenda senis.  
 Quæ penitus tu nosse uolens, de fonte petisti  
 Graiorum, gemino nobilis eloquio.  
 Hæc fines animo certos peperere modumq;  
 Hæc sanctos mores ingenuere tibi.  
 Harum ope & auxilio uiuis post fata superstes.  
 Has per mortales effugis ipse rogos.  
 Harum præceptis uitio submotus ab omni,  
 Calcasti saeuam largus avaritiam.  
 Cum tibi se largum præberet dextera Sixti,  
 Impleretq; tuos aura secunda sinus,

Mitit  
 His ob.  
 Hæc possunt.  
 Aduerfis eack.  
 Delectant foris at  
 Noctes atque  
 Atq; etiam post f  
 Cultorum ac l  
 Adde quod hi  
 Qui gestis re  
 Tanti etenim  
 Egregijs q  
 Horror & ad  
 Apperite h  
 Si patriæ uult  
 Si post exe  
 Aspiciate ut P  
 Viuat & i  
 Cuius nos an  
 Quos cu  
 Annua sol  
 Carmin

**L**

**E**Rgo  
 Ir  
 Quid noi  
 Numi  
 Sustulit è  
 Histor  
 Cur tant  
 Phœb  
 Frustra ig  
 At nih  
 At te qua  
 Comp.

Mœstata in aduersa lumina fixit humo:  
 Diua qd attonita est uanos heu scinde corymbos.  
 Nunc licet in teneras unguibus ire genas.  
 Spargantur laceri per eburnea colla capilli,  
 Turgeat & lachrymis lumen utrunque suis.  
 Interit, ah durum est tantos meminisse dolores,  
 Platina Pomponi maxima cura tui.  
 Huc redeat gelido quicquid refupinus in Hemo  
 Dixit ab amissa thracius Eurydice.  
 Quicquid & ad nigri, passo furibunda capillo,  
 Memnonis exequias addidit alma parens.  
 Quod Venus, horrendo cū uulnere fufus Adonis  
 Occidit, in cineres & pia iusta dedit.  
 Deniq; si quid habet luctus caua machina mundi,  
 Hoc perat immites, deuoueatq; rogos.  
 Quid non flāma rapit? quid non mortalia carpunt  
 Fata? quid in toto non terit orbe dies?  
 Ite procul fragiles calami, fuge musa poetas,  
 Qua potes & uari carmen inane tuo.  
 Quid mihi uos optem, si mors extrema rapacem  
 Vnca manum, fidibus non sinit esse locum?  
 Est tamen, est aliquid, rapias licet omnia passim  
 Improba mors, homini quod queat esse super.  
 Nomina surripimus flammis, non fama sepulchro  
 Conditur, hic nullum est ius tibi summa dies.  
 Aeterna est clari sublimis fama Tibulli:  
 Aeternum uiuit gloria, uiuit honos.  
 Hoc tibi non Lachesis potuit, nō summa sororum  
 Platina sollicita surripuisse manu.  
 Vrna regit quocunq; potest, tamen indice saxo  
 Litera cœlatas prodet amica notas.  
 Exquilijs iacet ille suis, gratissima sedes  
 Hęc fuit, hic mollem repperit urna locum.  
 Confluat huc quicquid sacro de colle Quirini,  
 Quicquid Auentina cernere ab arce potest.  
 Huc pullata simul properet Romana iuuentus.  
 Icta sonent media pectora mœsta uia.  
 Eiulet hic gemitus, gemitus quoq; funera poscunt,  
 Ille comam digitis, appetat ille genas.  
 Hic ferat in cineres quo duncunq; e ualle sabæa  
 Mittit Arabs, uiolas ille uel ille ferat.  
 Ingeminent planctus, tremulis singulibus aer  
 Intonet, & magnos uox perat illa deos.  
 Aspice ut obscuro fundantur ab æthere nimbi,  
 Deplorentq; tuum Platina magne rogom:  
 Liquitur in gelidas commixta grandine lymphas  
 Iuppiter, & cineri dat sua dona tuo.  
 Grando coacta graui glaciem coepisse dolore  
 Creditur, & tantis obstupuisse malis.  
 Quid facient homines? quid tu Romane pararis?  
 Ecce dolent nubes, lux adoperra dolet:  
 Roma gemit, fontes lachrymis auxisse putatur.  
 Aspice uirginem qui furor urget aquam.  
 Vos quoq; Romulidæ fauos date munus in ignes,  
 Et sonet extremum ter pia lingua uale.

At tu seu cælo sublimia tecta tonantis  
 Sedibus elisis, seu uaga regna tenes,  
 Sis felix: nos quippe tui repetita quotannis  
 Heu dabimus cineri februa mœsta tuo.

*C. Laurentij Eustochij secretarij reipub-  
 licæ Venetæ, translatio Pla-  
 tine in cælum.*

Ocyor æolijs rapiunt qui nubila uentis,  
 Ocyor excusso librata fulmine dextra,  
 Fama pjs elapsa locis, ubi summa potentum  
 Atria compleuit, totum discursibus orbem  
 Sollicitat, spargitq; cauo quod nuper auerno  
 Extulit, & patulas implet rumoribus auras:  
 Platina Romanæ fato proh Iuppiter atro  
 Raptus academiæ, placida mox sede receptus,  
 Letheas dum spectat aquas, dū murmura captat,  
 Et lustrare cupit mediæ telluris hiatus,  
 Res nulli concessa prius, iactanda per orbem  
 Accidit, ut furui raperentur ad æthera manes.  
 Nanq; ubi inexcultos descendit Platina campos,  
 Subiecitq; oculis quicquid plutonia uasto  
 Regna tenent erebo, transuerso in limine mutus  
 Hæsit, & arenti concreta est lingua palato:  
 Ingreditur tamen arua sacro circumdata muro,  
 Et modò per colles longe lateq; uagarur  
 Elisios: modò per segetes & amœna patienti  
 Gramina prospectu, uarijs & discolor ambic  
 Floribus in gyrum, maculistq; intincta coruscis  
 Linea, temperiem uernam, nullumq; laboris  
 Indicium, & lucem medijs miratur in umbris,  
 Vndique circumstant animæ felicia quondam  
 Nomina, nūc lætos passim uaga turba per agros.  
 Olli fidus adest lateri comes, omnia uati  
 Mantua quem genuit similis, meminisse iuuabit.  
 Quin potius magno fuerit comitatus Homero.  
 Viuit enim rursusq; Ioui, rursusq; camœnis  
 Redditus: has carpit membris spirantibus auras:  
 Lumine qui quōdam captus, nūc lumine captus,  
 Lippus ad Ausonios reparat sua carmina neruos.  
 At meus hic nitidas facili comitante caterua  
 Circumspectat aquas, & nullo uomere tactam  
 Cernit humum, nullo taurorum condita tergo  
 Semina, iam canas messes, iam poma rubenti,  
 Hinc suffusa nota pallenti, hinc æmula ceræ  
 Mitiaq; & grandes curuantia pondere ramos,  
 Errantesq; uidet capreas, ceruosq; fugaces,  
 Et lepores, aprosq; truces, rigidosq; leones,  
 Et quæ præterea uastis animalia terris  
 Sparfa, terunt syluas, & inhospita lustra tuentur.  
 Nec minus alpinos derrito tergore mures,  
 Dentibus armatos glires, hirtaq; sciuros  
 Insignes cauda: quos inter musculus olim

terf ad aures?  
 dolor.  
 mens ipsa querelas  
 iungere forte cupit:  
 nomen mortis, quod inane est:  
 ad uitæ mors potioris iter.  
 quos occulta scientia fati,  
 tamen hic uates ne malus error agat.  
 die sacra sensus Heliconis ab unda  
 Ducitis, abscessit non tamen umbra retro.  
 Vos etiam ignari fallit sententia uulgi,  
 Qui mortem rerum creditis esse aliquid.  
 Nil perit in mundo: uinclis in prima solutis  
 Orsa redit rerum, quod uiget, omne genus.  
 Corporeā hanc molem sub prima elemēta resolui  
 Quis dubitat: mentis fors tamen est uaria.  
 Ingenijs doctis reditus patet æthera ad altum:  
 Ignauos animos tartara cæca trahunt.  
 Qui sapit, is bonus est: ignauus quisq; malignus:  
 Hic petit umbrarum, lucis at ille domos.  
 Hoc fatū, hic ordo est fati, quodcunq; necesse est,  
 Eueniat, mundum legibus ordo regit.  
 Mercurium o uates in carmina sæpe uocatis,  
 Cur tamen illius dogmata non legitis?  
 Noscetis liquido, doctrinæ si qua manebit  
 Cura, perire nihil, uiuere cuncta deo.  
 Platina sidereis igitur nunc sedibus hymnos  
 Dulcisonos cantat commodiore lyra.  
 Quāq; huius mūdānus homo stert conditus urna,  
 Quam sibi uiuenti struxerat æde sacra,  
 In sensu uitæ redijt melioris ad astra  
 Totus, & infanas despicit has lachrymas.  
 Compatitur uobis, uestras felix ue querelas  
 Arguit, & tales fundit ab ore sonos:  
 Quid ne meam petitis gemitu turbare quietem?  
 Viuo ego, non perij: uita mihi melior.  
 Libera mens cælo est, quā nuper carcer habebat:  
 Mersa prius tenebris, luce redempta uidet.

*C. Laurentij Eustochij secretarij  
 reipub. Venetæ Elegia in  
 funere Platine.*

Ferales amplexa faces, tristemq; cupressum,  
 Huc ades, & pullos dilaniata sinus,  
 Tu dea, tu querulis euictas uocibus aures  
 Quæ rapis ad stygias & sine luce domos:  
 Hoc funus celebrare tuum est, tuus uritur igni  
 Platina, Romanæ fidus academiæ.  
 Obstupuit, facilesq; modos oblita, retorfit  
 A nimis indigno pectora mœsta rogo.  
 Obstupuit tantis elegia uicta procellis,

de  
 aior adest.  
 exuit artus:  
 e, caret.  
 e cæco,  
 epli.  
 e terris:  
 e æuum.  
 e t.  
 e ra quisq;  
 e agis.  
 e nina uates.  
 e dona.  
 e ce sacras,  
 e uijs  
 e a refertis  
 e quas,  
 e artus,  
 e uidet.  
 e intur  
 e tus,  
 e aret,  
 e s.



DIVERSORVM IN PLATINAM

Euganeo prognatus auo, sibi credita curat  
 Iugera, sementesq; auium custodit ab umbris.  
 Obstupuit primo, gressuq; immotus in ipso  
 Substitit, & quæ sunt animæ simulacra ferarum  
 Ista precor, dixit, sunt ne & regione sub ima  
 Quæ superis natura dedit? num corpora cerno,  
 An tenues, tactuq; hominum membrisq; solutæ  
 Occurrunt umbræ? sunt ne hæc genitalia rerum  
 Semina, quæ terras, quæ cælū & flumina cōplent,  
 Oceanumq; patrem? uel si quid forte sub hisce  
 Hæret imaginibus, sit fas arcana decorum  
 Discere, & ignotas rerum cognoscere causas.  
 Tum uates, placidis quem Mintius abluic undis,  
 Hæc contra, regnis hospes modo reddite nostris,  
 Vicino mihi iuncte solo, dum uita manebat,  
 Accipe quæ tigres, quæ sint hæc mōstra p umbras  
 Sparsa: sub æthereis quicquid mortale procellis  
 Aut raptare solet, pedibusve insistere terræ,  
 Aut uacuas tentare uias, quassōq; lacerto  
 Auia securis uolitare per aera pennis,  
 Quicquid & in media pulsatur fluctibus unda,  
 Communes animas alternatq; iura tuetur,  
 Ergo ubi supremos Lachesis defluxit ad annos,  
 Fessaq; iam nullo perduxit brachia filo,  
 Quam tenuit uitæ formam, quo corpore clausus  
 Quisque fuit, retinet speciem uultusq; priores.  
 Atque hinc ad lethen longo post tempore fatis  
 Raptus, in æthereas iterum transmittitur auras.  
 Et modo qui fuerat pecudis seu tristis afelli  
 Spiritus, humanis infunditur artubus; inde  
 Tarda subest agili mens obfopita cerebro:  
 Et stupet, & stertit ueteres imitata figuras.  
 Interdum uolucres humani corporis umbra  
 Ingreditur, sic quem septemfluus attulit alueo  
 Nilus, habet prisca monumenta insignia fati  
 Psittacus; hic uerbis hominem, blesaq; canorus  
 Voce refert, quaq; ipse potest, sua iura retentat,  
 Et picas quandoq; leues subiere priorum,  
 Ac nimium faciles animæ, petulantia picis  
 Hinc trahitur, uocisq; sonus, fandiq; cupido  
 Stultaq; garrulitas; hinc ebria uerba procaci  
 Ore uomunt, referūtq; humanæ murmura linguæ.  
 Sic rerum series, & inexorabile fatum  
 Instituit, sic pensa trahunt alterna sorores.  
 Tu quoque, si manes, quos aurea sustulit ætas,  
 Necdum longa dies lethea merfit in unda,  
 Vera ferunt, superas ter iam dimissus in auras  
 Huc redis, armigeræ tellus sacrata Mineruæ  
 Prima tulit puerum, nullo tum pressa tyranno.  
 Mox ubi corripuit funesta Pisisirtus arma,  
 Iniecitq; manum patriæ, solioq; superbus  
 Insih̄t, ueterum sparsos sine more libellos  
 Colligere, & gemmis ornare aggressus & auro,  
 Primus cecropiam musas perduxit in arcem.

His datus es custos. rursum post funera lethe  
 Mergeris, & uarios animam traducis in artus.  
 Hic quoq; iam laceris immensa uolumina chartis  
 Sedulus instauras. regnumq; hoc munere munus  
 Accipis, ausonia quo te modo Sixtus in urbe  
 Extulerat: nunc elisis iam reddite campis,  
 Quid facies? num te quartum mortalia poscant  
 Pectora? quæ tandem fato uexatus iniquo  
 Præmia digna feres? uel quæ tibi meta laborum?  
 Sit satis, æternum nostris te fata reponant  
 Sedibus, aut summi rapiant ad sidera cæli.  
 Hæc Maro: tum crines hedera redimitus & auro  
 Threicius uates, hem quò Cyllenius, inquit,  
 Quò properat? properabat enim: miratur euntem.  
 Turba decum, rapidis hic tartara præterit alis:  
 Conciliumq; petit uatum, mox talia fatur:  
 Felices saluete animæ, Ioue missus ab ipso  
 Huc uenio, iussit placidis hæc nuncia dictis  
 Verba feram, sedes uestras, & regna beatis  
 Circumsepta iugis fatorum lege teneri  
 Nec minus atq; Iouē, quāquam suprema tenentem  
 Sceptra manu, quanquā diuumq; hoimq; potentē:  
 Hic nouus elisios modo qui descendit in agros  
 Platina, debetur superis, hunc fata repossunt  
 Ipsa sibi, tuq; o grauibus defuncte periculis  
 Linque nemus roseum, & cælo succede patenti.  
 Bibliotheca Iouis nullo custode tot annos  
 Sparsa fluit, repares disiectos fata libellos  
 Ecce petunt, utq; in terris Sixtina ministrum  
 Bibliotheca suis habuit celeberrima libris,  
 Sic cæli regione manet diuina nitentem  
 Bibliotheca animam: non hic tibi cura laborum,  
 Sed requies, semel ipse tuos ubi forte libellos  
 Ordine disponas, satis est superisq; Iouisq;  
 Nomen idem cælo teneas, quod munere Sixti  
 Cesserat in terris uiuo: cape protinus hastam  
 Hanc tibi: cælestes mecum conscende penates.  
 Assensere pij nullo conamine uates,  
 Et summum dixere uale: totidemq; recepit  
 Verba chorus. uatem caducifer arripit auræ  
 Par celeri, patrioq; refert sublimis olympo,  
 Nubibus effractis, Iani penetralia tandem  
 Attigit, & comitem cæli subduxit in arcem.  
 Talia diuersas iactat dum fama per urbes,  
 Huc quoq; tyrrheno diuertit ab æquore cursum,  
 Mœrentiq; rogis, & acerbo Platina fato  
 Astitit, & mœstas impleuit protinus aures.  
 Este igitur læti, planctus lachrymasq; Quirites  
 Soluite. iam tremulis singultibus ora quiescant.  
 pullatq; humeris passim lacere nentur amictus,  
 platina quem luctu Romanæ turba repossit  
 Tristis academæ, fatalia dona sequutus,  
 Astra tenet, curasq; uirum nunc ludit inanes.

Finis.